S. JUSTINI
MARTYRIS
OPERA.

TOM. I.

2 vols.

2VOLUMES

F

By

S. JUSTINI
PHILOSOPHI ET MARTYRIS
OPERA.

RECENSUIT
PROLEGOMENIS ADNOTATIONE AC VERSIONE
INSTRUXIT
INDICESQUE ADJECIT

JOANN. CAROL. THEOD. OTTO
JENENSIS
PHILOSOPHIAE DOCTOR THEOLOGIAE CANDIDATUS
SOCIETATIS LATINAE JENENSIS ET HISTORICO-THEOLOGICAE
LIPSIENSIS SODALIS ORDINARIUS.

PRAEFATUS EST

L. F. O. BAUMGARTEN-CRUSIUS
PROFESSOR JENENSIS.

TOMUS PRIMUS.

JENAE
PROSTAT APUD FRIDER. MAUKE.
MDCCCXLII.

Ἐγὼ δέ, τῇ μὲν ἐμαυτοῦ δυνάμει τόδε τὸ ἔργον σταθμώμενος, τὴν ἐγχείρησιν ὀῤῥωδῶ· θαῤῥῶν δὲ τῷ φιλοτίμῳ δοτῆρι τῶν ἀγαθῶν, μείζοσιν ἢ κατ᾽ ἐμαυτὸν ἐγχειρῶ.

Theodoretus in praefat. ad. histor. eccl.

VIRIS SUMME VENERABILIBUS ET CLARISSIMIS

ANDREAE THEOPHILO HOFFMANNO

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTORI MAGNI DUCIS SAXONIAE VIMARIENSIS A CONSILIIS SACRIS THEOLOGIAE IN ACADEMIA JENENSI PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO SEMINARII THEOLOGICI ALTERI DIRECTORI SOCIETATIS HISTORICO-THEOLOGICAE LIPSIENSIS SODALI ORDINARIO

CAROLO AUGUSTO HASIO

ARTIUM LIBERALIUM MAGISTRO PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTORI DUCI SAXONIAE ALTENBURGENSIS A CONSILIIS SACRIS THEOLOGIAE IN ACADEMIA JENENSI PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO SOCIETATIS HISTORICO-THEOLOGICAE LIPSIENSIS AC SOCIETATIS LITERARUM LUSATIAE SUPERIORIS SODALI ORDINARIO

EDUARDO REUSSIO

THEOLOGIAE LICENTIATO EJUSQUE IN ARGENTORATENSI ACADEMIA PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO SOCIETATIS ASIATICAE PARISIENSIS ET HISTORICO-THEOLOGICAE LIPSIENSIS SODALI ORDINARIO

EDUARDO CUNITZIO

THEOLOGIAE DOCTORI EAMQUE IN ACADEMIA ARGENTORATENSI PRIVATIM DOCENTI SOCIETATIS HISTORICO-THEOLOGICAE LIPSIENSIS SODALI ORDINARIO

HANC NOVAM

OPERUM JUSTINIANORUM

EDITIONEM

PIETATIS GRATAEQUE MENTIS TESTIMONIUM

D. D. D.

CAR. OTTO.

LECTORIBUS
S.
D. L. F. O. BAUMGARTEN-CRUSIUS.

Qui hanc Justini Martyris operum parabilem editionem instituit, humanissimus juvenis, J. C. T. Otto Jenensis, cum primum sui consilii me conscium faceret, admodum ego laetabar, et propter egregium virum, quem amplam hinc commendationem consecuturum esse augurabar, et optimarum literarum causa. Certe dignissimum agunt nostrates studiisque aequalium accommodatissimum, qui in hoc ecclesiasticorum scriptorum negotium se immittunt interpretes atque editores. Atque illud quidem cuncti perspiciunt, quantum hodie mereantur, qui absolvendam dogmatum historiam suis studiis adjuvent, cujus rei summa pars his curis absolvitur: hoc est eam disciplinam, quae plurimis nostrae theologiae malis una mederi possit: at eruditi hodie omnes reputaverunt, ad communes etiam literas ista scriptorum ecclesiasticorum causa quantopere attineat.

Scilicet, ut a rei christianae principiis insecutorum temporum mens exstitit atque ingenium, ita literis etiam nova illinc aetas illuxit. Vetustam enim formam novis rebus aptavere priscae ecclesiae scriptores, et qui phi-

losophi inter eos habiti sunt, quorum princeps et tempore et eruditione Justinus ille exstitit, inter fidos certe ecclesiae alumnos (orthodoxos dicunt), philosophicam ii disciplinam, quam accepissent, nova forma induere conati sunt et recenti admovere argumento: quod cum continuo studio inter seculorum decursum agerent in ecclesia, effectum est ut philosophica διαδοχή servaretur in temporum inscitia, et nova mens informaretur quaestionibus philosophicis. Unde exoptatissima nuper exstitit opera Henrici Ritteri, ecclesiasticorum etiam scriptorum historia pereruditi, qui luculento opere describere instituit, quam illi bene in colendis literis philosophicis meruerint.

Sed quibus malis hoc studiorum genus opprimatur, exploratum arbitramur omnibus, has qui res penitius curaverunt. Nam, ut ecclesiae patres commemoremus, dici vix potest, quam negligenter olim egerint in critico negotio, illorum qui scripta edidere, viri egregie ceterum docti summaeque in literis atque in ecclesia auctoritatis: nempe quos deficeret nostrae aetatis peritia et critica et grammatica, et qui tantum non unice intenti essent in theologicam operam. At plurimum jam in his hodie effectum novimus et nostratium ope et exterorum, virorum etiam in philologica disciplina clarissimorum, e quibus J. F. Boissonadium honoris causa nominamus. Quodsi effectum olim fuerit, quod dudum aliqui meditati sunt, ut, quae historici argumenti exstant in celebratis patrum editionibus, quas superius aevum tulit, peculiaribus scriptis

comprehendantur, facto tamen delectu et circumspecte, sed ipsa patrum scripta nostrorum temporum modo et arte recenseantur, librariorum autem nostrorum animi ad consilia ista honestissima commoveantur: eveniet, opinor, ut facillime careamus, quorum gravior semper evadet penuria, amplissimis illis patrum thesauris majorum memoria conditis, relinquendis posthac illis, quos maxima cura et ingentibus sumtibus nobis illos praeripere accepimus, doctis viris apud exteros.

Sed ut ad humanissimum hujus libri editorem redeamus, non unam is hanc patrum antiquissimorum editionem meditatur, modo ne ipsum deficiat idoneorum bonorumque arbitrorum voluntas: qua ipsum dignissimum esse arbitror, neque commendatione, mea praecipue, opus habere. Et rari sunt juvenes qui theologicam disciplinam ita colant, ut partem ejus nullam negligant, deinde animi christianae causae amantissimi, recti, sobrii: quae cuncta in hoc juvene diligimus.

At summa is diligentia et insigni paratu rem aggressus est, et, quoad ego vidi, licet perquam lubricum et disputabile istud negotium sit, perite egit et feliciter. Nam, ut hinc exordiar, recte fecit, quod eos solos libros huc cogendos arbitratus est, qui aliqua cum auctoritate ad Justinum Martyrem referuntur: nimirum orationem, cohortationem, de monarchia nescimus an fragmentum, utramque apologiam, dialogum, fragmenta: licet minime contemnenda sint scripta philosophici argumenti, Justini quae nomen perperam tulere. Summo etiam jure epistolam recepit Diogneto in-

scriptam, egregium antiquissimae mentis christianae monumentum: quod an Justini sit, etiam hodie aliquos ambigere novimus. Sed quam sibi editor de singulorum librorum auctoritate sententiam informaverit, licet prolegomenis exponere animus non sit, declaravit dudum laudato libello de Justino Martyre, quem biennio abhinc apud nos edidit. Criticam annotationem, ego quod judicare possem, adjecit idoneam, neque audacius versatus in fingenda oratione neque veritus, quando opus esset, liberiorem sententiam. Interpretem sui auctoris quod rarius egerit, non reprehendam: in maxima eum opportunitate temperare sibi oportebat. Ergo, ille quod faustum suae operae omen agnovit, hoc ipso quem agimus anno seculum decurrisse a clarissima Pr. Marani editione, admodum velim id ratum esse; denique summum in votis habeo hoc, optimarum literarum studium idque christiana mente illustratum, ut ubique et his quoque Ottonis nostri studiis praesidia capiat amplissima. Scrib. in Jenensi Academia M. Aug. A. CIƆIƆCCCXLII.

PROLEGOMENA.

I. DE JUSTINI CODICIBUS EDITIS.

S. Justini Philosophi et Martyris scripta multo post renatas literas artemque typographicam introductam lucem videre. Etenim demum a. 1539. (in 4°) emissus est: D. Justini admonitorius ad gentes liber, graece, Parisiis in aedibus Carolae Quillard; excudebat Joannes Lodoicus. Quem librum ut ipsi nancisceremur, nobis non contigit.

Fere omnia autem Justini opera (genuina et supposititia) ex bibliotheca regia et regiis typis graece primus edidit Robertus Stephanus, typographus regius, Lutetiae a. 1551. Fol.: ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ, ΖΗΝΑ καὶ Σερήνῳ. ΛΟΓΟΣ παραινετικὸς πρὸς Ἕλληνας. ΠΡΟΣ ΤΡΥΦΩΝΑ Ἰουδαῖον διάλογος. ΑΠΟΛΟΓΙΑ ὑπὲρ Χριστιανῶν πρὸς τὴν Ῥωμαίων Σύγκλητον. ΑΠΟΛΟΓΙΑ β΄ ὑπὲρ Χριστιανῶν πρὸς Ἀντωνῖνον τὸν εὐσεβῆ. ΠΕΡΙ Θεοῦ μοναρχίας. ΕΚΘΕΣΙΣ πίστεως περὶ τῆς ὀρθῆς ὁμολογίας, ἤτοι περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος. ΑΝΑΤΡΟΠΗ δογμάτων τινῶν Ἀριστοτελικῶν. ΕΡΟΤΗΣΕΙΣ Χριστιανικαὶ πρὸς τοὺς Ἕλληνας, καὶ Ἑλληνικαὶ ἀποκρίσεις, καὶ τῶν αὐτῶν ἀποκρίσεων ἔλεγχοι. ΑΠΟΚΡΙΣΕΙΣ πρὸς τοὺς ὀρθοδόξους περὶ τινῶν ἀναγκαίων ζητημάτων. ΕΡΩΤΗΣΕΙΣ Ἑλληνικαὶ πρὸς τοὺς Χριστιανοὺς περὶ τοῦ ἀσωμάτου, καὶ περὶ

τοῦ Θεοῦ, καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν, καὶ πρὸς τὰς αὐτὰς ἐρωτήσεις ἀποκρίσεις Χριστιανικαί. Illo enim ordine disposita sunt opera in bibliothecae regiae codice msto nunc numero 450. notato, quem, ut jam Nic. le Nourry (Apparatus ad bibliothecam maximam vett. Patrum etc. Paris. 1703. Fol. P. I. p. 468.) observavit, Stephanus egregia diligentia curavit exscribendum; pauca tantum aliter, atque in codice msto exstabant, partim consulto partim imprudenter excudit. Praeterea in editi operis fine adjecit „locorum, qui aliter, quam impressi sunt, in aliis codicibus leguntur aut legi videntur, annotationes.“ Hujus editionis principis et nitidae symbolum: Βασιλεῖ τ' ἀγαθῷ κρατερῷ τ' αἰχμητῇ *).

Quum vero vir ille celeberrimus omisisset Orationem ad Graecos et Epistolam ad Diognetum, eas cum versione latina et annotationibus Henricus Stephanus, Roberti filius, Parisiis a. 1592 **). (in 4°) excudit. Idem addidit Joannis Jacobi Beureri de quorumdam locorum partim interpretatione partim emendatione judicium; insuper adnexit Tatiani quaedam. Codex autem mstus, quem typis describendum curavit, nunc Lugduni Batavorum asservatur. Editio quidem jam e prelo exierat, tamen nondum prodierat in publicum, quia il-

*) Jo. Alb. Fabricius (Biblioth. graec. cur. Harles. Voll. VII. Hamb. 1801. 4. p. 61.) utramque refert apologiam graece pridem Romae (in 8°) impressam esse a Zannero una cum Gregorii Thaumaturgi, Athanasii, Basilii M., Gregorii Naz. et Jo. Chrysostomi nonnullis, curante Hieronymo Bunello, S. J.. At vero de hac editione valde dubitandum est.

**) De alia editione a. 1595. jam Mich. Maittaire (Annall. typograph. Hagae Comit. 1725. 4. Tom. III. P. 2. p. 810. not. b.) dubitavit.

lius theologi Friburgensis interpretatio et emendationes diu exspectatae nondum in Stephani manus venerant. „Et quoniam — inquit p. 97. sq. — illum quosdam difficiles locos aliter interpretatum esse videbam, ac praesertim diversas a meis conjecturas illius inveniebam, cum alibi, tum vero ubi lacunae aut lacunulae aut saltem literae ἐξίτηλοι et oculos fugientes in nostro exemplari erant (uno enim eodemque usi sumus: sed ego ante illum), et te lector tanti viri fraudandum judicio non censebam: annotationes aliquot, in quibus vel diversas a meis ejus emendationes vel diversam interpretationem tibi proponerem, superioribus adjicere decrevi, atque id ut decreveram effectum reddidi.“ Sed Stephanus doctissimus grammaticus in scriptis illis emendandis sic versatur, quasi Platonis essent aut Demosthenis opera; quapropter interdum non tam sanandi quam ornandi textus partes sustinet.

Omnia illa S. Justini opera, ab utroque Stephano in lucem prolata, graece cum versione Jo. Langi passim emendata, notis et indicibus copiosis edidit Fridericus Sylburgius, Heidelbergae ex typographeio Hieron. Commelini a. 1593. Fol. Tom. III in uno volumine. Libros ita collocavit: Tom. I. p. 1. — 167.: Cohortatio ad Graecos, Oratio ad Graecos, Utraque apologia, De monarchia liber, Aristotelicorum quorumdam dogmatum eversio, Quaestiones Christianorum ad Graecos cum Graecorum responsione et responsionis illius confutatione, Appendix ad Graecos, qua et Aristotelis et aliorum philosophorum dogmata quaedam confutantur, Quaestiones Graecorum ad Christianos de incorporeo etc.; Tom. II. p. 167. — 291.: Dialogus cum

Tryphone; Tom. III. p. 292.—398.: Expositio rectae fidei, Responsiones ad Orthodoxos de quibusdam necessariis quaestionibus, Epistola ad Diognetum, Epistola ad Zenam et Serenum. Textus est Stephanianus. „Ad hanc editionem — inquit (p. 401.) vir ille diligentissimus, Henrici Stephani discipulus — contribuerunt Joann. Arcerius, e Belgio, et Dav. Hoeschelius, e Vindelicorum Augusta. Idem hic Hoeschelius ultra suam symbolam addidit etiam Hieron. Wolfii annotationes, e libro ejus sua manu excerptas, ut eo pacto et boni praeceptoris memoriam propagaret et rei literariae commoda plenius adjuvaret.“ Insuper apposuit (p. 432. sqq.) selectas Joach. Perionii notas una cum iis, quae Jacob. Billius in Observationum sacrarum (Paris. 1585. Fol.) lib. II. cap. 6. ad Justini Apologiam I. notaverat. Adjecit denique quae R. Stephanus in editionis calce atque H. Stephanus et Beurerus de textu Orationis ad Graecos et Epistolae ad Diognetum emendando monuerant.

Haec Sylburgii editio recusa est cur. Fed. Morello, professore regio, Lutetiae Paris. apud Michael. Sonnium (alia exempl. inscripta sunt: apud Claud. Morellum), via Jacobaea sub scuto Basiliensi a. 1615. Fol., et dehinc apud Claud. Sonnium (in aliis exempl.: apud Carol. Morellum), via Jacob. ad insigne scuti Basiliensis a. 1636. Fol. (Tom. III in I vol.). Adjuncta est in utraque editione Petri Lansselii, Gravelingani, Soc. Jesu presbyteri, dispunctio animadversionum in Justinum, quas Isaac. Casaubonus Exercitationibus suis adversus Baronium inseruit. Praeterea accedunt tamquam corollaria Athenagorae, Theophili, Ta-

tiani et Hermiae tractatus. Praefixa est quaedam Justini effigies cum hoc lemmate: Ἠυίδ' Ἰουστίνου διττοῖς στέφεσιν κάρα κασθέν, Οὐρανίης σοφίης μαρτυρίου θ' ὁσίου. Repraesentatur aetate in senium vergente, sed robusto corporis habitu; digitis micat in modum disputantis, ita tamen, ut unius Dei veritatem, quam index sinistrae extentus significat, demonstratione evincat syllogistica, per tres priores dextrae digitos denotata. Aut vetus ille pictor unum in essentia, in personis trinum deum exprimere voluit.

Exemplar Parisiense a. 1636. foras emissum ex asse exprimit editio, quae Coloniae, vel potius Vitebergae *) apud Jerem. Schrey et Henr. Jo. Meyerum a. 1686. Fol. Tom. III in I vol. prodiit. Prioribus auctior est Christ. Kortholti, professoris Kiloniensis, in Justinum, Athenagoram, Theophilum Antiochenum, Tatianum commentario, primum separatim publici juris facto Kiloniae a. 1675. Fol.. Pervagatissima haec editio Coloniensis innumerabilibus scatet mendis, lacunis mutilisque periodis.

Et haec quidem de iis Justinianorum operum editionibus, quae lectionem Stephanianam secutae sunt.

Novam recensionem exhibet splendida editio Benedictina, cui titulus hic praescriptus est: S. P. N. Justini Philosophi et Martyris opera quae exstant omnia. Necnon Tatiani adversus Graecos Oratio, Athenagorae philosophi Atheniensis Legatio pro Christianis, S. Theophili Antiocheni tres ad Autolycum libri, Hermiae philosophi Irrisio gentilium philosophorum; item in Ap-

---

*) Vid. Wilh. Ern. Tentzel: Miscellann. ecclesiast. (Lips. 1708. 4.) P. I. p. 165..

pendice supposita Justino opera cum Actis illius martyrii et Excerptis operum deperditorum ejusdem Justini et Tatiani et Theophili. Cum Mss. Codicibus collata ac novis interpretationibus, notis, admonitionibus et praefatione illustrata, cum indicibus copiosis. Opera et studio unius ex monachis Congregationis S. Mauri. Parisiis, sumptibus Caroli Osmont, via San-Jacobaea a. 1742. Fol. maj.. Aliorum quidem exemplorum titulus prodiisse ait hoc volumen Hagae Comitum apud Petrum de Hondt; sed hunc mendacii arguit non modo charta, verum etiam literarum formae, non Batavicae, sed prorsus Gallicae et Parisienses. Itaque Moshemius (Dissertatt. ad historiam ecclesiast. pertinent. Vol. II. Alton. et Flensb. 1743. 4. Praef. p. VII. not.; coll. Nova acta eruditorum a. 1750. publicata Lipsiae p. 626.) suspicatur, „imminentis belli metum suasisse Gallo mercatori, ut bonam exemplarium partem Batavo venderet, huncque forte gloriae et rei augendae studio, forte aliis etiam de causis coëmtis exemplaribus insigne Batavum affixisse et editi tam egregii scriptoris laudem sibi arrogasse." Ille e Congregatione S. Mauri, familiae Benedictinae, monachus, qui editionem adornavit, fuit Prudentius Maranus *). Solebant Benedictini ordinis socii, qui monumenta Patrum ornatiora et emendatiora in lucem revocabant, longas doctasque dissertationes praemittere. Nec id Maranus respuit; nam in praefatione primum (p. I.—VIII.) de superioribus Justini, Tatiani, Athenagorae et Theophili

*) Hoc praeter alios testatur Phil. le Cerf: Bibliothèque historique et critique des auteurs de la congrégation de S. Maur (Hag. 1726. 8.) p. 293..

editionibus et versionibus, tum (p. X. — LXII.) de eorumdem patrum doctrina, denique (p. LXIII. — CXXV.) de eorum rebus gestis et scriptis exposuit. „Usui — breviter inquit p. IX. — fuere duo recentes mss. codices, quibus omnia Justini tam genuina quam supposita opera continentur, alter e Regia Bibliotheca olim 270. (scribendum erat Marano 2270.) nunc 450., alter ex Claromontana. Praeterea ad Cohortationem adhibiti Regii codices perantiqui, nunc 451. et 174. (diligenter explorando persuasi mihi, priorem in notis Maraneis ad Cohortationem per notam Reg. 1. indicari, alterum vocari Reg. 2. ita, ut Cod. 450. ibidem sit Reg. 3.) olim 2271. et 2929. (verius scripsisset Maranus 2919.) et Colbertinus, qui nunc Regius est 19.“ Diversas scripturas vir laboriosus et eruditus animadvertit cum judicio, feliciter haud raro textum emendavit atque locos obscuriores, non tamen ubique, recte interpretatus est. Sed saepenumero accidit, ut scripturas et in Cohortatione ad Graecos optimis codicibus mstis firmatas, et in ceteris scriptis Justinianis ipsi aliisque jam antea probatas in adnotationem dumtaxat rejiceret; quo fit, ut, quemadmodum in prioribus editionibus, interdum aperta librariorum menda deprehendantur. Novam versionem praecipue desiderabant tractatus de monarchia, Apologiae et Dialogus. Libros autem hoc ordine (p. 1. — 240.) collocavit: Oratio ad Graecos, Cohortatio ad Graecos, De monarchia libellus, Utraque apologia, Dialogus cum Tryphone, Epistola ad Diognetum; Append. P. I. (p. 407. — 583.) complectitur spuria Justini opera, P. II. (p. 585. — 600.) Acta martyrii et fragmenta. — Symbola critica ad hanc

editionem dedit C. A. Heumannus in Miscellann. Lipsiens. nov. Vol. III. P. 2. (Lips. 1744. 8.) p. 222. sqq..

Maraniana editio paginis paulisper mutatis est repetita VENETIIS apud Augustin. Savioli a. 1747. Fol. maj.. Sed permulti hoc in libro inveniuntur errores typographici. Ad idem illud exemplar recusa sunt opera graece et latine in Opp. Patrum graecorum [cura FRID. OBERTHÜR] Vol. I.—III. Wirceburgi ex officina libraria Staheliana 1777.—1779. 8., ita quidem, ut Vol. I. Orationem ad Graecos, Cohortationem ad Graecos, Librum de monarchia, Utramque apologiam, Vol. II. Dialogum cum Tryphone et Vol. III. p. 2.—23. Epistolam ad Diognetum contineat.

Ex illo Marani tempore per centum annos Justinus noster caruit novo editore. Fuere tantum, qui, ut ante illud tempus a nonnullis factum est, sic et postea singulos ederent ejus libros vel junctim plures ex omnibus selectos. Quos editores nunc recenseamus.

S. Justini Phil. et Mart. Apologia prima pro Christianis ad Antoninum Pium, cum latina Joannis Langi versione quamplurimis in locis correcta; subjunctis emendationibus et notis Roberti et Henrici Stephanorum, Perionii, Billii, Sylburgii, Scaligeri, Halloixii, Casauboni, Montacutii, Grotii, Salmasii, Valesii, Cotelerii, pluribusque novis additis; annexis insuper ad calcem annotationibus Langi et Kortholti, praemissa vero Langi praefatione, qua summam hujus apologiae enarravit; edita a JOANNE ERNESTO GRABE. Oxoniae, e theatro Sheldoniano a. dom. 1700. 8. Prostant venales apud Henr. Clements. Alter titulus: Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου

Ἀπολογία πρώτη ὑπὲρ Χριστιανῶν πρὸς Ἀντωνῖνον τὸν Εὐσεβῆ. Ἐκ θεάτρου ἐν Ὀξονίᾳ, ἔτει θεογονίας ͵αψ'. In praefatione dolet vir ille clarissimus, mstos praesto non fuisse codices, quorum paucissima supersint exemplaria. Quapropter textum Stephanianum curavit exprimendum; ipse ad scriptoris intelligentiam pro viribus contulit. — Nonnullas observationes ad hanc editionem dedit Jo. Alb. Fabricius in Bibliotheca graeca, cur. Harles. Vol. VII. (Hamb. 1801. 4.) p. 59. sq..

Ad editionem Grabianam in omnibus conformata est haecce: S. Justini Phil. et Mart. Apologia secunda pro Christianis, Oratio cohortatoria, Oratio ad Graecos et de monarchia liber: cum latina Jo. Langi versione quamplurimis in locis correcta; subjunctis emendationibus et notis Roberti et Henrici Stephanorum, Perionii, Billii, Sylburgii, Jo. Ern. Grabii, Jo. Potteri, pluribusque aliis additis; annexis insuper ad calcem annotationibus Langi et Kortholti, praemissis vero Langi praefationibus, quibus summam eorum, quae in hoc volumine continentur, enarravit: edita ab H. Hutchin, A. M. ex aede Christi. Oxoniae, e theatro Sheldon. 1703. 8. Alter titulus: Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου Ἀπολογία δευτέρα ὑπὲρ Χριστιανῶν, Λόγος παραινετικὸς πρὸς Ἕλληνας, Λόγος πρὸς Ἕλληνας, Περὶ μοναρχίας. Ἐκ θεάτρου ἐν Ὀξονίᾳ, ἔτει θεογονίας ͵αψγ'. Impensis Tho. Bennet, ad insigne Lunae Falcatae in Coemeterio D. Pauli, Londini. Plurima ad hunc librum contulit Grabius, editor suo Marte pauca dedit. Ad Paraenesin, ut in praefatione refert, duo bibliothecae regiae Parisiensis codices msti (hodie, ut accurate inquirendo cognovi, num. 451. et 174. insigniti; illum vo-

cat MS. Reg. 1., hunc designat verbis MS. Reg. 2.) lectiones praebuerunt, quas Michael Lequien transmiserat Thomae Creech, editionem Justini Martyris paranti: post cujus mortem quum in manus Roberti Bartholomaei, collegii Lincolniensis socii, venissent, easdem ille cum Hutchino communicavit. Hic vero tantum aberat, ut codicum antiquissimorum lectiones ad textum adhiberet emendandum, ut in adnotationem eas relegaret.

Justini operibus Oxoniae prelo commissis haec quoque editio conformis est: S. Justini Phil. et Mart. cum Tryphone Judaeo Dialogus, cum latina Joannis Langi versione quamplurimis in locis correcta; subjunctis emendationibus et notis Roberti Stephani, Perionii, Sylburgii, Halloixii, Montacutii, Drusii, Colomesii, Cavii, Bulli, Grabii, pluribusque novis additis; annexis insuper ad calcem annotationibus Langi et Kortholti; praemissis vero Langi praefatione, qua summam hujus Dialogi enarravit, Actisque martyrii S. Justini et Sociorum. Edita a Samuele Jebb. Londini: impensis Gul. et Joh. Innys, bibliopolarum Londinensium. 1719. 8. Vir doctus in edendo hoc Dialogo Grabii et Hutchini viam ingressus est; in eo tantum ab illis differt, quod paucissimas notas easque fere semper ex Sylburgio depromtas adjecit. In praefatione de tempore, quo dialogus habitus sit, breviter disserit, in calcem vero (p. 405. sqq.) fragmenta deperditorum ex Grabii Spicilegio SS. Patrum seculi secundi (Oxon. 1700. 8.) p. 171. sqq. transtulit, omisso tamen fragmento de resurrectione.

Novo posthac vestitu prodierunt Justini Phil. et Mart. Apologiae duae et Dialogus cum Tryphone Ju-

daeo. Cum notis et emendationibus Styani Thirlbii. Londini, impensis Richardi Sare, juxta portam australem Hospitii Greiani, in vico dicto Holbourn. 1722. Fol. maj.. Ut ipsissima illius verba huc reducam: „Codices MSS. — inquit in praefatione — horum scriptorum Justini in Anglia nulli sunt, neque alibi gentium usquam, quod quidem sciam, praeterquam in Gallia, ubi duo sunt, quorum utriusque accuratam collationem mihi desponderam; alioqui nunquam sane huic operi manum admovissem. Verum accidit, duorum doctissimorum hominum, quorum opera ad eam rem usurus eram, alterius immatura morte, alterius temporis angustiis, ut nihil obtineri posset amplius, quam ut loci quidam selecti cum uno eorum conferrentur. In quo ipso hoc insuper accessit infortunii, ut is unus (quo casu vel errore nescio, nisi agnosco fortunam meam) ille esset, unde Roberti Stephani editio expressa est, ut minime mirum sit, si ista collatio non ita multum nobis profuit *). Destituti itaque sperato codicum auxilio, editionem Stephani summa fide et diligentia exhibendam duximus.“ Addidit vir doctus versionem Joann. Langi, sed multum mutatam. Magnum porro laborem impendit in conferendis locis Scripturae cum editionibus Bibliorum et Patribus. Praeterea textui subjunxit aliorum notas, adnexis insuper ad calcem adnotationibus Pearsoni et Joann. Davisii; illae Pearsonianae nunc primum ex bibliotheca regia Cantabrigiensi prodierunt, hae (in Apologiam primam) a Davisio erant ultro missae,

*) Codex ille mstus, quem V. D. consulendum curavit, fuit Claromantanus, Regio a Stephano typis descripto consimillimus. Vid. v. c. quae observavimus ad Apol. I. c. 55. not. 7. et c. 61. not. 6..

simul ut ederentur. Thirlbius autem, ceteros editores Justini Anglicanos supereminens, in sua editione multa praeclara praestitit doctrinaeque haud vulgaris prodidit documenta; qui etsi nullis instructus codicibus mstis ad rem accessit, tamen ingeniose interdum emendavit sustulitque vitia exempli Stephaniani: sed nimia sanandi cupiditate abductus, saepenumero etiam locos integros tentavit, quos, anteaquam sanos esse eos intellexit, veluti corruptos ausus sit emendare. Controversias vero theologicas optimo jure nuspiam attigit. Sunt teste Harlesio in Fabricii Biblioth. gr. l. c. p. 58., qui sub Thirlbii nomine Marklandum, philologum celeberrimum, putent latuisse. — Animadversiones in Justini Mart. Apologiam I. et Dialogum c. Tryph. ex editione Thirlbiana dat anonymus scriptor in Miscellann. observationn. in auctores veteres et recentiores Vol. I. Tom. 3. (Amstelaedami 1732. 8.) p. 363. sqq.. Coll. T. Row: Critique on Thirlby's Justin Martyr in: Gentleman's Magazine for the year 1783. m. Sept. p. 750. sqq..

In Andreae Gallandii Bibliotheca veterum Patrum antiquorumque Scriptorum ecclesiasticorum continet Tom. I. (Venetiis 1765. Fol. maj.; ex typographia Jo. Bapt. Albritii Hieron. Fil.) p. 411. sqq. Justini Apologias, Dialogum et Fragmenta graece et latine cum Marani adnotationibus, quibus doctus ille presbyter congregationis Oratorii paucas alias, praesertim Thirlbianas, adspersit.

Commodae sunt et compendiariae Apologiarum editiones haece:

S. Justini Mart. Apologiae e recensione Grabiana, var. lect. et conjecturas VV. DD. et suas addidit Chri-

stianus Guil. Thalemannus, A. M. et s. theol. Baccal. Lipsiae apud Jo. Chr. Langenhemium 1755. 8. In lectionum usum hanc editionem curavit; quare notas praebuit paucissimas. „Grabianum exemplar propterea praeplacebat, quod in minores sectiones erat divisum atque adeo lectionibus magis accommodatum. Visum autem est nudum textum graecum sine versione exhibere, tum ut parabilius opusculum esset, tum ut diligentia acueretur atque excitaretur iis, qui lectioni et explicationi ejus vellent interesse.“ Praefixit argumenta utriusque Apologiae, ex editione monachi Benedictini depromta, brevemque vocum et phrasium indicem addidit. Perraro V. D. discessit a lectione vulgata.

S. Justini Phil. et Mart. Apologiae duae pro Christianis. Graece et latine, interpretationem lat. ad graeca aptius accommodavit et annotationes adjecit Carolus Ashton. Cantabrig. 1768. 8. Hanc vero editionem prorsus non licuit adsciscere; quocirca non habeo, quae de ea referam.

Justinus des Märtyrers zweite Apologie und Beweis der Alleinherrschaft Gottes. Griech. u. teutsch mit erläuternden Anmerkungen. Nebst einem Anhange über das Leben, die Schriften und Lehren dieses Kirchenvaters für junge Freunde der Theologie von Joh. Adam Göz, Conrektor der Sebalder Schule zu Nürnberg. Nürnb. u. Altdorf bei J. C. Monath u. J. F. Kussler 1796. 8. Refert (Praefat. p. IV. sq.), se in exscribendo Apologiae II. textu Thirlbianam editionem, Stephanianam in libro de monarchia secutum esse. Quod autem ad Apologiam attinet, nonnullas recepit Thirlbii et Marani conjecturas.

S. Justini Mart. et Phil. Apologiae. Edidit Jo. Wil. Jos. Braunius, in univers. Fridericia Wilhelmia Rhenana professor publicus extraordinarius, s. theologiae et philos. D. In usum praelectionum. Bonnae ad Rhenum, impensis T. Habichti. 1830. 8. Eruditae hujus editionis textus ad Marani exemplum expressus est; adjectae sunt Braunii aliorumque animadversiones, lectionum varietas et index rerum, praemissa vero Prud. Marani summaria. — Haec potissimum editio respicitur in Animadversionibus in primam S. Justini M. Apologiam, quas Jo. Ign. Ritter, novi rectoris solemnem inaugurationem indicens, Vratislaviae typis Universitatis 1836. 4. publici juris fecit.

Haec de editionibus dicta sunto. Liceat jam nonnulla addere de epistola ad Diognetum, de prolixo περὶ ἀναστάσεως fragmento et de martyrologio Justini.

Epistola ad Diognetum ex Marani editione in Bibliothecam Gallandianam Tom. I. p. 320. sqq. transiit, nec non exstat brevi adnotatione instructa in Opuscc. Patrum selectt. [edid. Georg. Böhl] P. I. (Berolini 1826. 8., venditur ab E. Franclino) p. 124. sqq. atque in Patrum apostolicorum Opp., edid. Carolus Josephus Hefele, theologiae doctor ejusdemque in acad. Tubing. P. P. extr., (Tubingae in bibliopolio Henr. Laupp 1839. 8.) p. 125. sqq..

De resurrectione carnis fragmentum, a S. Joanne Damasceno in Parallelis sacris servatum, primum latine lucem vidit in Damasceni operibus ex editione Jacobi Billii Parisiis a. 1619. Fol.. Haud ita multo post Petrus Halloixius in S. Justini Phil. et Mart. vita et documentis (Duaci 1622. Fol.), rec. in Illu-

strium ecclesiae orientalis Scriptorum, qui sanctitate juxta et eruditione secundo Christi saeculo floruerunt, vitis et documentis (ibid. ex officina typographica Petri Bogardi 1636. Fol.) p. 299. sqq., ex Parallelorum codice msto, quem Cardinalis Franciscus Rupefucaldus bibliothecae Collegii Parisiensis Societatis Jesu dono dederat, fragmentum illud graece cum latina versione typis describendum curavit. Proxime ab hoc repetiit Jo. Ern. Grabius in Spicilegio SS. Patrum seculi II. (Oxon. 1700. 8.) p. 177. sqq.. Inde ex illo codice Rupefucaldino graece ac latine edidit inter cetera Parallela Michaelis Lequien: Joannis Damasc. Opp. Tom. II. (Paris. 1712. Fol.) p. 756. sqq.. Graece et anglice notisque evulgavit Dav. Humphreys (A curious Fragment of Justin Martyr on the Resurrection, not published in his Works, with the original Greek, done into English, with Notes) una cum versione sua Athenagorae. Londini 1714. 8. In editione Benedictina legitur in Append. P. II. p. 588. sqq.. Usui fuit Marano — ut ipse p. 588. not. b. dicit — „antiquissimus codex Coislinianus," nisi egregie fallor, numero 276. insignitus: is est membranaceus, decimi saeculi circiter, foliorum 278; fuit Laurae S. Athanasii in monte Atho, in catechumenis ibi repositus per Sophronium monachum, ut dicitur fol. 271. verso. Cf. Bernardus de Montfaucon: Bibliotheca Coisliniana olim Segueriana, sive MSS. omnium graecorum, quae in ea continentur, accurata descriptio etc. (Parisiis 1715. Fol.) p. 389. sq.. Separatim cum versione latina prodiit: Justini Mart. ἀπόδειξις resurrectionis carnis. Fragmentum in solenni-

tate paschali a. C. 1766. editum cum observationibus historico-criticis a Guil. Abrah. Teller. Helmstadii in typograph. acad. vid. Schnorriae; apud J. D. G. Schnorrium. Textum Maranianum dedit, Grabianum in tribus aut quatuor tantum retinens locis. Denique dumtaxat graece invenitur illud fragmentum in: Chrestomathia patristica ad usus eorum qui historiam dogmatum christianorum accuratius discere cupiunt adornata a Jo. Christ. Guil. Augusti. Vol. I. (Lips. apud Jo. Theoph. Dykium 1812. 8.) p. 3. sqq..

Acta martyrii Justini et Sociorum ex latina Cardinalis Guilielmi Sirleti interpretatione primus ad diem 12. Junii evulgavit Aloys. Lipomanus in Vitt. Sanctt. Patrum Tom. VII. P. 2. (Rom. 1558. 4.) p. 184.; editor vitas omnes, quae illius tomi parte II. continentur, refert per Simeonem Metaphrasten partim descriptas partim collectas in monasterio Cryptae Ferratae*) inventas fuisse. Sirletiana Actorum Justinianorum versio posthac repetita est in Laur. Surii Sanctorum vitis ad diem 12. Junii jam supra memoratum, quo die illa habet Metaphrastes, (Colon. Agripp. 1618. Fol.) p. 182. sq., in Caes. Baronii Annalibus ecclesiasticis ad ann. 165., Tom. II. (edit. noviss. Colon. Agr. 1685. Fol.) p. 163. sqq. et liberius in Petri Halloixii S. Justini Phil. et Mart. vita et documentis l. c. p. 181. sqq.. Ex illo autem Cryptae Ferratae msto codice beneficio Emmanuelis Schellstratii, bibliothecae istius praefecti, Acta passionis Justini ad Kalend. Jun. graece cum adnotationibus pri-

*) De hujus monasterii (Ordinis S. Basilii) bibliotheca vid. Frider. Blume: Iter italicum, Tom. II. (Hal. 1827. 8.) p. 191. sq..

mus edidit Dan. Papebrochius in Actis Sanctorum Junii, illustr. a God. Henschenio, Dan. Papebrochio, Franc. Baertio et Conr. Janningo, Tom. I. (Antverp. 1695. Fol.) p. 20. sq., ista translatione Sirletiana e regione posita. Quam, in paucis diversam, etiam Theodoricus Ruinartus in sua Acta primorum martyrum sincera et selecta (Amstelaed. 1713. Fol.) p. 58. sqq. intulit. Ex Baronii Annalibus desumsit ac Dialogo cum Tryphone Londini a. 1719. edito praemisit Sam. Jebb. In editione Benedictina exstant in Append. P. II. p. 585. sqq.. „Haec Acta — ait Maranus p. 584. — non nunc primum graece prodeunt, sed tamen accurate eruditi sodalis manu, Domini Petri Maloët, congregationis nostrae in curia Romana olim procuratoris, e codice Vaticano 655. fuere descripta.“ Est haud dubie idem ille codex mstus, qui in bibliotheca Cryptae Ferratae quondam servabatur *). Ex editione Benedictina transiit martyrium in Andr. Gallandii Bibliothecam vett. Patrum etc. Tom. I. p. 624. sqq.. Optime vero illud edidit Alexius Symmachus Mazochius: Commentar. in vetus marmoreum Neapolitanae ecclesiae calendarium (Neapol. 1763.) Tom. II. p. 443. sqq. (rec. in Gallandii Biblioth. l. c. p. 711. sqq.). Hic graecum Bollandianorum exemplar, unde etiam J. A. Göz (Justin. d. Märt. zweite Apol. etc. p. 143. sqq.) textum repetiit versionem adjiciens germanicam, secutus, vetus (Sirleti) interpretatio quum plerumque sententias venetur magis quam verba, novam castiorem ac simpliciorem interpretationem exhibuit, quam in per-

*) Cf. Fr. Blume l. c. Tom. III. (Hal. 1830. 8.) p. 72..

paucis tantum mutatam nos quoque transtulimus; praeterea martyrium prolixis notis et disquisitionibus illustrare conatus est.

Excerpta ex Justini scriptis sunt in Jo. Fr. Bürgii Chrestomath. patrist. graec. Fasc. I. (Vratisl. 1756. 8.) p. 1. sqq.; plura, sed latine, reperiuntur in Francisci Rous Mella Patrum etc. (Lond. 1650. 8.) p. 21. sqq..

II. DE JUSTINI CODICIBUS IN ALIAS LINGUAS VERSIS.

Paulo post editionem Stephani principem, graece nescientes ut Justinum adire possent, prodierunt latinae operum Justinianorum interpretationes, auctoribus Joachimo Perionio, Benedictino Cormoeriacensi, qui observationes quoque ad textum illustrandum addidit, Lutetiae Paris. apud Jac. Dupuys 1554. Fol. Tom. II in I vol. (rec. in Biblioth. magna vett. Patrum, Colon. 1618. Fol. Tom. II. p. 1. sqq.); Sigismundo Gelenio, Bojemo, Basileae apud Hier. Frobenium 1555. Fol. atque inde Parisiis apud Guil. Julianum 1575. 8.*) et Joanne Lango, Silesio, qui etiam commentarios indicesque adjecit, Basil. per Ambrosium et Aurelium, Frobenios fratres, 1565. Fol. Tom. III in I vol. (rec. sine commentt. in Max. Biblioth. vett. Patrum. Lugd. 1677. Fol. Tom. II. P. 2. p. 5. sqq.). Haec versio licet duobus ceteris, elegantibus magis quam accuratis, longe praestantior sit, tamen ipsa vitiis cujuslibet ge-

*) Huic editioni Parisiensi adjuncta est B. Hippolyti Oratio de consummatione mundi et antichristo et secundo adventu domini Jesu Christi ex interpretatione Joannis Pici.

neris scatet; quorum haud pauca Langus evitasset, si Perionii et Gelenii elucubrationes cum sua diligenter contulisset. Sed — ut narrat in epist. nuncupat. p. 26. — opus ante absolverat, quam illae in ipsius manus venerunt.

Jam vero ante tres illos interpretes, textum Stephanianum secutos, Cohortationem ad Graecos latine (ex antiquo quodam codice msto) vertit JOANN. FRANCISC. PICUS Mirandulanus; quae interpretatio edita est in Pici Opp. Argentor. 1507. atque iterum Basil. 1601. Fol., in Joann. Sichardi Antidoto contra diversas omnium fere saeculorum haereses etc. (Basil. 1528. Fol.) p. 112. sqq., in Μικροπρεσβυτικῳ vett. quorundam theologorum (Basil. 1550. Fol.) p. 31. sqq. et in Joann. Jac. Grynaei Monumentis SS. Patrum orthodoxographis h. e. theologiae sacrae ac fidei doctt. LXXXV. etc. (Basil. 1569. Fol.) p. 1947. sqq.. Separatim: Justini Phil. et Mart. admonitorius gentium liber, latine, Jo. Fr. Pico, Mirandulae domino, interprete, nunc denuo ad exemplar graecum collatus et qua licuit fide recognitus. Parisiis in aedibus Carolae Guillardae 1538. 4.

Haec monenda erant de translationibus latinis*); praeterea exstant:

Gallicae: Les Oeuvres de S. Justin, Philosophe

---

*) Restant tantummodo haec Pseudo-Justini scripta: Justini Epistola [ad Zenam et Serenum] de vita christiana, latine, in CLAUDII CHANTELOU, Mon. Bened., Bibliotheca Patrum ascetica etc. Tom. I. (Paris. 1661. 4.) p. 1. sqq., atque: S. Justini Mart. Eversio falsorum Aristotelis dogmatum, latine, GUIL. POSTELLO, in tenebrarum Babylonicarum dispulsionem, interprete. Paris. apud Sebast. Nivellium 1552. 16.

et Martyr, mises de grec en françois par JEAN DE MAUMONT; avec briéves annotations et emendations de faultes. 'A Paris, de l'imprimerie de Michel de Vascosan 1554. Fol.. Haec interpretatio emendatior apud eumdem anno 1559. denuo excusa est.

Exhortation aux Grecs — traduite en françois par MARTIN DUPIN. 'A Paris 1580. 8.

Seconde Apologie de S. Justin pour les Chrétiens; traduite en françois par PIERRE FONDET. 'A Paris, chez veuve Charl. Savreux 1670. 12. Sub illius nomine quum CHANUTUS delituisset, iterum haec interpretatio typis est anno 1686. descripta sub vero interpretis nomine.

Epître à Diognet, attribuée à S. Justin, dans laquelle l'auteur sur les ruines de l'idololatrie et du Judaisme établit les fondemens de la religion chréstienne; traduite de l'original grec [par P. LE GRAS]. 'A Paris, chez Nic. Pierre Armand 1725. 12.

Non tam integram versionem quam excerpta praebet hocce opus: Les Pères de l'église, traduits en français, ouvrage publié par M. DE GENOUDE et dédié à Monseigneur l'archevêque de Paris. Tom. I. ('A Paris, chez Sapia, libraire - éditeur, rues de Sèvres 16., et du Doyenné 12. 1837. 8.) p. 305. sqq.

Anglicae: The Apologies of Justin Martyr, Tertullian and Minucius Felix in defense of the christian religion, with the Commonitory of Vincentius Lirinensis, concerning the primitive rule of faith, translated from their originals with notes for the advantage chiefly of english readers and a preliminary discourse upon each author. Together with a prefatory disser-

tation about the right use of the Fathers. By William Reever, M. A. Rector of Craneford in Middlesex. London, printed for A. and J. Churchill at the Black-Swan in Pater-Noster-Row. 1710. 8. Voll. II. Eadem interpretatio ibid. a. 1716. recusa est.

Justin Martyr's Dialogue with Trypho the Jew; translated from the greek into english, with notes, chiefly for the advantage of english readers, a preliminary dissertation and a short analysis. By H. Brown, M. A. Vicar of ther-swell in Glocestershire. Rivington 1755. 8. Voll. II.

St. Justin, the Philosopher and Martyr, his Exhortations to the gentiles; translated from the greek by the Rev. Thom. Moses. London, Hitch. 1757. 8.

Germanicae: Das Büch Justini, eins Philosophi und Martyrs, an die Heiden. In welchem er ermanet, dieweil sy den waren Gotsdienst von irn Poeten und Philosophen nit lernen mögen, das sy Mosi, den Propheten und Christo glauben sollen, in: Chronica der alten Christlichen Kirchen auss Eusebio, Ruffino, Sozomeno, Theodoreto, Tertulliano, Justino, Cypriano und Plinio durch D. Caspar Hedio verteutscht (Strasb. 1529. Fol.) p. CCLXXXXIIII. b. sqq.. Uti non Eusebium, sed Rufinum germanice illustravit, sic in Cohortatione reddenda haud dubie Pici est interpretationem secutus.

S. Justini zwey Briefe an Diognetum, Zenam und Serenum, verteutscht durch Joh. Otto Glüsing, in ejusdem: Briefe und Schriften der Apostol. Männer (Hamb. 1723. 8.) p. 425. sqq..

S. Justini Brief an den Diognet, aus dem Griechi-

schen übersetzt durch AUGUSTIN GABRIEL GEHLEN, in: Bremer und Verdensche Biblioth. Vol. I. P. 2. (Hamb. 1753. 8.) p. 221. sqq..

Eamdem epistolam vertit J. M. SAILER: Briefe aus allen Jahrhunderten der christl. Zeitrechnung Fasc. I. (Monac. 1800. 8.) p. 39. sqq..

Justins des Märtyrers, eines christl. Philosophen aus dem Anfang des zweiten Jahrhunderts, Gespräch von der Wahrheit und Göttlichkeit der christl. Religion mit dem Juden Tryphon. Aus dem Griech. übersetzt und mit einer Vorrede nebst dem Leben Justins begleitet von N. VON BRUNN, Pfarrer zu St. Martin. Basel 1822. 8.— Fere nihil nisi titulum Dialogus praebuit huic libro: Tryphon und Justin oder vom Judentum. Mit einer Vorrede an Herrn Moses Mendelssohn von FRANZ GÜSSMANN. Wien 1785. 8.

Des heiligen Weisen und Blutzeugen Justinus (I.) Schutzschrift für die Christen, in: Denkmale der christl. Glaubens- u. Sittenlehre aus allen Jahrhunderten gewählt und übersetzt von J. M. DENIS Tom. I. Fasc. 2. (Vindob. 1795. 8.) p. 21. sqq..

Justinus des Märtyrers zweite Apologie und Beweis der Alleinherrschaft Gottes. Griech. u. teutsch — von JOH. ADAM GÖZ. Vid. supra p. XXI..

Excerpta ex Apologia utraque, Dialogo cum Tryph. et fragmento de resurrectione germanice dedit notisque illustravit CHRIST. FRID. RÖSSLER: Bibliothek der Kirchen-Väter in Übersetzungen und Auszügen. Tom. I. (Lips. 1776. 8.) p. 101. sqq..

Italica: S. Giustino Mart. tradotto con alcune

riflessione dal Giov. Bapt. Galliccioli. Venezia 1799. 8. Voll. II.

III. DE JUSTINI CODICIBUS MANU SCRIPTIS.

Valde est dolendum, quod pauci tantum supersunt in bibliothecis codices operum Justinianorum manu scripti; quorum plerique vel Cohortationem ad Graecos vel suppositos tractatus continent. Referam autem de iis genuinorum Justini librorum codicibus mstis *), quos diligentissime inquirendo reperi.

In Francia et Parisiis quidem in Bibliotheca Regia plurimi asservantur, ut praeter Maranum, qui (vid. supra p. XV.) justo brevius de iis exposuit, Catalogorum Bibliothecae Regiae pars secunda complectens codices manu scriptos graecos (ex typographia Regia 1740. Fol.) testatur. Jam his in Catalogis observata afferam, ita tamen, ut passim addam, quae Carolus Benedictus Hase, Instituti Regii Franciae socius, in schola Regia Polytechnica Regiaque speciali linguarum orientalium professor, in Bibliothecae Regiae parte codd. mstos complectente conservator, mecum benignissime communicavit. Facere non possum, quin insignem Viri Clarissimi in me adjuvando humanitatem grato animo commemorem.

I. *Codex Regius CDL.*, olim numero 1428., postea 2270. notatus, chartaceus in fol. min., foliorum 461, quo (vid. Catalogg. p. 63., coll. Nic. le Nourry l. c. p. 467.) continentur: 1°. Sancti Justini, Philosophi et Martyris, Epistola ad Zenam et Serenum (in-

*) De suppositorum Justino librorum codicibus mstis adeas Fabricium l. c. p. 68. sq..

cipit fol. 6. b verbis: Ἐκ παρασκευῆς ἀνδραγαθεῖν· ἀλλ' ἐπεὶ τοῦ νῦν αἰῶνος [p. 408. C. ed. Maran.], unde apparet, eam minime integram esse, ut jam vidit scriba, unam paginam dimidiatam literis non implens; finitur autem fol. 16. b: εἴη μετὰ πάντων ὑμῶν.). Praemittuntur (fol. 1.—5. b) Excerpta e Photii Myriobiblo de scriptis sancti Justini, et ex Eusebii Historia ecclesiastica de sanctis Justino, Polycarpo et Irenaeo. 2°. Ejusdem Sermo paraeneticus ad Graecos (fol. 17.—50.). 3°. Ejusdem Dialogus cum Tryphone Judaeo de veritate religionis christianae (fol. 50. — 193.). 4°. Ejusdem Apologiae duae pro Christianis, una brevior ad Senatum Romanum (fol. 193.—201.), altera prolixior ad Antoninum Pium (fol. 201.—238. b). Sequuntur Epistolae tres, eaedem quae in editis (fol. 238. b—241.). 5°. Ejusdem liber de monarchia sive de Dei unitate (fol. 241. — 247.). 6°. Ejusdem Expositio orthodoxae fidei (fol. 247. — 261.). 7°. Ejusdem Confutatio dogmatum quorundam Aristotelicorum (fol. 261.—300. b. Explicit: καὶ γίνονται ἐξ ἀλλήλων [p. 583. E. ed. Maran.]; statim autem sequuntur in cod. msto: β'. Ἡ φύσις ἡ ποιοῦσα τὰ φυσικὰ etc. [p. 533. B. ed. Maran.] usque ad fol. 302. b: ἀγένητα [sic] ἐν τῷ ἐνιαυτῷ [p. 535. D. ed. Maran.]). 8°. Ejusdem Quaesita et responsa ad Graecos (fol. 302. b—433., ubi quemadmodum apud Maranum p. 547. E. desinunt in verba: τῆς ἀλόγου αὐτῶν ἀπιστίας). Haec excipit Athenagorae liber Περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν, cujus initium: Παντὶ δόγματι καὶ λόγῳ etc., et finis: τιμῆς ἢ δίκης, ut apud Maranum ed. Opp. Just. p. 315. A. et 336. E. — Is Codex anno 1364. exaratus est; clauditur enim, ut etiam Bernard.

de Montfaucon in Palaeograph. gr. (Paris. 1708. Fol.) p. 71. observavit, hac nota: Ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον ἐπὶ ἔτους ,ςωοβ. ἰνδ. β̄. ἐν μηνὶ Σεπτεβρίῳ ια. h. e. Absolutus est hic liber a. 6872. (Christi 1364.), indictione secunda, mensis Septembris die 11.. Idem est hic codex, quem perpaucis tantum immutatis Robertus Stephanus in principe sua operum Justinianorum editione „ex Bibliotheca Regia" typis describendum curavit. Ut brevitate solito more utamur, cum Marano eum in Cohortatione ad Graecos per notam compendiariam Cod. Reg. 3., in ceteris vero scriptis κατ' ἐξοχὴν per notam Cod. Reg. indicavimus.

II. *Codex Regius CDLI.*, olim sub numeris 1169. et 2271., membranaceus in Fol., foliis constans 403, quo (vid. Catalogg. l. c.) continentur: 1°. Clementis Alexandrini Liber adhortatorius ad Graecos. Accedunt scholia marginalia, eaque non contemnenda, cum in huncce tractatum tum in alios qui sequuntur (fol. 1.— 56. b). 2°. Ejusdem Paedagogus, in tres libros divisus. Libri primi decem capita priora et undecimi initium desiderantur (fol. 57.—154. b). 3°. Justini ad Zenam et Serenum fratres epistola (fol. 155.—163. b: ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν.). 4°. Ejusdem Oratio paraenetica ad Graecos (fol. 163. b — 187. b. Ultima verba: οἱ δὲ μετ' αὐτόν [p. 100. E. meae edit.]; desunt enim in codice msto quatuor quaterniones [τετράδια] h. e. triginta duo folia sive sexaginta quatuor paginae, quae jam saeculo decimo quarto desiderabantur, ut liquet ex verbis illo tempore subscriptis: Ἐντεῦθεν ἐλλείπουσι τετράδια δ̄). 5°. Eusebii Pamphili Evangelicae praeparationis libri quinque priores (Liber I. est

principio mutilus: ἡμῖν ἡ [deficiunt igitur tria vocabula] μετὰ χεῖρας [sic] ἐκπονεῖται πρόθεσις etc., vid. edit. Viger. Colon. 1688. Fol. p. 7. A.; finitur fol. 322. eadem ratione, qua apud Viger. p. 234. C.). 6°. Athenagorae Atheniensis Legatio pro Christianis (fol. 322. b — 348.). 7°. Idem de resurrectione mortuorum (fol. 348. b — 367. b). 8°. Eusebii Pamphili adversus Hieroclem liber (fol. 368. — 401. b). 9°. Anonymi fragmentum de loco, unde accersivit asinum Servator (Addidit hoc fragmentum [fol. 402. sq.] literis uncialibus minoribus exaratum alius scriba, qui ex Hasii, veteris rei diplomaticae peritissimi, conjectura saeculo decimo vixit*). — Is codex manu Baanis, notarii Aretae Caesareae archiepiscopi, anno Christi 914. exaratus est; etenim ad calcem (f. 401. b) habet: Ἐγράφη χειρὶ Βαάνους, νοταρίου Ἀρέτα ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας, ἔτει κόσμου ,ϛυκβ' (a. 6422. h. e. Christi 914.). Quidam VV. DD., ut Hutchinus (in praefat. ad edit. apolog. sec. etc.) et Nourrius (l. c. p. 468.), perperam legerunt Βαάνους νότου, id quod jam Bern. de Montfaucon (l. c. p. 275. coll. p. 35. et 43.) vituperavit. Idem ex hoc eximiae notae codice msto, eodem quo scriptus est elegantissimo charactere exemplum proposuit (l. c. p. 274. N. III.). Videtur Hasio observante ille νοτάριος h. e. calligraphus linguam graecam probe cognitam habuisse ita, ut vitia passim obvia codici sint imputandi, quem transscripsit. Egregio autem hoc libro msto, cujus auctoritati prae ceteris, ut par est, obsequendum

*) Montefalconius autem (Palaeogr. gr. p. 276.) ista duo folia integra a Baane exercitii et animi causa unciali charactere opinatur descripta esse.

censuimus, jam antea in Paraenesin usi sunt Hutchinus et Maranus, quibuscum Cod. Reg. 1. appellavimus.

III. *Codex Regius CLXXIV.*, olim 1358., tum 2919., membranaceus formae quadratae, Fonteblandensis h. e. ex Regia Bibliotheca olim in arce Fonteblandensi asservata originem trahens. Folia sunt 190. Ibi (vid. Catalogg. p. 27. sq.) continentur: 1°. Olympiodori Commentarius in Ecclesiasten. 2°. Scholia in Proverbia Salomonis, e Basilii, Diadecti, Didymi, Evagrii, Hippolyti et Palladii scriptis excerpta. Laudatur etiam Aristoteles. 3°. Athanasii locus de Psalmis. 4°. Decem veteris legis mandata. 5°. Maximi Confessoris Quaestiones, interrogationes et responsiones breviores; item diversorum capitum difficilium selecta explicatio. 6°. Scholia in Ezechielem prophetam, ex Apollinarii, Gregorii Nysseni, Origenis, Polychronii et Theodoreti scriptis excerpta. 7°. Scholia in Danielem; ibi saepenumero laudantur Africanus, Ammonius, Chrysostomus, Cyrillus, Hippolytus et Polychronius. 8°. Excerpta e Theodoreti dialogis tribus, ἐρανιστὴν inter et orthodoxum. 9°. Sancti Justini Martyris ad Zenam et Serenum epistola (fol. 85.—92.; prima et extrema verba leguntur uti apud Maranum p. 408. A.—417. B.). 10°. Ejusdem Oratio paraenetica ad Graecos. Conjecta ad marginem brevia quaedam scholia hactenus inedita (fol. 92. b — 112.). Ea autem Hasio judice, quum fere nihil nisi rubricas h. e. indices rerum, de quibus in textu agitur, vel breves notas grammatico-asceticas contineant, vix ac ne vix quidem digna sunt, quae nostro tempore typis de-

scribantur. Ut exemplum afferam, quod haud scio an sit instar omnium, fol. 108. ad verba (Cohort. c. 31. p. 92. B. meae edit.) Καὶ ἐπέβη ἐπὶ Χερουβίμ adnotatur: Καὶ τό, Ἐπέβη ἐπὶ Χερουβὶμ καὶ ἐπετάσθη· ἐπετάσθη ἐπὶ πτερύγων ἀνέμου· ἆρ' οὐ σαφέστερον; Et paulo post (l. c. C.): Οὐκ ἐν τῷ πνεύματι Κύριος] Τοῦτο ἐν τῇ καθ' Ἠλίαν γέγραπται θεοπτίᾳ· ὡς οὐκ ἐν τῷ πνεύματι Θεοῦ ἐμφανιζομένου ἀνθρώποις, οὐκ ἐν τῷ συσσεισμῷ, οὐκ ἐν τῷ πυρί. Ψυχὴ γὰρ ἀνθρώπου, τῇ περὶ Θεὸν ἐνασχολεῖσθαι ἀρξαμένῃ θεωρίᾳ, πρὸς τοῦτον μὲν οἷά τινι βιαίῳ πνεύματι αἴρεται, ἀπὸ τῶν χαμαὶ ἐρχομένων ἁπάντων. 11°. Tatiani Oratio ad Graecos. Accedunt scholia paulo uberiora, nec indigna omnino quae lucem publicam aspiciant. Variae autem codicis illius Orationis lectiones in editione Oxoniensi anni 1700. repraesentatae sunt. 12°. Athenagorae, Atheniensis philosophi, Legatio pro Christianis, cum similibus scholiis. 13°. Ejusdem tractatus de mortuorum resurrectione. 14°. Eusebii Pamphili liber adversus Hieroclem. — Is codex, cujus specimen dedit Bernard. de Montfaucon (l. c. p. 279. N. I.), saeculo undecimo exaratus videtur*) a diversis quidem manibus, quae tamen omnes ejusdem fere temporis sunt. In fine (fol. 190. b) reperitur haec possessoris nota inferiorem aetatem prodens: ☩ Ἡ βίβλος αὕτη εὐτελοῦς χαρτοφύλακος πέλει Γεωργίου τοῦ Σκληράτου διακόνου τῆς Πάφου ☩ Id est enim signum crucis, quod, ut

*) Idem Montefalconius (l. c. p. 277. sq.) decimo hunc codicem saeculo judicat scriptum esse. „Nam, inquit, in aliquot ejusdem formae codices incidi, anni notam ferentes, qui omnes eodem saeculo exarati sunt. Hic dativo ῑ adscribitur, ut in ἐπιστολῆι, quod in aliquot exemplaribus observatur; in pluribus omittitur. Accentus non ita accurate ubique notantur, sed haud raro negliguntur, et spiritus similiter, qui prisca forma plerumque describuntur.“

Hasius abhinc quatuor annos in Graecia vidit, nostris quoque temporibus homines natu grandes atque pii ponunt, quotiescunque aliquid sunt scripturi; nuncupant τὸ Σταυρὲ βοήθει. Codicem autem illum Orationis paraeneticae haud contemnendum, qui, ut ex mirifica consensione patescit, ejusdem familiae est atque Reg. 1. (n. 451.), Hutchini et Marani siglo Cod. Reg. 2. designavimus.

IV. *Codex Regius XIX.*, olim Colbertinus 3581.; inde ab anno 1732., quum Colberti nepos, Comes de Seignelay, mstos libros hereditate acceptos Ludovico XV. vendidisset, Regius 2854., chartaceus formae quadra-

5.

tae. Ibi (vid. Catalogg. p. 9.) continentur: 1°. Job. 2°. Justini Philosophi et Martyris Cohortatio ad Graecos. 3°. Apocalypsis. — Is codex, cujus folia non numerata sunt, saeculo decimo sexto exaratus videtur idque Hasio admonente ab aliquo Europaeo h. e. occidentalis terrae, sive Italiae sive Galliae, incola, qui hoc fortasse modo quamdam in graecis literis exercitationem sibi voluit parare; adhibuit autem pennam, non calamum scriptorium, quo solo aut pennis aeneis Graeci usque ad imperii occasum utebantur. Hunc codicem, qui, licet proprias lectiones multas habeat, haud dubie tamen ex eodem fluxit fonte ac Reg. 2. (n. 174.), non ut Maranus Colbertinum, sed Cod. Reg. 4. vocavi.

V. *Codex Regius CXC.* (vid. Supplément grec, quod supplementum eos continet codices mstos, qui post annum 1740. in Bibliothecam Regiam pervenerunt) saeculo decimo septimo in charta vulgari papyrea exa-

ratus foliisque constans 340. Qui octonariae formae liber mstus, excerpta ex Epiphanio, Clemente Alexandrino, Origene aliisque patribus ecclesiasticis continens, paucas praebet (fol. 286.—304. b) Collectiones ex Scto Justino additis brevibus latinis adnotationibus; sed istum nihil, quod operae pretium esset, ad textum emendandum praesidii afferre posse, Hasius fidem fecit. — Statim adjiciatur

VI. *Codex Claromontanus*, ita a Marano appellatus, quod Bibliotheca Collegii Parisiensis Societatis Jesu eum subministravit. Ejectis autem e Gallia Jesuitis (a. 1764.) quum illius bibliothecae libri publice venderentur, codex ille mstus in Meermani manus pervenit. Quo mortuo cum aliis scriptis (a. 1824.) in Angliam transiit, ut Illustrissimi Thomae Phillipps bibliothecae in villa Middlehill ad oppidum Broadway (in comitatu Vorcestr. situm) institutae adjungeretur. Vid. Catalog. mstorum codicum collegii Claromontani (Paris. 1764. 8.) p. 25. sq. num. LXXXII. et Bibliothec. Meerman. sive catalog. librorum impressorum et codicum mstorum, quos — morte dereliquit Joannes Meerman, Tom. IV. (Hagae Comit. 1824. 8.) p. 7. num. LVII.; coll. Gust. Hänel: Catalogi librorum mstorum etc. (Lips. 1830. 4.) p. 894.. Hic codex chartaceus in fol., complectens folia 377, saeculo decimo sexto exaratus est*) eoque continentur: 1°. Justini Philosophi et Martyris Epistola ad Zenam et Serenum fratres. Praemittuntur nonnulla de Ju-

---

*) At Nic. le Nourry (Apparat. ad biblioth. max. vett. PP. etc. P. I. p. 467.) hunc certe non inelegantem codicem saeculo opinatur decimo quarto conscriptum esse.

stino ex Suida, Photio aliis. 2°. Paraeneticus ad gentes. 3°. Dialogus cum Tryphone. 4°. Apologia utraque pro Christianis cum epistolis Antonini et Marci imperatorum. 5°. De monarchia. 6°. Expositio fidei seu de sancta trinitate. 7°. Refutatio dogmatum Aristotelis. 8°. Quaestiones christianae ad gentiles. 9°. Responsiones ad orthodoxos de quaestionibus necessariis et pertractatio adv. gentiles. 10°. Quaestiones graecanicae ad Christianos de incorporeo, de Deo et de resurrectione mortuorum. 11°. Responsiones christianae ad praedictas Quaestiones ex pietate naturalium rationum. 12°. Athenagoras De resurrectione mortuorum. 13°. Justini Epistola (eadem quae supra) ad Zenam et Serenum. 14°. Expositio (eadem quae supra) confessionis orthodoxae. — Is codex mstus Regio numero 450. insignito simillimus est; etenim non tantum opera eodem ordine complectitur, sed et epistola ad Zenam et Serenum, primo loco collocata, initio detruncata est. Huc accedit, quod ejus lectiones plerumque cum Regio ita conveniunt, eodem ex codice ut uterque descriptus videatur vel alter ex altero. Sirmondus narrante Nourrio (l. c. p. 468.) summa diligentia Claromontanum codicem pervolutavit eique manu sua et initium epistolae ad Zenam et Serenum mutilum supplevit praefixitque omnium quae continet operum elenchum. Idem est ille codex, quocum selectos quosdam locos conferendos Thirlbius curavit.

In Gallia praeter codices mstos supra nominatos unus tantum reperitur, quo equidem primus usus sum; est enim

VII. *Codex Argentoratensis*, bombycinus (ex


charta gossympina: vid. Haenel. l. c. p. 466.) in Fol. minimo, cujus folia recentiori tempore 260 numerata sunt. Fuit quondam Joann. Reuchlini, quod inscriptio indicat manu illius in aversa parte involucri lignei facta (*Liber graecus Johannis Reuchlin phorcēn*); postea in Maurimonasterium (Maursmünster) situm in Alsatia superiore (*Ex libb. Abb. Maurimonast.* 1560), denique violenta Francici regni conversione in publicam Argentorati bibliothecam pervenit. A muribus autem nitum sibi in eo parantibus admodum corrosus est *), sed tantummodo altera ejus pars detrimentum cepit. Hoc codice complectuntur: 1°. Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου φιλοσόφου καὶ μάρτυρος Περὶ μοναρχίας. 2°. Λόγος παραινετικὸς πρὸς Ἕλληνας. 3°. Ἔκθεσις πίστεως περὶ τῆς ὀρθῆς ὁμολογίας, ἤτοι περὶ τριάδος. 4°. Πρὸς Ἕλληνας. 5°. Πρὸς Διόγνητον. Ab alia eaque recentiori manu adjectae sunt: 6°. Τῆς Σιβύλλης ἐρυθρ. στοῖχοι (tres tantum paginas continentes). 7°. Χρησμοὶ τῶν ἑλληνικῶν θεῶν. A priori autem manu est: 8°. Athenagorae Πρεσβεία et 9°. Ejusdem liber περὶ ἀναστάσεως. Quae denique sequuntur scripta Cyrilli Alexandrini atque posterioris aetatis tractatus contra Armenios, Ismaelitas alios aperte recentiorem manum produnt. Pars codicis antiquior saeculo decimo tertio quartove exaratus est **). Illas observationes Vir Summe Venerabilis Eduardus Cunitz, theologiae doctor Argentoraten-

---

*) Hoc jam Gust. Haenel. adnotavit: Catalogg. librorum mstorum etc. p. 466..

**) Hic codex mstus quidem passim habet lectiones deteriores, veras tamen plurimis locis conservavit; idem, ut ex multis potest concludi, non ad Codd. Reg. 3. et Clarom. familiam, sed ad egregiam Codd. Regg. 1., 2. et 4. pertinet maximeque convenit cum Reg. 2..

Specimen Codicis Argentoratensis.



Ad pag. XL.

sis, benevole mecum communicavit. Jam quae praeterea de hoc codice mihi perscripsit, ipsissimis ejus verbis afferam: „Die Zeilen, in dem Theile der Justin enthält, sind vorgezeichnet durch in das starke Baumwollenpapier eingeritzte Linien, u n t e r welche die Buchstaben geschrieben sind. Die Verschränkungen und Zusammenziehungen der Buchstaben sind meistens dieselben wie in den Stephanischen Drucken (u. a. fehlt z. B. das in letzteren so häufige πρ oder μρ), aber bei Weitem nicht durchgängig angewandt; dasselbe ist der Fall mit den eigentlichen Abkürzungen, die auch ganz die bei Stephanus eingeführten sind (von einigen jedoch erinnere ich mich nicht, ob sie bei Stephanus vorkommen: [ligature] = ας und [ligature] = ους; erstere wird von unserm Scriba besonders oft gebraucht. Beinahe durchweg bedient er sich auch der bekannten ἀ͞ρος = ἄνθρωπος, ὀ͞υ͞ν͞ος = οὐρανός, π͞ν͞α, π͞ν͞ς = πνεῦμα etc., θ͞ῦ = θεοῦ; letzteres findet sich nur ausnahmsweise). Übrigens hat bei dem Allem die Schrift nichts weniger als ein currentes Aussehen wegen ihres gedehnten, ins Breite gezogenen, immer noch alterthümlichen Charakters. Was andere Merkzeichen betrifft, so wenig genau Bestimmtes sich auch daraus ziehen lässt, so mag das Hauptsächlichste Folgendes sein: Die Schrift ist durchweg ziemlich gleichförmig und sorgfältig gehalten; auffallend sind die unleserlichen Stellen, die gerade mit den in dem gedruckten Texte vorkommenden Lücken zusammenfallen, obgleich meistens sich noch erkennen lässt, dass sie ursprünglich beschrieben waren; doch sind, im Allgemeinen, besonders die ersten Blätter sehr verblichen und auch auf manchen folgenden die Schlusswörter der

Zeilen und auch die oberen Ecken der Seiten oft sowohl durch Feuchtigkeit als auch durch Reibung sehr verwischt. Die Randglossen, die übrigens in unsern Büchern nicht sehr häufig vorkommen, sind von der Hand des ursprünglichen Librarius, aber mit rother Dinte, wie auch die Titel. Das α, wo es nicht angehängt ist, hat gewöhnlich die Gestalt ω. Das β wird oft durch υ ersetzt. Das ι subscriptum fehlt durchweg. Meistens wird die Form θ, seltener ϑ gebraucht. Für ϰ findet sich öfters auch ϗ. — Die sehr auffallende Übereinstimmung unseres Strasburg. Codex mit den Lesarten des Beurerischen Apographon, welche in den Noten Sylburgs angegeben sind, liessen mich anfangs glauben, unsere Handschrift sey dieses Apographon selbst, da es sich leicht denken liess, dass der Freiburger Professor von dem Codex zu Maursmünster Kenntniss hatte; aber es finden sich doch auch manche ausdrückliche Abweichungen, die wohl hinreichen, die Verschiedenheit dieser Handschriften zu beweisen. Übrigens wurde unser Codex oder wenigstens die drei ersten darin enthaltenen Bücher (de Monarchia, der Paraeneticus und die Ekthesis) schon früher verglichen, wie daraus erhellt, dass bei diesen Schriften die Varianten des gedruckten Textes ziemlich sorgfältig am Rande angegeben sind (im Λόγ. πρὸς Ἕλλ. und im Brief an Diognet ist diess nicht der Fall). Jedoch scheint diese frühere Collation nicht zu etwas Weiterem gedient zu haben oder das Resultat davon bekannt gemacht worden zu seyn." Nunc Viri Plurimum Reverendi **Cunitzius** Cohortationem et Orationem ad Graecos Epistolamque ad Diognetum, **Eduardus Reuss** vero, theologiae

professor Argentoratensis, de monarchia tractatum summa diligentia cum illo codice msto contulerunt, omnes scripturas ab editionis Benedictinae textu diversas quam fieri poterat accuratissime descripserunt mihique edendas concesserunt. Qua de re quid mihi jucundius esse potest, quam his Viris de re literaria optime meritis justas ac debitas agere gratias?

Subjungam quae praeterea ad Galliam pertinent:

VIII. *Manuscriptus Stephani* a me appellatur variarum ad Cohortationem ad Graecos et librum de monarchia lectionum farrago, quam Rob. Stephanus editionis suae (Lutet. 1551.) calci adjecit. Pleraeque fere omnes ex codicibus Parisinis desumtae sunt. — Ad Apologias et Dialogum interdum lectiones affert Codicis Regii orae marginali adscriptas.

IX. *Manuscriptus Pici* a me Cohortationis ad Graecos translatio vocatur, quam Pico Mirandulano debemus. Adhibuit procul dubio mstum quemdam codicem ad conficiendam illam, quippe quae jam prius, quam editio Stephani princeps, Argentorati (a. 1507.) lucem viderit. Cf. supra XXVII.. Tales vero versiones critico respiciendas esse constat. Ac Picus quamvis interdum summo verterit arbitrio, tamen saepe efficit, de genuina Justini lectione ut queat recte judicari. Codex autem mstus, quem usurpavit, ad antiquiores eosdemque meliores referendus est; pertinet nimirum ad familiam Codd. Reg. 1., 2., 4. et Argentor..

In Germania et Helvetia frustra inquisivi in permultas easque copiosissimas bibliothecas. Reperitur tantum

X. *Codex Vimariensis*, membranaceus formae

quadratae, saeculo decimo quinto sextove eleganter exaratus, cujus folia, numeris a scriba non insignita, a me numerantur 50. Fuit olim cujusdam Antonii Mauclercy, posthac Cornelii á Maersche, Lugd. Bat. (a. 1673.), ut cognoscitur ex nota in fronte libri collocata. Ibidem aureo charactere scriptum est: Divi Justini Philosophi et Martyris Oratio ad Graecos. Ejusdem de monarchia dei liber. Atramento adjungitur: Dominicus Lampsonus vertit. Uterque enim liber, et Cohortatio ad Gr. (fol. 1.—40. b) et de monarchia tractatus (fol. 41.—50. a), haud dubie ex graeco quodam msto codice in linguam latinam conversus est. Quare codicem contuli ex eoque scripturae dedi discrepantiam, in quantum fieri poterat; nam versio ipsa, elegans et oratoria, interdum liberior est, ut, quae exemplaris graeci verba fuerint, neutiquam possis divinare. Ceterum codex mstus, quo Lampsonus usus est, ad recentiorem videtur familiam pertinere, cujus sunt Codd. Regius 3. et Claromontanus bonitate Regiis 1., 2., 4. et Argentoratensi cedentes.

Ad Bataviam quod attinet, invenitur

XI. *Codex Leidensis*, chartaceus formae quadratae, qui olim penes Isaacum Vossium fuit (in Anglia), postea vero Lugdunum Batavorum pervenit. In eo quum testibus Catalogis librorum MSS. Angliae et Hiberniae (Oxon. 1697. Fol. Tom. II. P. 1. p. 60. N. 2205.), quibus adstipulatur Catalogus librorum tam impressorum quam mstorum bibliothecae publicae universitatis Lugduno-Batavae (Lugd. apud Batav. 1716. Fol. p. 396. N. 30.; coll. Bern. de Montfaucon: Biblioth. bibliothe-

carum mstorum nov. Paris. 1739. Fol. Tom. I. p. 676.), epistola ad Diognetum insit, per literas rogavi praestantissimum bibliothecae Leidensis praefectum Jacobum Geelium, varias mihi lectiones ex illo codice msto excerptas mitteret. Vir Doctissimus, cujus praedicanda est erga me benevolentia, inter alia respondit: „Diligenter explorando persuasi mihi, Justini M. Epistolam ad Diognetum, quam cum multis aliis scriptis continet Cod. Vossian. 30. (Catal. p. 396.), ipsum esse exemplum, quod Henr. Stephanus ex nescio quo Codice descripsit, quodque editioni primae (1592.) inserviit. Stephani manus est, nisi vehementer fallor; in margine adscriptae sunt eaedem conjecturae, quas Stephanum fecisse recentiores Justini editores testantur (ipsam enim editionem a. 1592. ad manum non habeo); quod autem rem conficit: in Codice post Epistolam ad Diognetum sequitur Adhortatio ad Graecos, quam Stephanus una cum Ep. ad Diogn. separatim vulgavit. Partim contuli cum edit. Paris. 1742. — nihil discriminis. Itaque non video, quid tibi scripti exempli inspectio prodesse possit.“

In Anglia quoque ad Justinum adjuvandum nihil est. Exstat quidem praeter Cod. Clarom. (cf. p. XXXVIII.)

XII. *Codex Glascoviensis*, membranaceus formae quadratae et anno 1453. exaratus, qui teste Haenelio (l. c. p. 790.) Justini Orationes continet, sed quum nuntium de eo adhuc acceperim nullum, nescio equidem, quaenam Justini scripta voce Orationum significentur. Certe in codicibus mstis etiam Epistola ad Zenam et Serenum Orationis nomine appellatur.

Ex Italia aliquid praesidii exspectabam. Etenim

magnam mihi spem injiciebat Friedericus Blume, referens (cfr. Bibliotheca librorum mstorum italica, Gotting. 1834. 8. p. 137.) Romae in *Bibliotheca Angelica* (S. Agostino) *) haberi Justinum et Athenagoram: fol. B. 1. 10. Statim commendante Goettlingio, praeceptore carissimo, Emilium Braunium, Instituti Archaeologici quod Romae est Secretarium, per epistolam adii, benigne ut curaret illum codicem diligenter conferendum. Doctissimus vir, cujus in me voluntas celebranda est, se rescribit inspexisse dictum codicem, at eo contineri tantummodo spuriam Epistolam ad Zenam et Serenum. In *Bibliotheca Vaticana* se reperisse quidem codices quinque manu exaratos, eos autem minime ad genuina Martyris opera pertinere. Sola *Bibliotheca Reginae* praeberi codicem mstum (35. f. 232. a. t.), *ἀποσπάσματα ἐν τῇ δογματικῇ πανοπλίᾳ Εὐθυμίου τοῦ Ζιγαβηνοῦ* complectentem; ea vero exigui esse momenti.

Tres omnino in Italia veri Justini exstant codices msti iique nonnisi ad Cohortationem pertinentes, quorum tamen lectiones aut emendationes inde forte colligendas arcessere nondum licuit. Sunt enim

XIII. *Codex Florentinus* XXXII. n. IX. plut. X. in Bibliotheca Laurentiana Medicea: Sermo exhortatorius ad gentiles. Cfr. Ang. Mar. Bandinius: Catal. Codd. MSS. Bibliothecae Med. Laurent. varia continens opera Tom. I. (Florent. 1764. Fol.) p. 496..

XIV. *Codex Bononiensis* in Bibliotheca Cano-

*) De egregia hac bibliotheca vide sis Fr. Blume: Iter italicum, Tom. III. p. 122. sqq..

nicorum regularium S. Augustini, quo continentur: 1°. Athenagorae Legatio. 2°. Ejusdem de resurrectione corporum. 3°. Justini Martyris moralis oratio: Περὶ μὲν τῆς κατὰ πρόβλημα τινῶν ἀλογίστου etc. (= Epistola ad Zenam et Seren.). 4°. Ejusdem Paraenesis ad Graecos. 5°. Ejusdem de recta fide 6°. Origenis Epistola ad Africanum. 7°. Cleomedis κυκλικῆς θεωρίας μετεώρων. 8°. Heron de machinis bellicis: amanuense Valeriano Albino. Codex melioris notae videtur esse. Cfr. Joann. Mabillon: Museum italicum seu collectio vett. scriptt. ex biblioth. italicis Tom. I. P. 1. (Lutet. Par. 1687. 4.) p. 196.; add. Bern. de Montfaucon: Diarium italicum sive monumentt. vett., bibliothecarum, musaeorum etc. notitiae (Paris. 1702. 4.) p. 407. sq..

XV. *Codex Mutinensis* in Bibliotheca Ducali: 1°. Clementis Alexandrini προτρεπτικός. 2°. Ejusdem παιδαγωγικὸς et Hymnus, ut in editis. 3°. Justini ad Zenam. 4°. Ejusdem contra Graecos. 5°. Athenagorae Legatio. 6°. Tatiani Oratio. 7°. De Sibyllis. Codex mstus elegantissimus decimi saeculi membranaceus, cui consimillimus est codex in Bibliotheca Regia Parisiensi numero 451. insignitus, auctore Montefalconio l. c. p. 31..

De codicibus denique mstis ad fragmentum de resurrectione et ad Acta martyrii Justini pertinentibus adeas supra p. XXIII. sqq. a me exposita.

IV. DE HUJUS EDITIONIS ADORNANDAE CONSILIO ET RATIONE.

Ad me transeo operamque quam in novam hanc

editionem contuli; qua si Deo Optimo Benignissimo adjuvante feci, ut legantur rectius Justiniani libri meliusque intelligantur, effeci id quod mihi proposueram.

Ac primum quidem ad operum designationem quod attinet, servatis Marani sectionibus additisque ad marginem paginarum numeris ac literis B—E usitatissimae editionis Coloniensis, quae Parisiensem anno 1636. in lucem emissam ex asse exprimit, sic ea disposui, ut *Tomus* I. Orationem ad Graecos, Cohortationem ad Graecos, De monarchia tractatum, Apologiam I. ad Antoninum Pium, Apologiam II. ad Senatum Romanum et *Tomus* II. Dialogum cum Tryphone, Epistolam ad Diognetum, Fragmenta deperditorum Actaque martyrii complectatur.

In textu qui dicitur constituendo codicum manu scriptorum, ut par est, potissimum rationem habui; quodsi probabiliorem quam vulgaris est offerrent lectionem, eam in textum recepi. Unde factum est, ut saepenumero a scriptura recederem per Robertum et Henricum Stephanos propagata, cui ipse Prudentius Maranus plerumque nimis anxie adhaesit; hic scilicet quamquam optime est de Justino Martyre promeritus, quod scriptos codices diligenter contulit, raro tamen, id quod ceteris quoque hujus Patris accidit editoribus, vel propter timiditatem quamdam vel nonnunquam propter non satis cognitam graecam consuetudinem, proinde ac codices postulabant optimi corruptos locos emendare ausus est et conformare ideoque saepe falsas lectiones contra certas auctoritates retinuit ac meliores ipsique probatas in adnotationem relegavit. Interdum vero destitutus codicum

manu scriptorum auxilio — hoc maxime accidit in Apologiis et in Dialogo, quorum, quod sane dolendum, non exstant nisi duo codices scripti iique recentiores ac sibimetipsis consimillimi — ubi conjecturam aliquam sive ab aliis propositam sive a me ipso excogitatam tantum non pro certa lectione habere liceret, eam textui inserere non dubitavi. Nec sane ullus hoc nomine audaciae me insimulabit; etenim lectionem aperte vitiosam loco, quem immerito occupavit, ejecisse aliamque quum linguae tum scriptoris ingenio accommodatam pro ista substituisse, quae est audacia? Porro interpunctionem, quae praecipua recognitionis pars jure habetur, diligenter emendavi; in universum enim studui rarius quam vulgo fit distinguendi signa ponere, quam in rem praeclara jam a summis philologis monita sunt.

In adnotatione critica sum hoc modo versatus, ut non solum scripturae discrepantiam in codicibus manu exaratis obviam respicerem, verum et omnes eorum, qui in Justini scriptis emendandis elaboraverunt, textui subjicerem conjecturas, etsi non semper approbari possint: sic sane licet cuique quasi historiam κρίσεως Justinianae clare perspicere.

In interpretatione eam viam tenui, difficilioribus de locis ut meas qualescunque et aliorum observationes adnotarem: virorum enim doctorum animadversiones ubi minus probabiles erant, paucis refutavi, recepi tamen libenter, ubi videbantur amplectendae; plerumque autem illas in brevius coegi*), summaque si-

*) Interdum sufficiebat lectores revocare ad librum meum: De Justini Martyris scriptis et doctrina, Jenae 1841. 8., atque ad Carol. Semisch.: *Justin der Märtyrer*, Partt. II Vratisl. 1840. et 1842. 8.

mul fide curavi, ut debita quisquam laude ne privaretur. Fastidium vero ne mihi pariter ac legentibus crearem, Marani exemplum secutus omittendos censui prolixos Perionii, Langi et Kortholti commentarios, in quibus permulta ad superiorum temporum magis quam ad nostrorum consuetudinem dicta sunt. In illustrandis rebus ecclesiasticis et profanis delectu opus esse duxi atque respui, quidquid a Scriptura sacra discriminis habent laudata a Martyre testimonia, colligere, quo luculentius jam otium a C. A. Crednero hìc factum esse videmus *). Quo autem commodior redderetur curae nostrae usus, diligenter scriptorum tum sacrorum tum profanorum locos in notis indicavimus a Martyre aut aperte excitatos aut obscure significatos.

Versio est Maranea. Quum vero interdum vel esset obscurior vel sensum Justini male redderet passimque desideraretur politior scribendi ratio, in transscribenda ea permulta optimo jure immutavi. Haud procul abfuit, quin illam adderem. At enimvero quid facerem? Certe saepenumero commentarii locum obtinet. Atque „liber graecus, ut Thirlbius (vid. praefat. ad edit. Apologg. et Dial.) in simili causa ait, sine versione editus quam cito vel in magnorum Doctorum bibliothecis situm ducat, nemo nescit. Et quis vermeribus et araneis scribere velit?“ Editioni librorum Justinianorum argumenta praefixi a Benedictino conscripta et a me in paucis tantum mutata. Denique necessarium visum est, ut priores editores imitatus indices et verbo-

*) Cf. viri docti: *Beiträge zur Einleitung in die biblischen Schriften* Tom. I. (Hal. 1832. 8.) p. 151. — 258. et Tom. II. (ibid. 1838. 8.) p. 17. — 98., 104. — 133., 157. — 311..

rum notatu digniorum et rerum memorabilium et locorum a Martyre excitatorum adjicerem.

Ceterum ut ab erroribus typographicis immunis esset haec editio, licet cum ea qua par est curatione ac diligentia studuerim, accidit tamen, minuta quaedam ut relinquerentur vitia, quae in Tomi secundi calce indicavi.

V. ARGUMENTA LIBRORUM JUSTINIANORUM*).

ANALYSIS ORATIONIS AD GRAECOS.

Oratio S. Justini ad Graecos brevis est expositio rationum, quibus adductus Gentiles missos fecit et Christianus factus est. Fastidium ei moverunt gentilia instituta, quae nihil prorsus habeant quod Deo placere possit, dii scelerum notis inusti apud Homerum (c. 1.) et Hesiodum (c. 2.), heroes effeminati (c. 3.), solemnes conventus, in quibus luxuria, tibiae, unctiones, bacchanalia, maximorum flagitiorum vigeant irritamenta (c. 4.). Conjunxit Justinus cum hoc superstitionum fastidio amorem et admirationem rei christianae. Hortatur inde Gentiles, ut accedant ipsique fiant Christiani. Se quoque captum fuisse declarat doctrinae vi

---

*) Accuratiora librorum Justinianorum summaria praeter Maranum conscripserunt Jo. Langus: D. Justini Opp. in Lat. serm. verss. Tom. I. p. 37. sqq., 82. sqq., 101. sqq., 202. sq., Tom. II. p. 3. sqq. — Nic. le Nourry: l. c. p. 351. sqq., 353. sq., 354. sqq., 370. sqq., 381. — P. Gottfr. Lumper: Historia theologico-critica de vita, scriptis atque doctrina SS. Patrum etc. P. II. (August. Vindel. 1784. 8.) p. 64. sqq., 82. sqq., 91. sqq., 102. sqq., 105. sqq., 109. sq., 111. — J. A. Möhler: *Pratrologie od. christl. Literärgesch.* edid. F. X. Reithmayr. Tom. I. (Ratisb. 1840. 8.) p. 192. sqq. et 208. sqq. — Mich. Permaneder: Biblioth. patrist. Tom. II. (Landishut. 1842. 8.) p. 107. sqq., 117. sq., 121. sqq., 126. sq., 130. sqq..

divina et efficacia Logi, qui sedatis vitiosis affectibus tranquillitatem animo affert (c. 5.).

ANALYSIS COHORTATIONIS AD GRAECOS.

Constat Cohortatio ad Graecos duabus potissimum partibus, quarum in prima S. Martyr demonstrat nihil de vera religione ex scriptoribus graecis cognosci posse: in altera autem, si quid veri dixerint, id ad commendationem christianae religionis valere utpote haustum ex Christianorum sacris libris.

In prima parte S. Martyr inquirit, quosnam et quales religionis suae magistros habuerint Ethnici et Christiani quibusque exstiterint temporibus (c. 1.). Probat veritatem neque ex poetis, quorum absurda refert commenta (c. 2.), neque ex philosophis, quorum absurdiores recenset opiniones (c. 3. 4.), disci posse. Imo ne Platonem quidem et Aristotelem excipit; non enim solum inter se (c. 5. 6.), verum etiam secum ipsi (c. 7.) pugnant. Longe dissimiles prophetae, qui veritatem dono divinitus accepto cognoverunt (c. 8.). Horum primus Moses, cujus antiquitas pluribus testimoniis probatur, ac ceteri deinceps coeleste illud donum acceperunt (c. 9. 10.). Quodsi relictis philosophis ad oracula Graeci confugiant, ea favent Christianis (c. 11.). Huc accedit, quod recentes admodum Graecorum magistri; nihil enim accurate scriptum ante Olympiades, nondum inventae erant graecae literae, quum Moses scriberet (c. 12.). Quodsi hujus aliorumque prophetarum libri graece exstant, id ortum per Ptolemaeum regem Aegypti, cujus rogatu in graecum sermonem conversi fuere (c. 13.).

In altera parte Ethnicos hortatur, ut adjungant ad usus suos, si quid veri eorum magistri dixerint. Divina enim providentia factum, ut multa cum Christianis facientia vel inviti dicerent, ii praesertim, qui in Aegypto versati sunt et ibi asservatas Mosis doctrinae reliquias collegerunt (c. 14.). In hunc usum citantur Orphei de uno Deo ejusque Logo testimonia (c. 15.), Sibyllae etiam (c. 16.), Homeri (c. 17.), Sophoclis (c. 18.) et Pythagorae (c. 19.) de uno et singulari Deo sententiae. Platonem, si plures deos admittat, ob metum Atheniensium id fecisse testatur; ceterum videtur in Aegypto cognovisse illud Dei dictum: Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν (c. 20.). Quibus ex verbis patet nullum Deo esse nomen, ac error refellitur a serpente insinuatus primis hominibus (c. 21.). Nec absimile illud Platonis: Τὸ ὂν μὲν ἀεί, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον (c. 22.). De diis autem contraria statuentem inducit Deum opificem (c. 23.); unde immerito vituperat Homerum, qui et ipse in Aegypto cognovit de singulari Deo (c. 24.). In metum Atheniensium rejicitur haec sententiae Platonicae varietas (c. 25.). Multa alia ex Mose mutuatus Plato, scilicet de prophetis a Deo afflatis (c. 26.), de judicio et resurrectione (c. 27.). Sic etiam Homerus ex eodem fonte delibavit testimonia sua de anima in inferis cum corpore cruciata, de creatione, de Paradiso, de turri Babylonica, de diabolo e coelis praecipitato (c. 28.). Nec secus ideae Platonis ex Mose minus belle intellecto ortum habuere (c. 29. 30.). His adde currum Jovis et igneam essentiam, in qua Deum esse dicit (c. 31.). Videtur etiam aliquid cognovisse de dono coelitus

descendente in sanctos homines (c. 32.). Ex Mose desumtum quod ait tempus cum mundo creatum (c. 33.). Ipsi etiam auctores simulacrorum videntur aliquid audivisse de divina historia, illud nempe: Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν καὶ ὁμοίωσιν (c. 34.). Hortatur ergo Justinus, ut ad sacros Christianorum libros Ethnici confugiant (c. 35.), quum philosophi ipsi nihil se scire fateantur, aut saltem Orpheum audiant (c. 36.) et ex parte veram religionem ex Sibylla discant et antiquos philosophos Mercurium et Acmonem consulant (c. 36. 37.).

ANALYSIS LIBRI DE MONARCHIA.

Postquam de origine idololatriae nonnulla praefatus est Justinus (c. 1.), unum esse Deum probat ex Aeschyli, Sophoclis, Philemonis, Orphei, Pythagorae testimoniis (c. 2.). Hunc Deum solum esse judicem, qui libationibus et incensis malorum placari nequeat, productis iterum Sophoclis, Philemonis, Euripidis et Platonis locis ostendit (c. 3. 4.). Deinde ad Menandrum et Euripidem provocans de Gentilium diis ita disserit, eos ut minime inter deos probet reputandos esse, quos quidam vana traditione tamquam deos receperint (c. 5.). Ex his concludit, soli vero et immutabili Deo adhaerendum esse (c. 6.).

ANALYSIS APOLOGIAE PRIMAE *).

Haec Apologia dividi potest in tres partes, qua-

*) Cf. Petr. Tamburini: Analisi delle Apologie di S. Justino Mart. con alcune riflessioni, Paviae 1792. 8. et Sam. Gottl. Lange: Dissert. hist.-crit., in qua Justini Mart. Apologia I. pro Christianis sub examen vocatur, Jenae 1795. 8. P. I. p. 8. sqq..

rum in prima Justinus Christianos indicta causa non debere condemnari demonstrat eorumque innocentiam exponit; in altera probat religionem christianam certissimis argumentis niti; in tertia quid in conventibus Christianorum peragatur edisserit.

Declarat initio S. Martyr, unum se esse ex Christianis (c. 1.). Summa cum libertate postulat ab imperatoribus, ut aequitatem servent (c. 2.) et Christianos aliorum reorum more jubeant judicari (c. 3.); periniquum enim esse, solum nomen indicta causa damnari (c. 4.). Hujus rei causam daemonibus tribuit (c. 5.). Si de his daemonibus agatur, fatetur atheos esse Christianos; at id vituperari posse negat, quum Deum patrem, ejus Filium, bonorum Angelorum excercitum et Spiritum sanctum colant (c. 6.). Si qui forte ex hominibus ita credentibus convicti fuerint sceleris, id nocere non debet aliis (c. 7.), quorum eo illustrior innocentia, quod negare possent, si vellent; sed confitentur libenter, ut mendacium vitent et ad Deum suum citius perveniant (c. 8.). Neque etiam vituperari debent Christiani, quod simulacra non colant, quum hoc cultu nihil absurdius sit (c. 9.), nec quod putent donis Deum non egere, quippe a quo omnia sint creata (c. 10.). Neque enim humanum regnum exspectant Christiani: nihil ejusmodi ab eis metuendum (c. 11.); quinetiam eorum principia ad pacem et reipublicae tranquillitatem maxime conducunt (c. 12.). — Rursus aggreditur Martyr ad innocentiam Christianorum defendendam eosque atheos non esse demonstrat et ex purissimo cultu, quem exhibent Patri et Filio et Spiritui sancto (c. 13.), et ex mirabili morum mutatione,

quam prae se tulerunt, postquam a daemonibus discesserunt (c. 14.). Atque ut res certo constet, in medio ponit eximia Christi praecepta a Christianis religiose observata de castitate, de caritate in omnes, de liberalitate in pauperes (c. 15.), de patientia, de vitando jurejurando (c. 16.), de obedientia regibus praestanda et solvendis vectigalibus (c. 17.). Tam bene affectos cives si spernant imperatores, minatur eis Justinus futurum post mortem judicium, quod ipsi gentiles scriptores agnoscunt, Christiani vero multo magis, qui et corporum resurrectionem sperant (c. 18.) eamque non difficiliorem Deo esse putant, quam ipsam creationem (c. 19.). Huic dogmati nonnulla affinia dixere Gentiles; quare aequum non est, ut soli Christiani vexentur (c. 20.). Sic etiam quae de Filio Dei ejusque in coelum ascensione (c. 21.), generatione, incarnatione et morte docent, absurda videri non debent, quum tam multa poetae de filiis Jovis nugati fuerint (c. 22.).

In secunda parte pollicetur se tria probaturum: Veritatem a solis Christianis doceri; Filium Dei vere esse incarnatum; fabulas opera daemonum inventas, ut Christi adventus fabula videretur esse (c. 23.).

Et veritatem quidem a solis Christianis doceri eosque eapropter vexari probat, primum quia illis solis non licet quod aliis omnibus permittitur (c. 24.); tum quia solus veritatis amor adducere eos potuit, ut cultum Dei morte proposita amplecterentur (c. 25.); quia denique si quis veritatem religionis christianae erroribus corrumpat, hunc persecutio non attinget saltem ob haeresin (c. 26.). Non audet asserere

Justinus haereticos nefanda illa scelera committere; sed Christianos ita ab eis abhorrere declarat, ut ne pueros quidem exponere fas esse putent (c. 27.). Sibi ipsis nocent qui Christianos calumniantur et cum diabolo in ignem mittentur (c. 28.). Quanta sit castitas apud Christianos, ostendit cujusdam adolescentis facto, cui opponit Antinoum (c. 29.). — Tum Filium Dei vere incarnatum esse demonstrat ex pluribus prophetarum oraculis (c. 30.—35.), in quibus recensendis regulas tradit ad Scripturae intelligentiam (c. 36.), exempla struens, ubi Deus pater loquatur (c. 37.), ubi Filius (c. 38.), ubi Spiritus sanctus (c. 39.); addit vaticinia de apostolis (c. 40.) et de regno Christi (c. 41.), observans obiter, in libris propheticis non raro futura ut jam facta narrari (c. 42.). Fatum ex his praedictionibus minime sequi declarat (c. 43.); imo liberum arbitrium in homine esse probat (c. 44.). Loquitur deinde de Christi ascensione a prophetis praenuntiata (c. 45.) eosque minime innocuos esse monet, qui ante Christi incarnationem vixerunt, si a veritate aberraverunt, cujus semina insunt omnibus hominibus (c. 46.). Pergit inde ad vaticinia de Hierosolymorum expugnatione (c. 47.), de Christo (c. 48.), conversione Gentium Judaeorumque reprobatione (c. 49.), de Christi morte (c. 50.) et generatione inenarrabili (c. 51.). Ex his autem prophetiis jam adimpletis concludit ea quoque confirmari, quae nondum evenerunt (c. 52.); sub omnium enim oculis versari, quod adimpleta sint, quae olim praedicta erant de conversione Gentium et reprobatione Judaeorum (c. 53.). — Probat denique fabulas de filiis Jovis inspiratione daemo-

num inventas fuisse, ut Filii Dei adventus fabula videretur (c. 54.). Nihil tamen de cruce suspicati sunt, cujus potentiam et utilitatem Justinus ex rebus sub aspectum cadentibus et magni apud Ethnicos momenti commendat (c. 55.). Eodem consilio daemones induxere Simonem et Marcionem (c. 56. 58.); sed nihil aliud perficere potuerunt, nisi ut Christiani ab improbis odio haberentur (c. 57.). Ipse etiam Plato quae de mundi creatione (c. 59.) et de Filii decussatione et tertiis circa tertium dixit (c. 60.), ea ex Mose derivavit.

In tertia parte Justinus exponit, quomodo sese Christiani Deo consecrent in Baptismo (c. 61.), de quo quum aliquid audissent daemones, aspersiones et lavacra Ethnicorum induxerunt. Sic etiam ex his, quae Christus Mosi dixerat, instituerunt, ut calceos solverent qui templa ingrediebantur (c. 62.). Non enim Deus Pater apparuit Mosi, sed Filius; Judaei autem, qui Patrem apparuisse volunt, nec Patrem nec Filium norunt (c. 63.). Eidem daemonum artificio tribuuntur fabulae de Proserpina et Minerva (c. 64.). Redit ad propositum Justinus: quomodo celebretur Eucharistia (c. 65.), et quid sit (c. 66.) et quae tota series eorum, quae in Synaxibus agebantur (c. 67.), exponit. In conclusione imperatores admonet, ut, si ea quae hactenus dixerat nugae videantur, saltem capitali supplicio digna non videantur (c. 68.). Subjungit Apologiae epistolam Hadriani in gratiam Christianorum datam.

ANALYSIS APOLOGIAE SECUNDAE.

Declarat Justinus in hujus Apologiae primordio

homines improbos et daemones operam conjungere ad occidendos Christianos (c. 1.) atque hujus rei manifestum argumentum profert ex historia trium hominum, qui paucis ante diebus ob solam Christi nominis confessionem supplicio traditi fuerant (c. 2.). Quinetiam se quoque exspectare testatur, ut a Crescente Cynico, viro improbo et indocto, in judicium vocatus ad crucem affigatur (c. 3.). Deinde rationem reddit, cur Christiani sua sibi manu mortem non inferant nec interrogati negent (c. 4.).

Deinde quod Ethnici objiciebant, nimirum Deum, si esset adjutor Christianorum, non passurum illos occidi ab improbis, id quoque ita expedit Justinus, ut Dei justitiam et fratrum innocentiam defendat.

Ac Dei justitiam sic probat: Hominum curam Deus angelis commiserat; sed hi in vitia lapsi scelerum et flagitiorum omne genus in humanum genus sparserunt (c. 5.). Malis ex eorum nequitia profluentibus opposuit Deus potentissimum remedium, Logi incarnationem, quod quidem Justinus argumento probat et ad eam rem quae agebatur et ad totam religionem defendendam aptissimo, nempe auctoritate et imperio Christianorum in daemones, quos ubique terrarum per nomen Jesu ex corporibus hominum expellunt (c. 6.). Sane Dei justitia in puniendis daemonibus aliquando elucebit; tanta vero quum sint Christi incarnationis beneficia, aequum est, ut mundus propter Christianos conservetur. Quare nondum Deus de daemonibus, tot malorum auctoribus, sumit supplicium; sed in ignem aeternum mittentur, quum fiet conflagratio, quae tamen ex fato non eveniet, quia fatum

nec libertati nec virtuti locum relinquit (c. 7.). — Christianorum autem virtutem et innocentiam ex ipsis persecutionibus commendari probat: Si enim semper opera daemonum invisi fuere, qui aliquam veritatis scintillam assecuti sunt, quanto majora daemonum odia esse debent in Christianos, qui totam veritatem ac totum Logon incarnatum complectuntur ac daemonibus aeterna supplicia denuntiant (c. 8.), quae profecto negari non possunt, nisi aut Deus negetur aut providentia (c. 9.). Non in hoc solum invisi daemonibus Christiani, quod veritatem, cujus scintillae tantum ad oculos philosophorum fulserant, ac totum Logon agnoverint, sed in eo etiam, quod Christus sua ipsius potestate praestiterit, ut homines etiam imperiti et operarii gloriam et metum et mortem contemnant (c. 10.). Tum Christianorum in persecutionibus constantia declarat, eos vera et aeterna bona sectari ac virtutis solidam et expressam effigiem assecutos esse (c. 11.). Nihil denique aptius persecutionibus ad propulsandam criminum suspicionem. Quomodo enim tam libenter mortem oppeterent Christiani, si ita viverent, ut eos vivere Ethnici dictitant? Illorum innocentiam Justinus ex hac animi fortitudine perspexit (c. 12.) et a Platonis doctrina ad christianam longe praestantiorem transiit (c. 13.).

Postremo rogat imperatores, hunc libellum publica ut comprobent auctoritate (c. 14.) et aequum judicium ipsorum causa ferant (c. 15.).

ANALYSIS DIALOGI CUM TRYPHONE JUDAEO.

Justino (Ephesi) ambulanti mane in Xysti spatiis occurrit quidam Judaeus, Trypho nomine, cum sex

aliis ejusdem instituti, qui philosophiae studiosum se esse indicat ac veste Justini invitatum, ejus congressum ut appeteret. Justinus ubi Judaeum esse cognovit, miratur hominem Mosi et prophetis addictum non missos facere philosophos (c. 1.), eique narrat, quomodo ipse pluribus gustatis philosophis Platonicos adamasset (c. 2.), postea autem veritate ex cujusdam senis sermone cognita religionem christianam amplexus esset. Senex enim ille demontravit, quam sit inanis scientia philosophorum (c. 3.); animam non posse videre Deum sine Spiritu sancto (c. 4.) neque sua natura immortalem esse (c. 5.), quod quidem Plato ac ceteri philosophi ignorassent (c. 6.). Veritatis cognitionem a solis prophetis petendam esse (c. 7.). Ex hoc igitur cum sene colloquio Justinus ad amorem Christi accensum se esse fatetur (c. 8.). Rident socii Tryphonis; dolet ipse Trypho sortem Justini: quo spondente se demonstraturum religionem christianam certissimis argumentis niti, iterum risus et clamores indecori. Discedere quaerit Justinus, sed pallio retinetur a Tryphone, hac tamen lege, ut ejus socii aut abeant aut silentio audiant. Accepta conditione veniunt in medium Xysti stadium, ubi lapidea erant sedilia ex utraque parte; consident in altera Justinus et Trypho, in altera quatuor socii Tryphonis, quum jam duo jocantes abiissent (c. 9.). Tum Justinus orditur hunc Dialogum, qui nocte interpellatus postridie Tryphone cum sociis et aliis nonnullis, qui pridie non adfuerant, redeunte repetitus est et ad vesperam productus.

Hunc Dialogum in tres partes distribuemus, quarum in prima S. Martyr praejudicatas Judaeorum de

lege opiniones refellit; in altera verum et aeternum Filium a Deo genitum esse eumque nostra causa incarnatum et crucifixum demonstrat; in tertia denique vocationem Gentium et ecclesiam, quae a Christo constituta est, prophetarum oraculis ac veteris Testamenti figuris praedictam fuisse.

Pars I. Quaerenti Tryphoni, cur legem non observent Christiani (c. 10.), respondet Justinus: 1°. Praedictam fuisse veteris legis abrogationem et novae institutionem: idque jam factum esse probat ex conversione Gentium hanc legem per Christi gratiam observantium (c. 11.), dum illam Judaei prorsus dedecorant (c. 12.). 2°. Peccatorum remissionem apud Jesaiam per sanguinem Christi, minime vero per lustrationes Judaeorum promitti (c. 13.). 3°. Justitiam ab eodem propheta non in ritibus externis reponi, sed in conversione cordis, quam Christus donat. Hanc esse veram circumcisionem (c. 14. 15.). 4°. Judaica enim circumcisio in signum data (c. 16.), ut punirentur ob scelera in Christum et Christianos commissa (c. 17.). 5°. Hanc merito a Christianis rejici; siquidem veteribus ignota, in signum data Abrahamo fuit. Lex autem sub Mose ob duritiam cordis instituta (c. 18. 19.): ciborum delectum quemdam institutum, ut etiam inter edendum et bibendum Deum ante oculos haberent (c. 20.); sabbata introducta esse ob peccata populi, non ut opus justitiae (c. 21.), similiter sacrificia et oblationes (c. 22.). 6°. Judaica de lege sententia calumniis adversus Deum ansam praebet (c. 23.). 7°. Longe praestantior circumcisio Christianorum (c. 24. 25.), sine qua Judaei salvari non possunt (c. 26.). Quodsi

prophetae eadem docent ac Moses, id fecere propter eamdem cordis duritiam (c. 27.). At vera justitia per Christum comparatur (c. 28.), ac proinde lex Christianis inutilis (c. 29.), quum aeternam legem per Christi gratiam observent (c. 30.). 8°. Quum tanta fuerit potentia Christi primo ejus adventu, secundum multo gloriosiorem futurum probat ex Daniele (c. 31.), ac duos esse Christi adventus eumque Dominum et Deum et adorandum dici ex pluribus Psalmis demonstrat (c. 32. 33.), quos in Salomonem negat convenire, quum is non modo hos titulos sustinere non possit, sed etiam vitiosus fuerit et longe dissimilis Christianis (c. 34.), inter quos tamen fatetur natas esse haereses, sed quae Catholicos in fide confirment, utpote a Christo praedictae (c. 35.—39.). 9°. Legem ostendit figuram fuisse eorum quae ad Christum pertinent (c. 40.—42.), et finem habuisse in Christo (c. 43.), sine quo Judaei frustra salutem sibi promittunt (c. 44.). Fatetur justos, qui ante legem et sub lege fuerunt, per Christum salvari (c. 45.), nec negat salutem adepturos, si qui legem cum fide in Christum conjungant (c. 46.), quamvis aliter Catholici multi sentiant (c. 47.).

Pars II. Quae hactenus de Christi divinitate dixit Justinus, ea strictim disseruerat ad refellendas Judaeorum opiniones de lege Mosaica. Nunc rogatu Tryphonis probat Christum (Logon) ante mundum conditum Deum fuisse et postea hominem fieri voluisse. Anteaquam disputationem ingreditur, monet Tryphonem, ut fixum et ratum maneat, quod jam demonstratum est, nempe Jesum esse Christum (c. 48.), ac

objiciente Judaeo nondum advenisse Eliam, respondet Joannem esse Eliam primi adventus praecursorem (c. 49.) idque ex Jesaiae prophetia confirmat (c. 50. 51.), et ab ipso Jacobo duos adventus praedictos fuisse ostendit (c. 52.—54.). Tum rogante Tryphone ne in probanda Christi divinitate adhibeat illa testimonia, in quibus Dei nomen non sine metaphora usurpatur, promittit Justinus se his testimoniis non usurum (c. 55.), ac Deum, qui Abrahamo et Jacobo et Mosi apparuit, a Deo Patre distinctum esse probat (c. 56. — 59.); Judaicasque de eo, qui apparuit in rubo, opiniones refellit (c. 60.), et sapientiam a Deo ut ignem ex igne genitam demonstrat ex verbis Salomonis (c. 61.), quibus consentaneum esse ostendit illud Mosis: Ποιήσωμεν ἄνθρωπον etc. (c. 62.).

Cedens his argumentis Judaeus Justinum rogat, ut et Filii Dei incarnationem, passionem, resurrectionem et in coelum ascensionem probet.

Tum Justinus multa profert testimonia, quibus Christus ut Deus et homo laudatur et Gentium conversio praedicitur (c. 63.). Consentit Trypho Christum Gentium esse Deum, at eo negat Judaeos indigere. Castigat ergo Justinus hanc impietatem et prosequitur susceptam de Deo homine facto demonstrationem (c. 64.). Objicit Trypho Deum alteri gloriam suam non dare. Locum explicat Justinus ac deinde refert prophetiam Jesaiae: Ἰδοὺ ἡ παρθένος etc. (c. 65.). Sed multa quum hac de prophetia dicere pararet (c. 66.), interpellat Trypho atque objicit: 1°. Scripturam non dicere: Ἰδοὺ ἡ παρθένος, sed: Ἰδοὺ ἡ νεᾶνις. 2°. Hanc ex virgine generationem fabulae

Persei non absimilem esse. 3°. Satius fuisse Jesum hominem ex hominibus natum fateri, eumque, si modo Christus sit, hanc dignitatem accurata legis observatione consecutum existimare. His tribus respondens 1°. Judaicas de lege (c. 67.) et de Christo, quem hominem ex hominibus sibi fingebant, opiniones refellit (c. 68.). 2°. In his quae poetae de Baccho, Hercule, Aesculapio ac Perseo mentiti sunt, artificia diaboli ostendit, quem oracula prophetarum imitatum esse existimabat (c. 69. 70.). 3°. Quum Judaei rejecta septuaginta virorum versione scriptum esse dicerent: Ἰδοὺ ἡ νεᾶνις, exagitat iniquum illorum de hac versione judicium, ex qua etiam multa illos testimonia sustulisse dicit (c. 71.). Horum nonnulla Tryphonis rogatu profert (c. 72. 73.) et alia colligit loca, in quibus majestas divinitatis cum carnis humilitate conjungitur (c. 74. — 76.). His expeditis Jesaiae prophetiam: Ἰδοὺ ἡ παρθένος etc. demonstrat in Christo adimpletam fuisse (c. 77. 78.), et interpositas a Judaeo de angelis (c. 79.), de instauratione Hierosolymorum et de regno mille annorum quaestiones explicat (c. 80.), ac nata occasione ex Apocalypsis testimonio (c. 81.), nonnulla disserit de donis propheticis apud Christianos et de praedictis a Christo persecutionibus et haeresibus; tum vero Judaeos hortatur, ut ne Christo maledicant et Scripturam prave interpretentur (c. 82.): nam Psalm. CX. 1. (c. 83.), Jesai. VII. 14. (c. 84.) et Psalm. XXIII. 7. minime ad Ezechiam, sed ad Christum pertinere ostendit, seque caritate adduci declarat, ut multa pridie disputata repetat in gratiam eorum qui non adfuerant (c. 85.).

Novus autem Justino nascebatur labor in Christi cruce similiter defendenda. Multa ergo colligit, quae lignum crucis in veteri Testamento praesignificaverunt (c. 86.); quumque Trypho ex his verbis: Ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ etc., quae Justinus citaverat, occasionem cepisset quaerendi, cur Christus, quum Deus sit, opus habuerit Spiritu sancto, Justinus huic quaestioni respondet (c. 87. 88.). Negat Trypho adduci se posse, ut ignominiam crucis agnoscat, propterea quod ἐπικατάρατος ὁ σταυρούμενος (c. 89.). Tum Justinus quanta sit crucis potentia ex manibus Mosis extensis (c. 90.), ex benedictione data Josepho et serpente exaltato demonstrat (c. 91.), et nonnullis de interpretanda Scriptura obiter monitis (c. 92. 93.) tandem locum a Tryphone objectum explicat (c. 94.) addens alia quoque testimonia (c. 95. — 105.).

Resurrectionem Christi probat ex Psalmo XXII. 22. sq. (c. 106.) et ex Jonae historia (c. 107.), quam Judaei non modo respuerunt, sed et per totum orbem miserunt, qui Christum et Christianos teterrimis calumniis in invidiam vocarent (c. 108.).

Pars III. Ninivitarum conversio, quam Judaei non imitati sunt, opportunum Justino introitum dedit in tertiam partem hujus Dialogi. Probat conversionem Gentium praedictam esse a Michaea (c. 109.), ac multa alia colligit, quibus Gentium per Christi sanguinem liberatio praesignificata fuit (c. 110. 111.). Exiles et jejunas Judaeorum interpretationes refellit (c. 112.), ac Josuam figuram Christi fuisse, et Gentes per Christum in terram sanctam introductum iri (c. 113.) ab eoque secundam circumcisionem longe Judaica

praestantiorem accepisse (c. 114.) ostendit. Idem dogma confirmat ex Zachariae visione (c. 115.) et Malachiae de sacrificio Christianorum praedictione (c. 116. 117.), quam ex Christi sacerdotio confirmat aliisque ejus titulis (c. 118.). Eosdem Christianos populum esse et populum longe sanctiorem Judaeis demonstrat (c. 119.) ac genus Abrahami ejusque filio et nepoti promissum (c. 120.). Benedictionem autem in ipso Christo promissam (c. 121.) non ad proselytos Judaeorum, sed ad Christianos spectare (c. 122.), qui verus Israel sunt (c. 123.) et filii Dei (c. 124.), quod Christus est Filius Dei et Israel et Deus, qui apparuit antiquis (c. 125.—129.); et laetantur cum populo Dei, ut prophetae praedixerunt (c. 130.), ac vocationem suam morum sanctitate comprobant (c. 131.), quum Judaei summa semper impietate Deum offenderint et offendant (c. 132. 133.).

Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι D

βουλόμενος ἐκ τῆς Ὁμήρου μαρτυρίας ἀξιόπιστον τὴν ἑαυτοῦ δεικνύναι δόξαν, ἀγνοῶν ὅτι, εἰ Ὁμήρῳ πρὸς ἀπόδειξιν τοῦ ἀληθῆ ἑαυτὸν λέγειν μάρτυρι χρῷτο, πολλὰ τῶν αὐτῷ δοξάντων οὐκ ἀληθῆ φανήσεται ὄντα. Θαλῆς γὰρ ὁ Μιλήσιος, ὁ πρῶτος παρ' αὐτοῖς τῆς φιλο-
σοφίας ἄρξας, τὴν πρόφασιν [10] παρ' αὐτοῦ λαβὼν τὰς πρώτας αὐτοῦ E
περὶ ἀρχῶν ἀθετήσει δόξας. Αὐτοῦ γὰρ Ἀριστοτέλους θεὸν καὶ ὕλην ἀρχὰς εἶναι τῶν πάντων εἰρηκότος ὁ πρεσβύτατος τῶν κατ' αὐτοὺς ἁπάντων Θαλῆς ἀρχὴν τῶν ὄντων ὕδωρ εἶναι λέγει· ἐξ ὕδατος γάρ φησι τὰ πάντα εἶναι καὶ εἰς ὕδωρ ἀναλύεσθαι τὰ πάντα. Στοχάζεται δὲ πρῶτον μὲν ἀπὸ τοῦ πάντων τῶν ζώων τὴν γονήν, ἀρ-
χὴν οὖσαν, ὑγρὰν εἶναι· δεύτερον δὲ ὅτι πάντα τὰ φυτὰ ὑγρῷ 7
τρέφεται καὶ καρποφορεῖ, ἀμοιροῦντα δὲ τοῦ ὑγροῦ [11] ξηραίνεται.

solis imagine naturam Dei beneficam symbolice alicubi (de republ. VI. p. 509. B. ed. Steph. [Opp. ed. Bip. Vol. VII. p. 120.]) illustratam vidit.

7. Οὐχ ... φασίν] Justinus videtur liberius allegare locum in Aristotelis libro de mundo c. 2. (p. 28. ed. Kapp.) obvium. In Cod. Argentor. supra φασὶν posuit haud dubie ipse scriba μέν, ut φαμὲν esset legendum.

8. ὡς αὐτὸς ἔφη] De republ. X. p. 599. D. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. VII. p. 292.).

9. οὕτω] Cod. Argentor. οὕτως. Versus Homeri (Il. XV. 192.) ab Aristotele l. l. c. 6. (p. 280.) excitatur. Cod. Reg. 1., 3. et Argentor. ἔλαχεν pro ἔλαχ'; minus recte Ste-

accurate omnia vidisset, summum Deum in ignea substantia esse dicit. Aristoteles autem, in libro ad Alexandrum Macedonem compendiariam quamdam philosophiae suae sententiam exponens, clare et aperte Platonis evertit sententiam, Deum in ignea substantia esse negans; sed quintum quoddam aethereum et immutabile effingens corpus, in eo ipsum versari pronuntiat. Sic quippe scribit: *Non ut quidam circa res divinas hallucinati Deum in ignea substantia esse docent.* Deinde, quasi hoc in Platonem maledicto parum contentus esset, illum etiam ab eo ejectum civitate ut mendacem et tertium veritatis imaginum (ita enim appellat Plato) imitatorem, Homerum, ad ea quae de corpore aethero dicit demonstranda testem advocat; scribit enim: *Ad hunc ergo modum et Homerus ait:*

Jupiter sortitus est latum coelum in aëthere et nubibus.

In quo quidem ex Homeri testimonio auctoritatem opinioni suae arcessere conatur; sed non videt, si Homero, ut verum a se dici demonstret, teste utatur, futurum ut multae ipsius opiniones non verae esse videantur. Thales enim Milesius, qui primus apud eos philosophari coepit, ansa ab eo accepta primas ejus de principiis opiniones evertet. Nam quum Aristoteles Deum et materiam omnium principia esse dicat, antiquissimus omnium apud eos philosophorum Thales principium rerum aquam constituit; ex aqua enim omnia fieri dicit et in aquam omnia resolvi. Duplici autem conjectura ducitur, prima quod principium omnium animalium semen humidum sit, altera quod plantae omnes humore alantur et fructus ferant eodemque destitutae exarescant. Deinde, quasi parum contentus

phanus quoque illud recepit.

10. *παρ' αὐτοῦ ... δόξας*] Supra *παρ' αὐτοῦ* in Cod. Reg. 4. exstat *Ὁμήρου* et paulo post supra *πρώτας αὐτοῦ* reperitur *Ἀριστοτέλους*. Picus vertit: *occasione de Homero sumta suas de principiis opiniones commentus est.* Inde aliter eum legisse intelligimus. Maranus: Quum, inquit, obscura sit futura oratio, si primum illud *αὐτοῦ* ad Homerum, alterum referamus ad Aristotelem, satis satius videtur utrumque ad Aristotelem referre.

11. *ξηραίνεται*] Ms. Steph. *ξηραίνεσθαι.*

*Εἶθ', ὥσπερ μὴ ἀρκούμενος οἷς στοχάζεται, καὶ τὸν Ὅμηρον ὡς
ἀξιόπιστον μαρτύρεται οὕτως λέγοντα·*

[12] *Ὠκεανός, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται.*

*Πῶς οὖν οὐκ εἰκότως [13] ὁ Θαλῆς πρὸς αὐτόν φησι· Δι' ἣν αἰτίαν,
ὦ Ἀριστότελες, τὰς μὲν Πλάτωνος ἀναιρεῖν [14] ἐθέλων δόξας ὡς
ἀληθεύοντι προσέχεις Ὁμήρῳ, ἡμῶν δὲ τὴν ἐναντίαν [15] ἀποφηνά-
μενος δόξαν οὐκ ἀληθεύειν Ὅμηρον οἴει;* B

6. *Ὅτι τοίνυν οἱ σφόδρα θαυμαστοὶ καθ' ὑμᾶς σοφοὶ οὐδ' ἐν
τοῖς ἄλλοις συμφωνοῦντες φαίνονται, καὶ ἀπὸ τούτων γνῶναι
ῥᾴδιον. [1] Τοῦ γὰρ Πλάτωνος τρεῖς ἀρχὰς τοῦ παντὸς εἶναι λέγον-
τος, θεὸν καὶ ὕλην καὶ εἶδος· θεὸν μὲν [2] τὸν πάντων ποιητήν,
ὕλην δὲ τὴν ὑποκειμένην τῇ πρώτῃ τῶν γενομένων γενέσει καὶ
τὴν πρόφασιν αὐτῷ τῆς δημιουργίας παρέχουσαν, εἶδος δὲ τὸ
ἑκάστου τῶν [3] γινομένων παράδειγμα· Ἀριστοτέλης τοῦ μὲν εἴδους
[4] ὡς ἀρχῆς οὐδαμῶς μέμνηται, δύο δὲ ἀρχὰς θεὸν καὶ ὕλην εἶναί
φησι. Καὶ αὖθις τοῦ Πλάτωνος ἐν τῇ πρώτῃ [5] τοῦ ἀνωτάτω* C
*τοῦ οὐρανοῦ ἀπλανεῖ σφαίρᾳ τόν τε πρῶτον θεὸν καὶ τὰς ἰδέας
εἶναι λέγοντος, Ἀριστοτέλης μετὰ τὸν πρῶτον θεὸν οὐ τὰς ἰδέας,
ἀλλά τινας νοητοὺς θεοὺς εἶναι λέγει. Οὕτω μὲν οὖν περὶ τῶν ἐν
οὐρανοῖς πρὸς ἀλλήλους διαφέρονται πραγμάτων· ὥστε εἰδέναι
προσήκει, ὅτι οἱ μηδὲ [6] τὰ παρ' ἡμῖν ἐνταῦθα γνῶναι δυνηθέν-* D
*τες, ἀλλὰ καὶ περὶ τούτων πρὸς ἀλλήλους διενεχθέντες οὐκ ἀξιόπιστοι
φανήσονται περὶ τῶν ἐν οὐρανοῖς διηγούμενοι. Ὅτι τοίνυν οὐδὲ
ὁ περὶ τῆς ἐνταῦθα ἀνθρωπίνης ψυχῆς αὐτοῖς συμφωνήσει λόγος,
δῆλον ἀπὸ τῶν ὑφ' ἑκατέρου αὐτῶν περὶ αὐτῆς λεχθέντων. Πλάτων
μὲν [7] γὰρ τριμερῆ αὐτὴν εἶναί φησι, καὶ τὸ μὲν λογικὸν αὐτῆς, τὸ
δὲ θυμικόν, τὸ δὲ [8] ἐπιθυμητικὸν εἶναι λέγει· Ἀριστοτέλης δὲ οὐ κοι-*

12. *Ὠκεανὸς..· τέτυκται*] Hom. Il. XIV. 246.. *Ὠκεανοῦ* rectius, uti est in omnibus Homeri editionibus. Quinimo hanc lectionem et sensus poetae et carminis mensura postulant. *Hutchinus.* Cod. Reg. 1. et 2. *πάντεσι.*

13. *ὁ Θαλῆς.. φησι*] Cod. Argentor. *φήσει.* At Reg. 3. et Clarom. verbis aliter collocatis *πρὸς αὐτὸν ὁ Θαλῆς φήσει*, quae est lectio vulgaris.

14. *ἐθέλων*] Cod. Argentor. *θέλων.*

15. *ἀποφηνάμενος*] Cod. Reg. 3. et Clarom. ad marginem habent *ἀποφηναμένων* itemque Ms. Steph., quam lectionem Langus interpres secutus est.

1. *τοῦ γὰρ ... ὕλην εἶναί φησι*]

his conjecturis, Homerum insuper ut idoneum testem citat ita dicentem:

Oceanus qui origo omnibus exstitit.

Quomodo igitur non eum merito sic Thales alloquatur: Qua de causa, Aristoteles, dum Platonis sententias evertere vis Homero, ut vera dicenti, plurimum tribuis; dum autem sententiam nostrae contrariam statuis, vera illum dicere non putas?

6. Porro nec ceteris in rebus vestros illos valde admirabiles sapientes inter se consentire, etiam ex his facile perspicitur. Nam quum Plato tria universorum principia esse dicat, Deum et materiam et ideas — Deum quidem omnium creatorem, materiam vero primae rerum generationi subjectam et Deo unde creet suppeditantem, ideas autem cujusque rerum creatarum exemplar: Aristoteles nusquam idearum ut principii meminit, sed duo principia esse ait, Deum et materiam. Rursus quum Plato primum Deum et ideas in prima summi coeli et immobili sphaera esse doceat, Aristoteles post primum Deum non ideas, sed deos quosdam mente perceptos collocat. Sic igitur illi de rebus coelestibus inter se dissident. Sed in promptu esse debet, qui ne haec quidem nostra cognoscere potuerint, sed de his quoque inter se dissentiant, eos parum idoneos visum iri coelestium narratores. Porro nec de humana quae hic versatur anima inter eos convenire, ex utriusque dictis perspicitur. Illam enim Plato tripartitam esse ait, sic quidem, ut ejus una in parte rationis, in altera irae, in tertia appetentiae sit sedes; Aristoteles vero non tam late patere ani-

Fere ad literam hunc locum descripsit Cyrillus Alex. adv. Julian. II. (Opp. ed. Aubert. Tom. VI.) p. 48. B. C.

2. *τὸν*] Cod. Argentor. praebet genitivum *τῶν*.

3. *γινομένων*] Hutchinus *γενομένων* scripsit.

4. *ὡς ἀρχῆς*] Cod. Reg. 4. *τῆς ἀρχῆς*.

5. *τοῦ ἀνωτάτω τοῦ οὐρανοῦ*] Sylburgius mallet *τοῦ ἀνωτάτω οὐρανοῦ*.

6. *τὰ παρ' ἡμῖν*] Cod. Reg. 2. et 4. *τὰ παρ' ὑμῖν*.

7. *γὰρ*] Deest haec particula in Cod. Reg. 4. ,

8. *ἐπιθυμητικὸν*] Cod. Argentor. mendose *ἐπιθυμη*.

νοτέραν τὴν ψυχὴν εἶναί φησιν, [9] ἐν ᾧ περιείληπται καὶ τὰ φθαρ- E
τὰ μόρια, ἀλλὰ τὸ λογικὸν μόνον. Καὶ ὁ μὲν Πλάτων, ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος, κέκραγε λέγων· Ἀριστοτέλης δέ, ἐντελέχειαν αὐτὴν ὀνομάζων, οὐκ ἀθάνατον, ἀλλὰ θνητὴν αὐτὴν [10] εἶναι βούλεται.
Καὶ ὁ μὲν ἀεικίνητον αὐτὴν εἶναι λέγει· Ἀριστοτέλης δὲ ἀκίνητον 8
αὐτὴν εἶναί φησιν ἁπάσης κινήσεως προηγουμένην.

7. Ἀλλ' ἐν τούτοις μὲν ὑπεναντία φρονοῦντες ἀλλήλοις ἐλέγχονται. Εἰ δέ τις ἀκριβῶς τὰ κατ' αὐτοὺς [1] σκοπεῖν ἐθέλοι, οὐδὲ ταῖς ἑαυτῶν δόξαις ἐμμένειν προῄρηνται. [2] Ὁ γοῦν Πλάτων ποτὲ μὲν τρεῖς ἀρχὰς τοῦ παντὸς εἶναι λέγει, θεὸν καὶ ὕλην καὶ εἶδος, ποτὲ δὲ τέσσαρας· προστίθησι γὰρ καὶ τὴν καθόλου ψυχήν. Καὶ αὖθις τὴν ὕλην ἀγέννητον πρότερον εἰρηκώς, ὕστερον γεννητὴν
αὐτὴν εἶναι λέγει καὶ τῷ εἴδει δὲ ἀρχὴν ἰδίαν πρότερον δεδω- B
κὼς καὶ καθ' ἑαυτὸ οὐσιῶσθαι [3] ἀποφήσας, ὕστερον ἐν τοῖς νοήμασιν αὐτὸ τοῦτ' εἶναι λέγει. Ἔτι μέντοι γε καὶ πᾶν τὸ γενόμενον φθαρτὸν πρότερον ἀποφηνάμενος εἶναι, ὕστερον ἔνια τῶν γινομένων ἄλυτα καὶ ἄφθαρτα δύνασθαι εἶναί φησι. Τί τοίνυν αἴτιον τοῦ μὴ πρὸς ἀλλήλους μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἑαυτοὺς στασιάζειν τοὺς παρ' ὑμῖν νομισθέντας γεγενῆσθαι σοφούς; Τὸ μὴ βουληθῆ-
ναι δηλονότι παρὰ τῶν εἰδότων μανθάνειν, ἀλλ' ἑαυτοὺς οἴε- C
σθαι τῇ ἀνθρωπίνῃ αὐτῶν περινοίᾳ τὰ ἐν οὐρανοῖς δύνασθαι γινώσκειν σαφῶς, καὶ τοίγε μηδὲ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς γνῶναι δυνηθέντες. Τὴν γοῦν ἀνθρωπίνην ψυχὴν ἔνιοι μὲν τῶν παρ' ὑμῖν φιλοσόφων ἐν ἡμῖν, ἕτεροι δὲ περὶ ἡμᾶς εἶναί φασι· οὐδὲ γὰρ ἐν τούτῳ συμφωνεῖν ἀλλήλοις προῄρηνται, ἀλλ' ὥσπερ τὴν ἄγνοιαν διαφόρως μερισάμενοι, καὶ περὶ ψυχῆς φιλονεικεῖν καὶ στασιάζειν πρὸς ἀλλήλους προῄρηνται. [4] Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν φασὶ πῦρ εἶναι τὴν ψυ-
χήν, οἱ δὲ τὸν ἀέρα, [5] οἱ δὲ τὸν νοῦν, οἱ δὲ τὴν κίνησιν, οἱ δὲ D
τὴν ἀναθυμίασιν, ἄλλοι δέ τινες δύναμιν ἀπὸ τῶν ἄστρων ῥέουσαν, οἱ δὲ ἀριθμὸν κινητικόν, ἕτεροι δὲ ὕδωρ γονοποιόν. Καὶ ὅλως

9. ἐν ᾧ περιείληπται] Legi vult Perionius οὐ περιείληπται.

10. εἶναι βούλεται] Cod. Argentor. βούλεται εἶναι.

1. σκοπεῖν] Ms. Steph. γνῶναι.

2. Ὁ γοῦν Πλάτων... τοῦτ' εἶναι λέγει] Hîc quoque imitatur Justinum Cyrillus Alex. loco citato; sed, quod pace utriusque dixerim, nusquam Plato ideam ut ens aliquod

mam docet, ut partes etiam corruptioni obnoxias comprehendat, sed id tantum quod rationis est particeps. Ac Plato quidem, animam omnem immortalem clara voce testatur; Aristoteles vero, licet actum illam appellet, non immortalem, sed mortalem esse decernit. Ille continenter eam moveri; Aristoteles vero immobilem esse dicit, licet omni motioni antecedat.

7. Atque in his quidem dissentire a se invicem deprehenduntur. Quodsi quis accurate illorum scripta expendere velit, ne in suis quidem ipsi opinionibus permanendum sibi esse statuerunt. Nunc enim Plato tria universi principia docet, Deum, materiam et ideas, nunc quatuor; addit enim illam omnia permeantem animam. Rursus qui prius materiam non factam dixit, factam deinceps asserit: et qui prius ideis proprium principium attribuit easque per semet subsistere pronuntiat, postea illas in mentis notionibus esse affirmat. Quinetiam postquam quidquid factum est corruptioni obnoxium esse decrevit, deinceps nonnulla quae facta sunt dissolutionem et corruptionem effugere posse declarat. Quid igitur causae est, cur non solum inter se, sed etiam secum ipsi pugnent qui apud vos habiti sunt sapientes? Nimirum quod a peritis discere noluerint, sed sese existimaverint mentis humanae solertia claram coelestium rerum cognitionem assequi posse, licet ne terrestrium quidem potuerint. Quidam enim ex vestris philosophis animam humanam in nobis, alii circa nos esse dicunt. Nam nec ea de re consentire inter se voluerunt, sed, quasi ignorationem variis modis partiti essent, etiam de anima litigare inter se et digladiari statuerunt. Horum enim alii animam ignem esse dicunt, alii aerem, alii mentem, alii motionem, alii exhalationem, quidam vim ex astris fluentem, nonnulli numerum motivum, alii denique aquam genitalem. Ac omnino incondita apud eos et discors quaedam inve-

a Deo separatum describit. *Maranus.*

3. ἀποφήσας] Ms. Steph. ἀποφῆνας idque textui inseruit Hutchinus.

4. Οἱ μὲν γὰρ... γονοποιόν] Similia his exstant in Hermiae irris. gentil. philosoph. c. 1. p. 175. B. ed. Colon..

5. οἱ δὲ τὸν νοῦν] Haec verba desiderantur in Cod. Argentor..

ἄτακτός τις καὶ ἀσύμφωνος ἡ παρ' αὐτοῖς κεκράτηκε δόξα, ἑνὶ μόνῳ E
τοῖς ὀρθῶς κρίνειν δυναμένοις ἐπαίνου ἀξία φαινομένη, ὅτι[6] πλανωμένους καὶ μὴ τἀληθῆ λέγοντας ἀλλήλους ἐλέγχειν προῄρηνται.

8. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ οὐδὲν ἀληθὲς περὶ θεοσεβείας παρὰ τῶν ὑμετέρων διδασκάλων μανθάνειν ἐστὶ δυνατόν, ἱκανὴν ὑμῖν ἀπόδειξιν τῆς ἑαυτῶν ἀγνοίας διὰ τῆς πρὸς ἀλλήλους στάσεως παρεσχηκότων, ἀκόλουθον ἡγοῦμαι ἀνελθεῖν ἐπὶ τοὺς ἡμετέρους προ- 9
γόνους, τοὺς καὶ τοὺς χρόνους τῶν παρ' ὑμῖν διδασκάλων πολλῷ προειληφότας καὶ μηδὲν ἀπὸ τῆς ἰδίας[1] αὐτῶν φαντασίας διδάξαντας ἡμᾶς, μηδὲ πρὸς ἀλλήλους διενεχθέντας ἢ τὰ ἀλλήλων ἀνατρέπειν πειρωμένους, ἀλλ' ἀφιλονείκως καὶ ἀστασιάστως τὴν[2] παρὰ θεοῦ δεξαμένους γνῶσιν καὶ ταύτην διδάσκοντας ἡμᾶς. Οὔτε γὰρ φύσει οὔτ' ἀνθρωπίνῃ ἐννοίᾳ οὕτω μεγάλα καὶ θεῖα γινώσκειν ἀν-
θρώποις δυνατόν, ἀλλὰ τῇ ἄνωθεν ἐπὶ τοὺς ἁγίους ἄνδρας τηνικαῦ- B
τα κατελθούσῃ δωρεᾷ, οἷς οὐ λόγων ἐδέησε τέχνης οὐδὲ τοῦ ἐριστικῶς τι καὶ φιλονείκως εἰπεῖν, ἀλλὰ καθαροὺς ἑαυτοὺς τῇ τοῦ θείου πνεύματος παρασχεῖν ἐνεργείᾳ, ἵν' αὐτὸ τὸ θεῖον ἐξ οὐρανοῦ[3] κατιὸν πλῆκτρον, ὥσπερ ὀργάνῳ κιθάρας τινὸς ἢ λύρας τοῖς δικαίοις ἀνδράσι χρώμενον, τὴν τῶν θείων ἡμῖν καὶ οὐρανίων ἀποκαλύψῃ γνῶσιν· διὰ τοῦτο τοίνυν ὥσπερ ἐξ ἑνὸς στόματος καὶ μιᾶς γλώτ-
της καὶ περὶ θεοῦ καὶ περὶ κόσμου κτίσεως καὶ περὶ πλάσεως ἀν- C
θρώπου καὶ περὶ ἀνθρωπίνης ψυχῆς ἀθανασίας καὶ τῆς μετὰ τὸν βίον τοῦτον μελλούσης ἔσεσθαι κρίσεως καὶ περὶ πάντων ὧν ἀναγκαῖον[4] ἡμῖν ἐστὶν εἰδέναι ἀκολούθως καὶ συμφώνως ἀλλήλοις ἐδίδαξαν ἡμᾶς, καὶ ταῦτα ἐν διαφόροις τόποις τε καὶ χρόνοις τὴν θείαν ἡμῖν διδασκαλίαν παρεσχηκότες.

9. Ἄρξομαι τοίνυν ἀπὸ τοῦ πρώτου παρ' ἡμῖν προφήτου τε καὶ νομοθέτου Μωσέως, πρότερον τοὺς χρόνους, καθ' οὓς γέγονε, μετὰ πάσης ἀξιοπίστου παρ' ὑμῖν μαρτυρίας ἐκθέμενος· οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν θείων καὶ παρ' ἡμῖν ἱστοριῶν μόνον ταῦτα ἀποδεῖξαι
[1] πειρῶμαι, αἷς ὑμεῖς οὐδέπω διὰ τὴν παλαιὰν τῶν προγόνων D
ὑμῶν πλάνην πιστεύειν βούλεσθε, ἀλλ' ἀπὸ τῶν[2] ὑμετέρων καὶ

6. πλανωμένους] Ms. Steph. πεπλανημένους.

1. αὐτῶν] Cod. Argentor. αὐτῶν.

teravit sententia, quae hac una re aequis judicibus laudanda videatur, quod sese invicem conati sint erroris et ignoratae veritatis crimine premere.

8. Igitur quum nihil veri ex magistris vestris de religione disci possit, ut qui vobis idonea suae inscitiae documenta mutuis dissensionibus praebuerint, sequi mihi videtur, ut ad majores nostros recurramus, qui et multo antiquiores vestris fuere et nihil quidquam proprio Marte excogitatum nos docuerunt; nec inter se digladiati aut suas invicem opiniones evertere conati sunt, sed sine ullo contentionis et partium studio scientiam a Deo acceperunt eamque nos docuerunt. Neque enim natura aut humani ingenii acie res tam magnae ac divinae cognosci ab hominibus possunt, sed eo quod tum in sanctos homines descendebat dono, quibus quidem nec verborum artificio opus fuit nec pugnaciter quidquam et rixandi studio dicere, sed puros seipsos divini Spiritus operationi praebere, ut divinum illud coelitus delapsum plectrum, velut citharae cujusdam vel lyrae instrumento justis hominibus utens, divinarum nobis et coelestium rerum cognitionem recluderet. Quapropter veluti uno ore linguaque una et de Deo et de mundi origine et de hominis creatione et de animae humanae immortalitate et de futuro post hanc vitam judicio et de omnibus rebus, quarum nobis necessaria cognitio est, summa secum ipsis constantia ac inter se consensione nos docuerunt, idque quum variis locis et temporibus divinam nobis doctrinam traderent.

9. Ducam igitur initium a primo apud nos propheta et legislatore Mose. Ac prius quidem, quibus temporibus fuerit, ex gravissimis apud vos testimoniis exponam. Neque enim ex divinis apud nos tantum historiis, quibus nondum ob veterem majorum errorem assentiri vultis, haec demonstrare tentaverim, sed ex

2. *παρὰ*] Cod. Reg. 4. *περί*. Ita et Picus videtur legisse: *dei cognitionem suscepere.*

3. *κατιὸν*] Cod. Reg. 3., Clarom. et Ms. Steph. *κατελθόν*.

4. *ἡμῖν ἐστὶν*] Cod. Argentor. *ἐστιν ἡμῖν*.

1. *πειρῶμαι*] Cod. Argentor. *πειράσομαι*.

2. *ὑμετέρων*] In Cod. Argentor.

μηδὲν τῇ ἡμετέρᾳ θρησκείᾳ διαφερουσῶν ἱστοριῶν, ἵνα γνῶτε,
ὅτι πάντων τῶν παρ' ὑμῖν εἴτε σοφῶν εἴτε ποιητῶν εἴτε ἱστοριο-
γράφων [3] ἢ φιλοσόφων ἢ νομοθετῶν πολλῷ πρεσβύτατος γέγονεν
ὁ πρῶτος τῆς θεοσεβείας διδάσκαλος ἡμῶν Μωσῆς γεγονώς, ὡς
δηλοῦσιν ἡμῖν αἱ τῶν Ἑλλήνων ἱστορίαι. Ἐν γὰρ τοῖς χρόνοις
Ὠγύγου τε καὶ Ἰνάχου, οὓς καὶ γηγενεῖς τινὲς τῶν παρ' ὑμῖν E
ὑπειλήφασι γεγενῆσθαι, Μωσέως μέμνηνται ὡς ἡγεμόνος τε καὶ
ἄρχοντος τοῦ τῶν Ἰουδαίων γένους. Οὕτω γὰρ [4] Πολέμων τε ἐν
τῇ πρώτῃ τῶν Ἑλληνικῶν [5] ἱστοριῶν μέμνηται, καὶ [6] Ἀππίων ὁ
Ποσειδωνίου ἐν τῇ κατὰ Ἰουδαίων βίβλῳ καὶ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν
ἱστοριῶν λέγων, κατ' Ἴναχον Ἄργους βασιλέα Ἀμάσιδος Αἰγυπτίων
βασιλεύοντος ἀποστῆναι Ἰουδαίους, ὧν ἡγεῖσθαι Μωσέα. Καὶ
Πτολεμαῖος δὲ ὁ Μενδήσιος, τὰ Αἰγυπτίων ἱστορῶν, ἅπασι τού-
τοις συντρέχει. Καὶ οἱ τὰ Ἀθηναίων δὲ ἱστοροῦντες, Ἑλλάνι-
κός τε καὶ Φιλόχορος ὁ τὰς Ἀτθίδας, Κάστωρ τε καὶ [7] Θαλλὸς καὶ
Ἀλέξανδρος ὁ πολυΐστωρ, ἔτι δὲ καὶ οἱ σοφώτατοι Φίλων τε καὶ
[8] Ἰώσηπος, οἱ τὰ κατὰ Ἰουδαίους ἱστορήσαντες, ὡς σφόδρα ἀρ- B
χαίου καὶ παλαιοῦ τῶν Ἰουδαίων ἄρχοντος [9] Μωσέως μέμνηνται.
Ὁ γοῦν Ἰώσηπος, τὸ ἀρχαῖον καὶ τὸ παλαιὸν τῆς ἱστορίας καὶ διὰ
τῆς ἐπιγραφῆς τῶν βιβλίων σημῆναι βουλόμενος, ἀρχόμενος τῆς
ἱστορίας οὕτω γέγραφε· Φλαβίου Ἰωσήπου Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας,
τὸ παλαιὸν τῆς ἱστορίας [10] ἀρχαιολογίαν ὀνομάζων. Καὶ ὁ ἐνδο-
ξότατος [11] δὲ παρ' ὑμῖν τῶν ἱστοριογράφων Διόδωρος, ὁ τὰς βι-
βλιοθήκας [12] ἐπιτεμὼν ἐν τριάκοντα ὅλοις ἔτεσιν, Ἀσίαν τε καὶ
Εὐρώπην, ὡς αὐτὸς [13] γέγραφε, διὰ πολλὴν ἀκρίβειαν περιελθὼν C
καὶ αὐτόπτης τῶν πλείστων γεγονώς, τεσσαράκοντα ὅλα τῆς ἑαυ-
τοῦ ἱστορίας βιβλία γέγραφεν. Ὅς ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ, φήσας

recentior manus mutavit in ἡμετέρων. Ad marginem vero ab antiquiore scriba notatum est ὑμετέρων.

3. ἢ φιλοσόφων] Desunt haec verba in Cod. Argentor..

4. Πολέμων etc.] De historicis a Justino deinceps laudatis plura dabit G. I. Vossius de historicis graecis ed. A. Westermann (Lips. 1838. 8.) p. 28. sqq., 154. sqq., 202. sq., 234. sq. al..

5. ἱστοριῶν] Abest a Cod. Reg. 4. eumque Maranus secutus est.

6. Ἀππίων] Ita Codd. msti; editi vero praeter Stephanianum et Maranianum Ἀπίων.

7. Θαλλὸς] Cod. Argentor.. Θαλός.

vestris ac nihil ad religionem nostram pertinentibus, ut intelligatis omnibus apud vos sive sapientibus sive poetis sive historiae scriptoribus sive philosophis sive legislatoribus multo antiquiorem fuisse primum religionis nostrae magistrum Mosem, quemadmodum nobis declarant historiae Graecorum. Illae enim Ogygis et Inachi temporibus, quos etiam nonnulli ex vestris terrà genitos crediderunt, Mosem ut ducem et principem nationis Judaeorum commemorant. Ita enim Polemo in primo Graecarum historiarum libro, et Apio Posidonii, qui in suo adversus Judaeos opere et in quarto historiarum libro scribit, regnante Argis Inacho Judaeos ab Amaside Aegyptiorum rege defecisse eorumque ducem fuisse Mosem. Ptolemaeus quoque Mendesius res gestas Aegyptiorum scribens his omnibus assentitur. Et qui res Atheniensium literis mandarunt, Hellanicus et Atticorum auctor Philochorus, Castor et Thallus et Alexander Polyhistor, tum etiam sapientissimi Judaicarum rerum scriptores, Philo et Josephus, Mosis ut antiquissimi et vetustissimi Judaeorum ducis meminere. Ac Josephus quidem, quum antiquitatem historiae ex ipsa librorum inscriptione declarare vellet, ita in primordio historiae scripsit: *Flavii Josephi Judaicarum Antiquitatum libri*, vetustatem historiae antiquitatum nomine designans. Huc accedit celeberrimus vestrorum historiae scriptorum Diodorus, qui Bibliothecas in compendium redegit per triginta ipsos annos, et quum Asiam et Europam, ut ipse scribit, ob summam in explorandis rebus diligentiam peragrasset plurimaque oculis suis vidisset, quadraginta totos historiae suae libros posteris reliquit. Is in primo libro, post-

8. *Ἰώσηπος*] Cod. Argentor. *ἰώσηππος* et sic ceteris quoque locis in hoc codice scriptum.

9. *Μωσέως*] Cod. Argentor. *Μωϋσέος* et sic postea fere semper ubi occurrit. Restitui formam meliorem *Μωσῆς*, *Μωσέως* etc., quae eodem in codice ut in aliis passim invenitur.

10. *ἀρχαιολογίαν*] Non legitur in Cod. Reg. 4..

11. *δὲ*] Desideratur in Cod. Argentor..

12. *ἐπιτεμὼν*] Cod. Reg. 4. *ὑποτεμών*.

13. *γέγραφε*] Cf. Diodori Sic. Biblioth. histor. I. c. 4. (Opp. ed. Wesseling. Tom. I.) p. 7. sq..

παρὰ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱερέων μεμαθηκέναι, ὅτι [14] ὁ ἀρχαῖος καὶ πρῶτος νομοθέτης Μωσῆς γέγονεν, αὐταῖς λέξεσι οὕτω περὶ αὐτοῦ γέγραφε· [15] Μετὰ γὰρ τὴν παλαιὰν τοῦ κατ' Αἴγυπτον βίου κατάστασιν, τὴν μυθολογουμένην [16] γενέσθαι ἐπὶ θεῶν καὶ ἡρώων, πεῖσαί φασιν ἐγγράφοις νόμοις πρῶτον χρῆσθαι [17] τὰ D
πλήθη, ἄνδρα καὶ τῇ ψυχῇ μέγαν καὶ τῷ βίῳ [18] ἱκανώτατον μνημονευόμενον. Εἶτα βραχύ τι προελθὼν καὶ τῶν παλαιῶν νομοθετῶν μνησθῆναι βουλόμενος, πρώτου Μωσέως μέμνηται. Ἔφη γὰρ αὐταῖς λέξεσιν οὕτως· [19] Παρὰ μὲν τοῖς Ἰουδαίοις Μωσῆν [20] τὸν καλούμενον θεόν, εἴτε θαυμαστὴν καὶ θείαν ὅλως ἔννοιαν εἶναι [21] κρίναντας τὴν μέλλουσαν [22] ὠφελήσειν ἀνθρώπων πλῆθος, E
[23] εἴτε πρὸς τῶν ὑπεροχὴν καὶ δύναμιν τῶν εὑρεῖν λεγομένων τοὺς νόμους ἀποβλέψαντα τὸν ὄχλον μᾶλλον [24] ὑπακούεσθαι διαλαβόντας. Δεύτερον δὲ νομοθέτην [25] Αἰγύπτιον γεγονέναι φασὶ Σάουχνιν, ἄνδρα συνέσει διαφέροντα. Τρίτον δὲ λέγουσι [26] Σεσόγχωσιν τὸν

14. ὁ ἀρχ.] Articulus deest in Cod. Reg. 3. et Clarom..

15. Μετὰ γὰρ ... καλούμ. θεὸν] Cf. Diodor. l. l. c. 94. p. 105.. Justini autem vestigia premit Cyrillus Alex. adv. Julian. I. (Opp. ed. Aubert. Tom. VI.) p. 15. E.

16. γενέσθαι ... χρῆσθαι] Similiter Cyrillus, nisi quod χρήσασθαι scribit. Diodor. γεγονέναι ἐπί τε τῶν θεῶν καὶ τῶν ἡρώων, πεῖσαί φασι πρῶτον ἐγγράπτοις νόμοις χρήσασθαι.

17. τὰ ... ἄνδρα] In libris Justini editis legitur τὰ πλ. καὶ βιοῦν Μωσῆν ἄνδρα. Expunxi voces καὶ et Μωσῆν, quippe quae neque in Cod. Reg. 1., 2. et Argentor. legantur (dumtaxat in ora Cod. Reg. 2. marginali a Latino quodam sero Μωσῆν adscriptum est) neque apud Cyrillum exstent; etiam in Diodori Codd. mstis omnibus illud καί, quod Wesselingius ex editione Justini Sylburgiana recepit, omittitur et pro Μωσῆν repetitur Μνεύην. Vocabulum βιοῦν ejicere idcirco non dubitavi, quod nihil facit ad sententiam et interpretamentum sapit; haud dubie enim Marano jam monente scriba quidam ad marginem βοῦν apposuit, ut admoneret Mnevem dici bovem Osiridi sacrum, qui Heliopoli nutriebatur: inde in textum Diodori et Justini βιοῦν istud irrepsit, quod locum penitus deformat. Βοῦν autem in βιοῦν mutatum esse videtur ob antecedens βίου et sequens βίῳ. Ceterum Rhodomanus lectionem κατὰ βίον proponit.

18. ἱκαν. μνημον.] Diodor. κοινότατον (Cyrill. καινότατον) τῶν μνημονευομένων.

19. Παρὰ μὲν ... τῶν Αἰγυπτίων] Cf. Diodor. l. l. c. 94. sq. p. 105. sq..

20. τὸν καλούμενον θεὸν] Ne-

quam se ex sacerdotibus Aegyptiis accepisse dixit antiquum et primum legislatorem fuisse Mosem, sic de illo totidem verbis scribit: *Nam post antiquum vitae statum, quem fabulae sub diis et heroibus traductum fingunt, primus populis persuasisse fertur, ut scriptis legibus uterentur, vir et magnitudine animi et utilitatibus vitae hominum allatis celeberrimus.* Deinde paululum progressus ac veteres legislatores recensere volens, primum commemorat Mosem. Sic enim totidem verbis loquitur: *Ferunt etiam apud Judaeos Mosem Deum illum (qui vocatur Iao legum suarum auctorem finxisse) sive quod animi cogitationem, quae utilis hominum multitudini futura esset, admirabilem et divinam judicarent, sive quod plebem, dum eorum praestantiam et potestatem considerat qui leges invenisse dicerentur, magis dicto audientem fore existimarent. Secundum Aegypti legislatorem Sauchnin fuisse memorant, virum prudentia praestantem. Tertium ferunt Se-*

mo est qui haec legens non prima specie existimet Mosem appellatum Deum fuisse. Hinc deceptus Cyrillus haec ad Mosem refert et cum superiore testimonio conjungit, quamvis Justinus aliquid interjectum esse moneat inter utrumque testimonium. *Maranus.* Apud Diodorum enim legitur *τὸν Ἰαῶ ἐπικαλ. θεὸν* ita, ut huic Deo Moses leges suas adscribere dicatur. S. Martyr utrum consulto an ob vitium libri quo usus est illam omiserit vocem, equidem nescio; non tamen potest Cyrillus excusari, qui ex Justino (nam Diodorum non adiit) transscribens, quae is bene distinxit, connectit male, nimirum ut Juliano fortius instaret.

21. *κρίναντας*] Cod. Reg. 3., 4., Clarom. et ab altera manu Argentor. *κρίναντα.* Etiam in Cod. Vimar. et MS. Pici est singularis numerus. Editiones praeter Maranianam *κρίναντος.* Margini Reg. 2. a manu non admodum recenti adscriptum est: *‛κρίναντας, ἤγουν Ζάμολξιν καὶ Μωϋσῆν καὶ ἄλλους νομοθέτας, περὶ ὧν Διώδορος ἐν τέλει τοῦ α΄. βιβλίου μνημονεύει.*

22. *ὠφελήσειν*] MS. Steph. *ὠφελῆσαι* (ex Diodoro).

23. *εἴτε πρὸς*] Sylburgius scribit *εἴτε [καὶ] πρός*, ut est apud Diodorum.

24. *ὑπακούεσθαι διαλαβόντας*] Diodor. *ὑπακούσεσθαι διαλαβόντας.* Alterum vero vocabulum, pro quo editores Marano excepto habent *διαλαβόντος* (ita etiam Cod. Argentor.), Cod. Reg. 1., 2. et 4. firmatur.

25. *Αἰγύπτιον . . . Σάουχνιν*] Diodor. *Αἰγύπτου φασὶ γενέσθαι Σασύχην.*

26. *Σεσόγχωσιν*] Diodor. *Σεσόωσιν.* Picus scribit *Sesochosin.*

βασιλέα μὴ μόνον πολεμικὰς πράξεις ἐπιφανεστάτας [27] κατεργάσα-
σθαι τῶν κατ' Αἴγυπτον, ἀλλὰ [28] καὶ τὸ μάχιμον ἔθνος νομο-
θεσίαις στήσασθαι. Τέταρτον δέ φασι [29] νομοθέτην γεγενῆσθαι 11
Βόκχοριν τὸν βασιλέα, σοφόν τινα καὶ πανουργίᾳ διαφέροντα.
Μετὰ δὲ τοῦτον προσελθεῖν λέγεται τοῖς νόμοις Ἄμασιν τὸν
βασιλέα, ὃν ἱστοροῦσι τὰ περὶ τοὺς νομάρχας [30] διατάξαι καὶ
τὰ περὶ τὴν σύμπασαν οἰκονομίαν τῆς Αἰγύπτου. Ἕκτον δὲ λέ-
γεται τὸν Ξέρξου πατέρα Δαρεῖον τοῖς νόμοις ἐπιστῆναι τοῖς τῶν
Αἰγυπτίων.

10. Ταῦτα, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, [1] οἱ ἔξωθεν τῆς ἡμετέρας
θεοσεβείας περὶ τῆς ἀρχαιότητος Μωσέως ἱστοροῦντες γεγρά-
φασι, καὶ ταῦτα πάντα παρ' Αἰγυπτίων ἱερέων μεμαθηκέναι φή- B
σαντες, παρ' οἷς οὐκ ἐτέχθη Μωσῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ [2] πάσης
τῆς Αἰγυπτίων παιδεύσεως μετασχεῖν ἠξιώθη, διὰ τὸ ὑπὸ θυγα-
τρὸς βασιλέως εἰς παιδὸς [3] ᾠκειῶσθαι χώραν καὶ διὰ τὴν προ-
ειρημένην πρόφασιν πολλῆς ἠξιῶσθαι σπουδῆς, ὡς ἱστοροῦσιν οἱ
σοφώτατοι τῶν ἱστοριογράφων, οἱ καὶ τὸν βίον αὐτοῦ καὶ τὰς
πράξεις καὶ τὸ τοῦ γένους ἀξίωμα ἀναγράψασθαι προελόμενοι,
Φίλων τε καὶ Ἰώσηπος. Οὗτοι γὰρ τὰς Ἰουδαίων ἱστοροῦντες πρά- C
ξεις, ἀπὸ μὲν τοῦ Χαλδαίων γένους τὸν Μωσέα γεγενῆσθαί φασι·
τῶν δὲ προγόνων αὐτοῦ διὰ λιμοῦ πρόφασιν ἀπὸ τῆς Φοινίκης
ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον μεταναστάντων ἐκεῖ τὸν ἄνδρα τετέχθαι φασίν,
ὃν δι' ὑπερβάλλουσαν ἀρετὴν ὁ θεὸς τιμῆσαι προὔθετο, καὶ ἄρ-
χοντα καὶ στρατηγὸν καὶ νομοθέτην γενέσθαι τοῦ ἑαυτοῦ γένους
ἠξίωσεν, [4] ὁπηνίκα ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου τὸ τῶν Ἑβραίων [5] πλῆ-
θος ἐπὶ τὴν οἰκείαν χώραν ἐπανελθεῖν ἐδικαίωσε. Τούτῳ πρῶ- D
τον ὁ θεὸς καὶ τὴν ἄνωθεν ἐπὶ τοὺς ἁγίους ἄνδρας θείαν καὶ
προφητικὴν τηνικαῦτα κατιοῦσαν [6] παρέσχε δωρεάν, καὶ πρῶτον
τῆς θεοσεβείας ἡμῶν διδάσκαλον γενέσθαι παρεσκεύασεν· εἶτα
μετ' αὐτὸν τοὺς λοιποὺς προφήτας, τοὺς καὶ αὐτοὺς τῆς αὐτῆς

27. κατεργάσασθαι] Cod. Argentor. mendose καὶ ἐργάσασθαι.

28. καὶ τὸ ... στήσασθαι] Diodor. καὶ περὶ τὸ ... νομοθεσίαν συστήσασθαι.

29. νομοθέτην γεγενῆσθαι] Diodor. γενέσθαι νομοθέτην.

30. διατάξαι] Cod. Argentor. διατάξασθαι.

1. οἱ] Deest in Cod. Argentor.

sonchosin regem non solum rebus bello gestis celeberrimum omnium Aegyptiorum fuisse, sed etiam bellicosam gentem legibus temperasse. Quartum Buchorin regem leges instituisse perhibent, sapientem quemdam et apprime versutum. Post hunc rex Amasis ad leges accessit, quem nomarcharum munia et universam Aegypti administrationem in ordinem redegisse referunt. Sextus tandem legibus Aegyptiorum praefuisse dicitur Xerxis pater Darius.

10. Haec, Graeci, scriptores a nostra religione alieni de Mosis antiquitate literis mandarunt seque omnia ex sacerdotibus Aegyptiis accepisse dixerunt, apud quos Moses non solum in lucem editus, sed etiam omni Aegyptiorum disciplina eruditus est, quod a regis filia in filii haberetur loco ob eamque causam summa in eum cura impenderetur, quemadmodum perhibent sapientissimi historiae scriptores, qui ejus vitam et res gestas et generis splendorem data opera memoriae mandarunt, Philo et Josephus. Hi enim, dum de rebus gestis Judaeorum scribunt, ex Chaldaeorum genere Mosem oriundum esse narrant; quum autem ejus majores fame adducti ex Phoenicia in Aegyptum transiissent, ibi virum illum natum esse, quem Deus ob exsuperantem virtutem ornare voluit, ac genti suae principem et ducem et legislatorem praefecit, quum ex Aegypto Hebraeorum multitudinem in propriam regionem redire aequum judicavit. Hunc Deus divino illo et prophetico dono, quod in sanctos homines sursum descendebat, primum impertivit, hunc primum religionis nostrae magistrum instituit, ac deinde ceteros post eum prophetas, qui et idem ac ille donum consecuti sunt et nos eadem iisdem de rebus docuere.

2. πάσης...ἠξιώθη] Coll. Act. apost. VII. 22..

3. ᾠκειῶσθαι] Quod in Cod. Argentor. primum scriptum erat οἰκειῶσθαι, id antiqua manus mutavit in ᾠκειῶσθαι.

4. ὁπηνίκα ἀπὸ] Cod. Argentor. ὁπηνίκα αὐτὸ ἀπό.

5. πλῆθος] Cod. Reg. 3. et Clarom. πλῆθος γένος. Inde Ms. Steph. γένος.

6. παρέσχε] Cod. Reg. 2. et 4. παρέσχετο, quod editores receperunt.

αὐτῷ τυχόντας δωρεᾶς καὶ τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν διδάξαντας ἡμᾶς. Τούτους ἡμεῖς τῆς ἡμετέρας θρησκείας διδασκάλους γεγενῆσθαί φαμεν, μηδὲν ἀπὸ τῆς ἀνθρωπίνης αὐτῶν διανοίας διδάξαντας ἡμᾶς, ἀλλ' ἐκ τῆς ἄνωθεν αὐτοῖς παρὰ θεοῦ [7] δοθεί- E
σης δωρεᾶς.

11. Ὑμεῖς δέ, ἐπειδὴ διὰ τὴν προτέραν τῶν πατέρων ὑμῶν πλάνην τούτοις πείθεσθαι οὐκ οἴεσθε δεῖν, τίνας διδασκάλους ὑμῶν ἀξιοπίστους τῆς θεοσεβείας γεγενῆσθαί φατε; [1] Ἀδύνατον γάρ, ὥσπερ πολλάκις ἔφην, τὰ οὕτω μεγάλα καὶ θεῖα [2] τοὺς μὴ πρότερον παρὰ τῶν εἰδότων μεμαθηκότας ἢ αὐτοὺς εἰδέναι ἢ ἑτέρους [3] δύνασθαι διδάσκειν ὀρθῶς. Οὐκοῦν ἐπειδή- 12
περ ἱκανῶς ἐκ τῶν προειρημένων τὰ τῶν φιλοσόφων ὑμῶν ἐλήλεγκται πράγματα πάσης ἀγνοίας καὶ ἀπάτης φανέντα πλήρη, ἀφέμενοί που λοιπὸν πάντως τῶν φιλοσόφων, ὥσπερ πρότερον τῶν ποιητῶν, ἐπὶ τὴν τῶν χρηστηρίων ἀπάτην τραπήσεσθε· οὕτω γὰρ ἀκήκοα λεγόντων τινῶν. Οὐκοῦν ἀκόλουθον ἡγοῦμαι, ἃ παρ' ὑμῖν πρότερον περὶ αὐτῶν ἀκήκοα λεγόντων, ταῦτα ἐν καιρῷ νυνὶ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν. Ἐρομένου γάρ τινος, ὥς αὐτοί B
φατε, [4] τοῦ παρ' ὑμῖν χρηστηρίου, τίνας συνέβη θεοσεβεῖς ἄνδρας γεγενῆσθαί ποτε, οὕτω τὸ χρηστήριον εἰρηκέναι φατέ·

> Μοῦνοι Χαλδαῖοι σοφίην λάχον, ἠδ' ἄρ' Ἑβραῖοι,
> Αὐτογένητον ἄνακτα σεβαζόμενοι [5] θεὸν ἁγνῶς.

Οὐκοῦν ἐπειδήπερ οἴεσθε παρὰ τῶν χρηστηρίων ὑμῶν δύνασθαι τἀληθῆ μανθάνειν, ἐντυχόντες ταῖς ἱστορίαις καὶ τοῖς περὶ τοῦ βίου Μωσέως γραφεῖσιν ὑπὸ τῶν ἔξωθεν τῆς ἡμετέρας θρη-

7. δοθείσης] Cod. Reg. 4. παραδοθείσης.

1. Ἀδύνατον...ὀρθῶς] Eamdem sententiam iisdem fere verbis, a Ioanne Damasc. repetitis, pronuntiavit Justinus c. 5. p. 5. E. (vid. ibid. not. 3.), coll. c. 3. p. 4. B. et c. 8. p. 9. A.

2. τοὺς μὴ] Deest articulus in Cod. Reg. 4..

3. δύνασθαι διδάσκειν] Non legitur δύνασθαι in textu Cod. Reg. 4., sed ad marginem appositum est. Reg. 3. et Clarom. διδάξαι pro διδάσκειν.

4. τοῦ... χρηστηρίου] Editi ante Marani tempora ad fidem Cod. Reg. 3. et Clarom. τὸ... χρηστήριον. Iidem vero Codd. msti alteram lectionem in margine habent.

5. θεὸν αγνῶς] Scribit Mara-

Hos religionis nostrae magistros fuisse dicimus, qui non ex humana cogitatione nos docuerunt, sed ex dono, quod sursum a Deo accepere.

11. Vos autem quia ob priorem patrum vestrorum errorem his assentiendum esse non putatis, quos tandem dignos fide religionis vestrae magistros dicitis exstitisse? Fieri enim non potest, ut jam saepe dixi, ut qui tam magna et divina prius a peritis non didicerint, ea vel ipsi sciant vel recte alios edocere possint. Igitur ex his quae diximus quum satis exploratum sit, quam sint philosophorum vestrorum opiniones ignorationis omnis et fraudis plenae, relictis deinceps omnino philosophis, quemadmodum antea poetis, ad oraculorum praestigias confugietis; audivi enim qui ita dicerent. Quamobrem consentaneum duco nunc vobis in tempore proferre, quae prius apud vos his de rebus audivi. Consulenti enim cuidam, ut ipsi narratis, oraculum vestrum, quibus tandem hominibus piis esse ac religiosis aliquando contigisset, sic oraculum dicitis respondisse:

Soli Chaldaei sapientiam sortiti sunt et Hebraei
Per se genitum regem sancte colentes Deum.

Quoniam ergo vobis videmini ex oraculis vestris verum posse discere, dum historias legitis et quae de Mosis vita homines nostrae religioni alieni scripsere, atque ex Chaldaeorum

nus *θεὸν αὐτόν*, quod nemini puto probatum iri. Haec enim scriptura non reperitur nisi in ora Cod. Reg. 4. marginali; male *αὐτὸν* a librario additum est in Cod. Argentor.: *θεὸν ἁγνῶς αὐτόν*. Ceteroquin lectionem *ἁγνῶς* codicibus probatam firmant quoque tamquam genuinam Porphyrius in suo *περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας* libro apud Eusebium Praeparat. evang. IX. c. 10. p. 413. ed. Viger. Colon. et is ipse in Demonstrat. evang. III. p. 104. ed. Colon.. Qui in eo tantum differunt a Justino, quod *αὐτογένεθλον* pro *αὐτογένητον* scribunt. At vero c. 24. p. 23. A. recte exstat *αὐτόν*, unde Cyrillus Alex. adv. Julian. V. (Opp. ed. Aubert. Tom. VI.) p. 180. absque dubitatione repetiit. Fieri interdum solet, ut optimae notae scriptores vel ex lapsu memoriae et attentionis vitio vel ex quadam animi fluctuatione et studio sententiam suam magis probandi unum idemque effatum alio loco ratione alia allegent.

σκείας, καὶ γνόντες ὅτι ἐκ τοῦ τῶν Χαλδαίων καὶ Ἑβραίων γέ- C
νους ὥρμητο Μωσῆς καὶ οἱ λοιποὶ προφῆται, μηδὲν παράδοξον γεγενῆσθαι [6] νομίζετε, εἰ ἐκ γένους ὄντα θεοσεβῶν τὸν ἄνδρα καὶ ἀξίως τῆς τῶν προγόνων θεοσεβείας βεβιωκότα ὁ θεὸς τῇ μεγάλῃ ταύτῃ δωρεᾷ τιμῆσαι προὔθετο καὶ πρῶτον ἁπάντων ἀποφῆναι τῶν προφητῶν.

12. Ἀναγκαῖον [1] δὲ οἶμαι καὶ τοὺς χρόνους σκοπεῖν, καθ' οὓς οἱ καθ' ὑμᾶς γεγόνασι φιλόσοφοι, ὅπως γνῶτε ὅτι [2] νέος
σφόδρα καὶ βραχύς ἐστιν ὁ τούτους ὑμῖν ἐνεγκὼν χρόνος· οὕτω D
γὰρ ὑμῖν ἔσται δυνατὸν καὶ τὴν Μωσέως ἀρχαιότητα ῥᾳδίως γνῶναι. Ἵνα δὲ μὴ περὶ τῶν χρόνων διεξιὼν παρέλξειν δόξω, πλείοσιν ἀποδείξεσι χρώμενος, ἀποχρώντως οἶμαι καὶ ἀπὸ τούτων δεικνύναι. Σωκράτης μὲν γὰρ Πλάτωνος, Πλάτων δὲ Ἀριστοτέλους διδάσκαλος γέγονεν. Οὗτοι δὲ κατὰ τοὺς Φιλίππου καὶ
Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος ἤκμασαν χρόνους, καθ' οὓς καὶ οἱ E
Ἀθηναίων ῥήτορες, ὡς δηλοῦσιν ἡμῖν σαφῶς καὶ οἱ Δημοσθένει κατὰ Φιλίππου γραφέντες λόγοι· ὅτι δὲ καὶ Ἀριστοτέλης Ἀλεξάνδρῳ συνῆν ἐν τῷ τῆς βασιλείας χρόνῳ, [3] ἱκανῶς δηλοῦσιν οἱ τὰς Ἀλεξάνδρου ἱστορήσαντες πράξεις. Πανταχόθεν οὖν γνῶναι ῥᾴδιον, ὅτι πολλῷ ἀρχαιοτάτην πασῶν τῶν ἔξωθεν ἱστοριῶν τὴν Μωσέως ἱστορίαν εἶναι συμβαίνει. Ἄλλως τε οὐδὲ τοῦτο
ἀγνοεῖν ὑμᾶς προσήκει, ὅτι οὐδὲν Ἕλλησι πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων 13
[4] ἀκριβὲς ἱστόρηται, οὐδ' ἐστί τι σύγγραμμα παλαιόν, Ἑλλήνων ἢ βαρβάρων σημαῖνον πρᾶξιν· μόνη δὲ ἡ [5] τοῦ προφήτου Μωσέως προὐπῆρχεν ἱστορία, ἣν [6] ἐκ τῆς θείας ἐπιπνοίας Μωσῆς γέγραφε τοῖς τῶν Ἑβραίων γράμμασι. Τὰ γὰρ τῶν Ἑλλήνων οὐδέπω ἦν, ὡς δηλοῦσι καὶ αὐτοὶ οἱ τῶν γραμμάτων διδάσκαλοι, φάσκοντες Κάδμον πρῶτον ἐκ Φοινίκης αὐτὰ κομίσαντα Ἕλλησι μεταδοῦ-
ναι. Καὶ ὁ πρῶτος δὲ τῶν παρ' ὑμῖν φιλοσόφων [7] μαρτυρεῖ B
Πλάτων, ὕστερον [8] εὑρίσκειν αὐτά. Γέγραφε γὰρ ἐν τῷ Τιμαίῳ τὸν τῶν σοφῶν σοφώτατον Σόλωνα, ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἐπανελ-

6. νομίζετε] Cod. Argentor. νομίζητε.

1. δὲ] Desideratur in Cod. Argentor..

2. νέος σφόδρα] Cod. Argentor. legit σφόδρα νέος.

3. ἱκανῶς δηλοῦσι... πράξεις] Ita antiquissimus Cod. Reg. 1. et

et Hebraeorum genere ortum esse Mosem ac ceteros prophetas perspicitis, minime mirum et incredibile existimate, si ortum ex pio genere hominem et digne majorum pietate viventem magno illo dono Deus ornare voluit ac primum omnium prophetarum designare.

12. Illud etiam inquirere necessarium arbitror, quibus temporibus vestri exstiterint philosophi, ut aetatem, quae vobis illos extulit, recentem admodum ac brevem esse cognoscatis. Sic enim et Mosis antiquitatem facilius poteritis perspicere. Sed ne tempora percurrens longius facere videar, si pluribus utar argumentis, satis arbitror vel ex his demonstrare. Socrates enim Platonis, Plato Aristotelis fuit praeceptor. Hi autem Philippi et Alexandri Macedonis floruere temporibus, quibus etiam Atheniensium rhetores, ut nobis aperte demonstrant ipsius Demosthenis scriptae in Philippum orationes. Aristotelem autem cum Alexandro regnante versatum esse, scriptores rerum ab Alexandro gestarum satis declarant. Undequaque igitur facile cognoscitur multo omnibus externis historiis antiquiorem esse Mosis historiam. Praeterea nec illud vos decet ignorare, nihil a Graecis ante Olympiades accurate scriptum, neque ullum esse vetus monumentum, quod rem a Graecis aut barbaris gestam perhibeat. Sola ante illud tempus exstabat prophetae Mosis historia, quam divino afflatu literis Hebraeorum commendavit. Nondum enim erant literae Graecorum, ut ipsi declarant literarum magistri, qui Cadmum ex Phoenicia literas primum attulisse et cum Graecis communicasse dicunt. Illud etiam testatur princeps vestrorum philosophorum Plato sero inventas literas fuisse. Scripsit enim in Timaeo sapientum sapientissimum Solonem, ex Aegypto reversum, haec

Argentor.. Edd. *οἱ τὰς Ἀλ. ἱστ. πράξ. ἱκ. δηλοῦσι.*

4. *ἀκριβὲς*] Ms. Steph. *ἀκριβῶς.*

5. *τοῦ προφήτου*] Cod. Reg. 2. *τοῦ α΄. προφήτου.*

6. *ἐκ τῆς θείας*] Omittitur articulus in Cod. Reg. 2. et Argentor..

7. *μαρτυρεῖ*] Cod. Reg. 3. et Clarom. *ἱστορεῖ καὶ μαρτυρεῖ.* Inde idem habet Ms. Steph..

8. *εὑρίσκειν*] Cod. Reg. 2. et Argentor. *εὑρήσειν.*

θόντα, Κριτίᾳ λέγειν ταῦτα, ἀκηκοέναι Αἰγυπτίου τινὸς ἱερέως
[9] οὐ μάλα παλαιοῦ πρὸς αὐτὸν λέγοντος· [10] Ὦ Σόλων, Σόλων,
Ἕλληνες [11] παῖδές ἐστε ἀεί, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν. [12] Εἶτ'
αὖθις· Νέοι, ἔφη, ἐστὲ τὰς ψυχὰς πάντες· οὐδεμίαν γὰρ [13] ἐν αὐ-
ταῖς ἔχετε παλαιὰν δόξαν, οὐδὲ μακρῷ χρόνῳ παλαιὸν οὐδέν. Ἀλλ'
ὑμᾶς [14] λέληθε διὰ τὸ τοὺς περιγενομένους ἐπὶ πολλὰς γενεὰς
γράμμασι τελευτᾶν ἀφώνους. Εἰδέναι τοίνυν προσήκει, ὅτι πᾶσαν C
ἱστορίαν τοῖς τῶν Ἑλλήνων ὕστερον εὑρεθεῖσι γράμμασι γεγρά-
φθαι συμβαίνει, καὶ εἴτε ποιητῶν τις [15] ἀρχαίων εἴτε νομοθετῶν
εἴτε ἱστοριογράφων εἴτε φιλοσόφων ἢ ῥητόρων μνημονεῦσαι βού-
λοιτο, εὑρήσει τούτους τὰ ἑαυτῶν συγγράμματα τοῖς τῶν Ἑλλήνων
γεγραφότας γράμμασιν.

13. Εἰ δέ τις φάσκοι καὶ τὴν Μωσέως καὶ τῶν ἄλλων προ-
φητῶν τοῖς Ἑλλήνων γεγράφθαι γράμμασι, γνώτω ταῖς ἔξωθεν D
ἐντυχὼν ἱστορίαις, ὅτι Πτολεμαῖος, ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεύς, βι-
βλιοθήκην ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ κατασκευάσας καὶ πανταχόθεν συνα-
γαγὼν βιβλία καὶ πληρώσας αὐτήν, ἔπειτα μαθὼν ὅτι ἀρχαίας
[1] ἱστορίας τοῖς τῶν Ἑβραίων γράμμασι γεγραμμένας σώζεσθαι
ἀκριβῶς [2] συμβαίνει, γνῶναι τὰ γεγραμμένα βουλόμενος, σοφοὺς
ἄνδρας ἑβδομήκοντα, τοὺς καὶ [3] τὴν Ἑλλήνων καὶ Ἑβραίων διά- E

9. οὐ μάλα παλαιοῦ] Contra omnium Codd. auctoritatem (etiam Ms. Pici: *nec sane vetusto;* Cod. Vimar.: *aetatis non ita devexae*) scripsit Maranus εὖ μάλα παλ., fretus videlicet Cod. Reg. 2. margini, cui εὖ adscriptum est ex Platonis textu: τινὰ τῶν ἱερέων εὖ μάλα παλαιῶν. In aliorum scriptorum verbis referendis minime solet Martyr anxia diligentia singulas syllabas ad calculos vocare, ea potissimum afferens, quae magis ad rem faciunt.

10. Ὦ Σόλων . . . ἀφώνους] Locus exstat in Platonis Timaeo p. 22. B. et 23. C. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. IX. p. 290. et 293.).

11. παῖδές ἐστε ἀεί] In Cod. Argentor. quemadmodum apud Cyrillum Alex., qui adv. Julian. I. (Opp. ed. Aubert. Tom. VI.) p. 15. B. C. totum hunc Justini locum transscripsit, alio verborum positu invenitur ἐστὲ παῖδες ἀεί. MS. Pici *semper pueri estis*, ut Platonis ἀ. π. ἑ..

12. Εἶτ' αὖθις] Cod. Reg. 1. et 2. εἶτ' αὖθι. Pro eo quod sequitur Νέοι, ἔφη, ἐστὲ est in Cod. Argentor. verbis aliter positis Νέοι ἐστὲ ἔφη.

13. ἐν αὐταῖς... οὐδέν] Ita Codd. msti. Etiam MS. Pici: *neque antiquam ullam opinionem aut quicquam longaevi temporis in illis habetis.* Atque ex parte consentit Cyrillus. Quamquam praeter ne-

Critiae narrasse, quae ex quodam sacerdote Aegyptio non admodum sene ita eum alloquente audiverat: *O Solon, Solon, Graeci pueri semper estis, nec quisquam inter Graecos senex.* Et rursus: *Adolescentes*, inquit, *animis semper estis; nullam enim in iis priscam opinionem habetis nec quidquam longo tempore antiquum. Sed ignoratione laboratis, quod, qui superstites fuere, multis aetatibus muti a literis obierunt.* Illud porro sciendum est, historiam omnem literis Graecorum, quae sero inventae sunt, esse conscriptam, ac sive poetarum quis antiquorum sive legislatorum sive historicorum sive philosophorum aut rhetorum meminisse voluerit, eos reperiet ingenii sui monumenta literis graecis consignasse.

13. Quodsi quis dicat Mosis quoque et aliorum prophetarum libros graecis scriptos esse literis, discat is, externa legens historiae monumenta, Ptolemaeum, Aegypti regem, quum bibliothecam Alexandriae construxisset eaque libris undique comportatis repleta postea didicisset, antiquas historias hebraicis literis scriptas diligenter asservari: cupidum haec scripta cognoscendi, septuaginta sapientibus viris graece et hebraice scientibus, quos Hierosolymis accersiverat, hos libros

cessitatem Stephanus consentientibus ceteris editoribus ex Platone l. c. Justiniano textui haec inseruit: *ἐν αὐταῖς δι' ἀρχαίαν ἀκοὴν... οὐδὲ μάθημα χρόνῳ πολιὸν οὐδέν.* Ex eodem fonte Platonico simul videtur hausisse Lampsonus vertens: *Nullam enim in ea* (sc. mente) *clausam tenetis priscam sententiam, nullam vetustati canam doctrinam.*

14. *λέληθε ... ἀφώνους*] Cod. Argentor. *λέληθε πολλά.* Idem codex cum Reg. 2. et Clarom. corrupte *διὰ τὸ ἐπὶ πολλὰς γενεὰς ἐνδεῖσθαι γράμμασι τελ. ἀφώνους* (MS. Pici: *nescitis autem multa secula mutis vobis peracta esse, ob id quod literis caruistis*). Simili ratione Reg. 4., nisi quod *ἐνδεῖσθαι γράμμασι* praetermittit. Cod. Vimar.: *cujus quidem gravissimi incommodi illa vobis causa fuit, quod qui vos multis seculis antecessere, muti sunt sine ullo literarum usu extincti.*

15. *ἀρχαίων*] Cod. Reg. 1., 2. et Argentor. *ἀρχαῖος.*

1. *ἱστορίας*] Adjicitur in Cod. Reg. 3. et Clarom. *ἐχούσας βίβλους* et sic Ms. Steph..

2. *συμβαίνει*] In Cod. Argentor. a recentiori manu male in *συμβαίνεσθαι* mutatum.

3. *τὴν Ἑλλ.*] Cod. Argentor. *τῶν* pro *τήν.*

λεκτον εἰδότας, ἑρμηνεῦσαι αὐτοῖς τὰς βίβλους προσέταξεν, ἀπὸ
τῆς Ἱερουσαλὴμ μεταστειλάμενος· καὶ ἵνα πάσης ὀχλήσεως ἐκτὸς
ὄντες θᾶττον ἑρμηνεύσωσι, προσέταξεν αὐτοῖς μὴ ἐν αὐτῇ τῇ πό-
λει, ἀλλ' ἀπὸ ἑπτὰ σταδίων, ἔνθα [4] τὸν φάρον ᾠκοδομῆσθαι συμ-
βαίνει, ἰσαρίθμους τῶν ἑρμηνευόντων οἰκίσκους γενέσθαι μικρούς,
ἐπὶ τῷ ἕκαστον ἰδίᾳ καθ' ἑαυτὸν τὴν ἑρμηνείαν πληρῶσαι, προσ- 14
τάξας τοῖς ἐφεστῶσιν [5] ὑπηρέταις, πάσης μὲν αὐτοὺς θεραπείας
τυγχάνειν, εἴργεσθαι δὲ τῆς πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας, ἵνα τὸ τῆς
ἑρμηνείας ἀκριβὲς [6] καὶ διὰ τῆς τούτων συμφωνίας γνωσθῆναι
δυνηθῇ. Ἐπεὶ δὲ ἔγνω τοὺς ἑβδομήκοντα ἄνδρας μὴ μόνον τῇ
αὐτῇ διανοίᾳ, ἀλλὰ καὶ ταῖς αὐταῖς λέξεσι χρησαμένους, καὶ μηδὲ
ἄχρι μιᾶς λέξεως τῆς πρὸς ἀλλήλους συμφωνίας διημαρτηκότας, B
ἀλλὰ τὰ αὐτὰ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν γεγραφότας, ἐκπλαγεὶς καὶ
θείᾳ δυνάμει τὴν ἑρμηνείαν γεγράφθαι πιστεύσας, πάσης μὲν τι-
μῆς [7] ἀξίους αὐτούς, ὡς θεοφιλεῖς ἄνδρας, διέγνω, μετὰ πολλῶν
δὲ δώρων αὐτοὺς εἰς τὴν ἑαυτῶν πατρίδα ἐπανελθεῖν προσέταξε·
τὰς δὲ [8] βίβλους ἐκθειάσας, ὡς εἰκός, ἐκεῖσεν ἀνέθηκε. Ταῦτα
οὐ [9] μύθους ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, οὐδὲ πεπλασμένας ἱστορίας C
[10] ἀπαγγέλλομεν· ἀλλ' αὐτοὶ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ γενόμενοι καὶ τὰ
ἴχνη τῶν οἰκίσκων ἐν τῇ Φάρῳ ἑωρακότες ἔτι σωζόμενα καὶ παρὰ
τῶν ἐκεῖ, ὡς τὰ πάτρια παρειληφότων, ἀκηκοότες, ταῦτα ἀπαγ-
γέλλομεν, ἃ καὶ παρ' ἑτέρων ἔξεστιν ὑμῖν μανθάνειν, καὶ μάλιστα
παρ' αὐτῶν τῶν περὶ τούτων ἱστορησάντων σοφῶν καὶ δοκίμων
ἀνδρῶν, [11] Φίλωνός τε καὶ Ἰωσήπου, καὶ ἑτέρων πλειόνων. Εἰ
δέ τις φάσκοι τῶν προχείρως ἀντιλέγειν εἰθισμένων, μὴ ἡμῖν τὰς D
βίβλους ταύτας, ἀλλ' Ἰουδαίοις προσήκειν, διὰ τὸ ἔτι καὶ νῦν ἐν
ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν σώζεσθαι, καὶ μάτην ἡμᾶς ἐκ τούτων

4. *τὸν φάρον*] Ita emendavimus optimorum ope Codd. mstorum; Reg. 3. et Clarom. falso *τήν*. Non enim hîc sermo est de insula, sed de turre (*φ. καιομένῳ*). Recte igitur paulo infra p. 14. C. *ἐν τῇ Φάρῳ*.

5. *ὑπηρέταις*] Cod. Reg. 4. *οἰκέταις*.

6. *καὶ διὰ*] Maranus *κἂν διὰ* legendum opinatur. Picus vertit: *ut et interpretatio exactior, et consonantia simul comprehendi posset.*

7. *ἀξίους αὐτούς*] Cod. Argentor. *αὐτοὺς ἀξίους*.

8. *βίβλους ... ἀνέθηκε*] Haec scriptura a me recepta firmatur Cod. Reg. 1., 2., 4., Argentor., Vimar. et Ms. Pici. Legebatur *βίβλους*

interpretandos demandasse, atque, ut ab omni interpellatione liberi citius interpretationem conficerent, jussisse illis non in ipsa quidem urbe, sed septem ab ea stadiis, ubi Pharus aedificata est, tot cellulas, quot erant interpretes, exstrui, ut pro se quisque separatim interpretationem absolveret, dato praepositis huic rei ministris mandato, ut omnem illis quidem humanitatem exhiberent, sed mutuo prohiberent congressu, quo facilius accurata interpretationis diligentia ex ipsorum consensu cognosci posset. Postquam autem cognovit septuaginta illos viros non solum eadem sententia, sed iisdem etiam verbis usos esse, ac ne una quidem in vocula a mutuo consensu aberrasse, sed eadem iisdem de rebus scripsisse: tum stupore perculsum ac pro certo tenentem non sine vi divina interpretationem confectam esse, omni illos quidem honore dignos, ut homines Deo caros, judicasse et cum plurimis donis in patriam redire jussisse, libros autem divinos existimantem, ut par erat, ibidem consecrasse. Haec vobis, Graeci, non fabulae nec fictae historiae instar afferimus; sed qui Alexandriae versati sumus et vestigia cellularum vidimus in Pharo adhuc exstantia ac rem ex incolis, qui eam a majoribus ut patriae suae propriam acceperant, audivimus, ea vobis nuntiamus, quae etiam ex aliis discere potestis, praesertim ex iis, qui his de rebus historias scripserunt, sapientibus et spectatis viris, Philone et Josepho ac pluribus aliis. Quodsi quis ex iis, qui libenter contradicere solent, non nostros hos libros, sed Judaeorum, quod etiamnunc in eorum synagogis asserventur, proprios esse dicat ac

θαυμάσας, ὡς εἰκός, καὶ ἐκθειάσας, ἐκεῖσε ἀνέθηκε.

9. *μύθους*] Vulgo ut in Cod. Reg. 3., 4. et Clarom. *μῦθος*, quam lectionem etiam Cod. Vimar. et Ms. Pici respuunt.

10. *ἀπαγγέλλομεν*] Maranus contra Codd. auctoritatem *ἐπαγγέλλομεν.*

11. *Φιλωνός τε καὶ Ἰωσήπου*] Diversas Philonis de vita Mosis II. c. 6. sq. (Opp. ed. Richter. Tom. IV.) p. 191. sqq. et Josephi Antiqq. jud. XII. c. 2. §. 1. sqq. (Opp. ed. Richter. Tom. III.) p. 59. sqq. narrationes Justinus quodam modo in unam confundit; vid. Eichhorn in *Repertorium für biblische und morgenländische Litteratur.* Erst. Th. (Leipz. 1777. 8.) p. 279. coll. 271. sqq..

φάσκειν τὴν θεοσέβειαν μεμαθηκέναι λέγοι, γνώτω ἀπ' αὐτῶν τῶν ἐν ταῖς βίβλοις γεγραμμένων, ὅτι οὐκ αὐτοῖς, ἀλλ' ἡμῖν ἡ ἐκ τούτων διαφέρει διδασκαλία. Τὸ δὲ παρ' Ἰουδαίοις ἔτι καὶ νῦν τὰς τῇ ἡμετέρᾳ θεοσεβείᾳ διαφερούσας σώζεσθαι βίβλους, θείας προνοίας ἔργον ὑπὲρ ἡμῶν γέγονεν· ἵνα γὰρ μὴ ἐκ τῆς ἐκκλησίας προ- E
κομίζοντες πρόφασιν ῥᾳδιουργίας τοῖς [12] βουλομένοις βλασφημεῖν ἡμᾶς παράσχωμεν, ἀπὸ τῆς τῶν Ἰουδαίων συναγωγῆς ταύτας ἀξιοῦμεν [13] προκομίζεσθαι, ἵνα ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔτι παρ' αὐτοῖς σωζομένων βιβλίων, ὡς ἡμῖν τὰ πρὸς διδασκαλίαν ὑπὸ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν γραφέντα [14] δίκαια σαφῶς καὶ φανερῶς [15] προσήκει, φανῇ.

14. Δεῖ τοίνυν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, τὰ μέλλοντα προορωμένους καὶ εἰς τὴν ὑπὸ πάντων, οὐ μόνον θεοσεβῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔξωθεν κηρυττομένην ἀφορῶντας κρίσιν, μὴ τῇ τῶν προγόνων [1] ὑμῶν ἀβασανίστῳ προσέχειν πλάνῃ, μηδ' εἴ τι σφαλέντες αὐτοὶ παρέδοσαν ὑμῖν, τοῦτ' ἀληθὲς εἶναι νομίζειν, ἀλλ' εἰς τὸν τῆς οὕτω [2] δεινῆς ἀποτυχίας ἀφορῶντας κίνδυνον, ζητεῖν καὶ ἐρευνᾷν ἀκριβῶς καὶ τὰ ὑπ' αὐτῶν τῶν ὑμετέρων, ὡς αὐτοί φατε, διδασκάλων εἰρημένα· πολλὰ γὰρ καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῆς θείας [3] τῶν ἀνθρώπων προνοίας καὶ ἄκοντες ὑπὲρ ἡμῶν εἰπεῖν ἠναγκάσθησαν, καὶ μάλιστα οἱ ἐν Αἰγύπτῳ γενόμενοι καὶ ἀπὸ τῆς Μωσέως B
καὶ τῶν προγόνων αὐτοῦ θεοσεβείας ὠφεληθέντες. Οὐ γὰρ λανθάνειν ἐνίους ὑμῶν οἶμαι, ἐντυχόντας [4] πάντως που τῇ τε Διοδώρου ἱστορίᾳ καὶ [5] ταῖς τῶν λοιπῶν τῶν περὶ τούτων ἱστορησάντων, ὅτι καὶ Ὀρφεὺς καὶ Ὅμηρος καὶ Σόλων, ὁ τοὺς νόμους Ἀθηναίοις γεγραφώς, καὶ Πυθαγόρας καὶ Πλάτων καὶ ἄλλοι τινές, ἐν τῇ Αἰγύπτῳ γενόμενοι καὶ ἐκ τῆς Μωσέως ἱστορίας ὠφεληθέντες, ὕστερον ἐναντία [6] τῶν πρότερον μὴ καλῶς περὶ θεῶν δοξάν- C
των αὐτοῖς ἀπεφήναντο.

12. βουλ. βλασφ. ἡμᾶς] Cod. Argentor. βλασφ. ἡμᾶς βουλ..

13. προκομίζεσθαι] Cod. Reg. 4. κομίζεσθαι.

14. δίκαια] Philo quoque et Josephus leges appellant libros a LXX interpretibus graece redditos.

15. προσήκει] Cod. Reg. 3., Clarom. et Argentor.. προσήκειν. Ita quoque Ms. Steph..

1. ὑμῶν] Steph. et Sylb. vitiose ἡμῶν.

2. δεινῆς ἀποτυχίας] Cod. Reg. 2. inversis verbis ἀποτ. δεινῆς.

frustra religionem his libris acceptam a nobis referri: noverit ille ex iis ipsis, quae his in libris scripta sunt, non Judaeorum, sed nostram esse horum librorum doctrinae possessionem. Quod autem hi libri, qui religionis nostrae proprii sunt, etiamnunc apud Judaeos asservantur, id providentiae divinae nobis consulentis opus exstitit. Nam ne ex ecclesia proferentes locum suspicandae fraudis praebeamus hominibus nobis obtrectandi cupidis, ex Judaeorum synagogis eos proferri postulamus, ut ex ipsis adhuc apud eos conservatis libris clare et aperte nostras esse pateat leges a sanctis viris ad doctrinam scriptas.

14. Necessarium ergo est, Graeci, ut futura prospicientes ac illud non a piis solum, sed etiam ab externis praedicatum judicium intuentes, non jam majorum vestrorum errori citra examen adhaereatis, nec si quid illi vobis hallucinantes tradiderint, id verum esse existimetis; sed periculum offendendi in re tanti momenti respicientes, ea etiam quaeratis et accurate investigetis, quae a vestris, ut ipsi dicitis, magistris dicta sunt. Nam et ipsi divina rerum humanarum providentia coacti sunt multa nobiscum facientia vel inviti dicere, ii praesertim qui in Aegypto versati sunt et ex Mosis ejusque majorum religione utilitatem perceperunt. Neque enim vestrum quemquam latere arbitror, ut qui profecto Diodori et aliorum, qui his de rebus scripserunt, historiae monumenta legeritis, Orpheum et Homerum et Solonem, qui leges Atheniensibus descripsit, et Pythagoram et Platonem et nonnullos alios, quum venissent in Aegyptum et Mosis historiam ad usus suos adjunxissent, postea iis, quae prius non belle de diis opinati fuerant, contraria statuisse.

3. *τῶν ἀνθρ.*] Cod. Reg. 3. et Clarom. ad marginem *ὑπὲρ τῶν ἀνθρ.*; idem Ms. Steph..

4. *πάντως που*] Haec desunt in Cod. Reg. 4..

5. *ταῖς τῶν λοιπῶν*] Cod. Argentor. *ταῖς λοιπαῖς* et supra lineam *τῶν*.

6. *τῶν πρότερον ... ἀπεφήναντο*] Cod. Reg. 2. et 4. *τῶν προτέρων μὴ δοξάντων καλῶς αὐτοῖς ἀπεφήναντο.* Neque *περὶ θεῶν* Picus videtur legisse vertens: *illis ipsis contraria definivere, quae prius amplexati fuerant.*

15. Ὀρφεὺς [1] γ' οὖν, ὁ τῆς πολυθεότητος ὑμῶν, ὡς ἂν εἴποι τις, πρῶτος διδάσκαλος γεγονώς, οἷα πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Μουσαῖον καὶ τοὺς λοιποὺς γνησίους ἀκροατὰς ὕστερον περὶ ἑνὸς καὶ μόνου θεοῦ κηρύττει λέγων, ἀναγκαῖον ὑπομνῆσαι ὑμᾶς. Ἔφη δὲ οὕτως·

[2] Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί, θύρας δ' ἐπίθεσθε [3] βέβηλοι
Πάντες ὁμῶς. Σὺ δ' ἄκουε, φαεσφόρου ἔκγονε Μήνης D
Μουσαῖ'· ἐξερέω γὰρ ἀληθέα, μηδέ σε τὰ πρὶν
Ἐν στήθεσσι φανέντα φίλης αἰῶνος ἀμέρσῃ.
Εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας, τούτῳ προσέδρευε
Ἰθύνων κραδίης [4] νοερὸν κύτος, εὖ τ' ἐπίβαινε
Ἀτραπιτοῦ, μοῦνον δ' ἐσόρα κόσμοιο ἄνακτα.
Εἷς ἔστ' αὐτογενής, [5] ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται,
Ἐν δ' αὐτοῖς αὐτὸς [6] περιγίγνεται· οὐδέ τις αὐτὸν E
Εἰσοράα θνητῶν, αὐτὸς δέ γε πάντας [7] ὁρᾶται.
Οὗτος δ' ἐξ ἀγαθοῖο [8] κακὸν θνητοῖσι δίδωσι
Καὶ πόλεμον κρυόεντα καὶ ἄλγεα δακρυόεντα.
Οὐδέ τις ἔσθ' ἕτερος χωρὶς [9] μεγάλου βασιλῆος.
Αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω· περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται,
Πᾶσιν γὰρ θνητοῖς θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις,

1. γ' οὖν] Cod. Clarom. et Ms. Steph. τοίνυν.

2. Φθέγξομαι . . . θαλάσσης] Hunc locum, passim mutatum ut in diversis ejusdem libri recensionibus solet fieri, exhibent etiam Clemens Alex. Protrept. c. 7. §. 74. (Opp. ed. Klotz. Tom. I.) p. 63. coll. Strom. V. c. 12. §. 79. (Tom. III.) p. 56. sq. et c. 14. §. 125. sqq. p. 85. sq., Eusebius ex Aristobulo Praeparat. evang. XIII. c. 12. p. 664. coll. III. c. 7. p. 97. et c. 13. p. 685. ed. Viger. Colon., Cyrillus Alex. adv. Julian. I. (Opp. ed. Aubert. Tom. VI.) p. 26., Theodoretus de curandis Graec. affectt. Serm. I. (Opp. ed. Sirmond. Tom. IV.) p. 478. et 483.; coll. Tatianus Orat. adv. Graec. c. 8. p. 148. A. ed. Colon. et Sibyll. orac. prooem. v. 55. (Galland. Bibl. vett. PP. Tom. I. p. 337. A.). De diversa horum Pseudo-Orphicorum versuum scriptura quum bene disputaverit Lobeckius in libro: Aglaophamus sive de theologiae mysticae Graecorum causis (Regiom. 1829. 8.) Tom. I. p. 438. sqq. (comp. Orphica recens. Hermannus p. 447. sqq.), ea tantum afferemus, quae ad ipsum Justinum pertinent. Vid. praeterea quae adnotabimus ad librum de monarchia c. 2. p. 104. E. 105. A. B., ubi ejusdem fragmenti plerique omnes versus repetuntur. Lobeckio judice fragmentum Justinianum omnium brevissimum primitivam hujus carminis formam re-

15. Orpheus igitur, qui vestrae, ut ita dicam, plurimae divinitatis primus magister exstitit, quid postea filio suo Musaeo ceterisque germanis auditoribus de uno ac singulari Deo praedicaverit, necesse est ut vos submoneam. Ad hunc enim modum cecinit:

Loquar quibus fas est; portas occludite profani
Omnes simul. Tu vero audi, luciferae fili Lunae
Musaee; dicam enim vera. Nec te, quae prius
In corde meo animadvertisti, privent beata vita.
Ad Logon divinum respiciens, ei asside
Dirigens cordis intelligens profundum, et rectam incede
Viam et solum respice mundi regem.
Unus est ex se genitus: ab uno, quaecumque sunt genita, creata sunt:
Inque his ipse versatur; nec quisquam eum
Videt mortalium, ipse autem omnes videt.
Hic post bonum hominibus dat malum
Et bellum horribile et dolores lacrimosos.
Nec ullus est alius praeter magnum regem.
Eum autem non video: Nam circa eum nubes posita est,
Et omnibus mortalibus mortales sunt pupillae in oculis,

praesentat; novae interpolationis specimen praebet exemplum Clementis, quod Justiniano copiosius est, Aristobuleo adstrictius; novissimae auctor est Aristobulus ille, quem Eusebius introduxit, homo sive Judaeus sive Christianus, Clementis certe temporibus posterior.

3. *βέβηλοι πάντες*] Cod. Reg. 4. *βεβήλοις πᾶσιν*. Idem videtur fuisse in Ms. Pici vertentis: *portis exclude profanos*. Cod. Vimar.: *procul esse jubete profanos.*

4. *νοερὸν*] In Cod. Argentor. post *νοερὸν* inter duo verba erasa positum est *φέγγος*, ut legeretur *νοερὸν φέγγος, ἐπίβαινε.*

5. *ἑνὸς ἔκγονα*] Prior vox sine dubio etiam in Cod. Argentor. legebatur, sed male mutata est postea in *ἓν*.

6. *περιγίγνεται*] Ita etiam Cyrillus, qui Justinum imitari solet. Cod. Argentor. *περιγίνεται.*

7. *ὁράται*] In Cod. Argentor. praeposita ε litera fortasse ab ipso librario legitur *ἑορᾶται.*

8. *κακὸν*] Aliquis ob sententiam prima specie incommodam in Cod. Argentor. *κακὸν* perverse mutavit in *νοῦν*.

9. *μεγάλου βασιλῆος*] Cod. Reg. 3. et Clarom. ad marginem et Ms. Steph. *μεγάλοιο ἄνακτος.*

Ἀσθενέες δ' ἰδέειν [10] Δία τὸν πάντων μεδέοντα·
Οὗτος γὰρ χάλκειον [11] ἐς οὐρανὸν ἐστήρικται
Χρυσέῳ εἰνὶ θρόνῳ, γαίης δ' ἐπὶ ποσσὶ βέβηκε, 16
Χεῖρά τε δεξιτερὴν ἐπὶ τέρματος ὠκεανοῖο
Πάντοθεν ἐκτέτακεν· περὶ γὰρ τρέμει οὔρεα μακρὰ
Καὶ ποταμοὶ πολιῆς τε βάθος χαροποῖο θαλάσσης.

Καὶ αὖθις ἀλλαχοῦ [12] που οὕτως λέγει·

[13] Εἷς Ζεύς, εἷς Ἀΐδης, εἷς Ἥλιος, εἷς [14] Διόνυσος,
Εἷς θεὸς ἐν πάντεσσι. Τί σοι δίχα ταῦτ' ἀγορεύω;

Καὶ ἐν τοῖς ὅρκοις δὲ οὕτως·

[15] Οὐρανὸν ὁρκίζω σε θεοῦ μεγάλου [16] σοφὸν ἔργον, B
Αὐδὴν [17] ὁρκίζω σε πατρὸς τὴν [18] φθέγξατο πρῶτον,
Ἡνίκα κόσμον [19] ἅπαντα ἑαῖς στηρίξατο βουλαῖς.

Τί βούλεται τὸ λέγειν αὐτόν·

Αὐδὴν ὁρκίζω σε πατρὸς τὴν φθέγξατο πρῶτον;

Αὐδὴν ἐνταῦθα τὸν τοῦ θεοῦ ὀνομάζει λόγον, [20] δι' οὗ οὐρανὸς καὶ γῆ καὶ ἡ πᾶσα ἐγένετο κτίσις, ὡς διδάσκουσιν ἡμᾶς αἱ θεῖαι C τῶν ἁγίων ἀνδρῶν προφητεῖαι, αἷς ἐν μέρει καὶ αὐτὸς ἐν τῇ Αἰγύπτῳ προσχὼν ἔγνω, ὅτι τῷ λόγῳ [21] τοῦ θεοῦ πᾶσα ἐγένετο [22] ἡ κτίσις. Διὸ καὶ μετὰ τὸ φῆσαι·

Αὐδὴν ὁρκίζω σε πατρὸς [23] ἣν φθέγξατο πρῶτον

παρ' αὐτὰ συνάπτει λέγων·

Ἡνίκα κόσμον ἅπαντα ἑαῖς στηρίξατο βουλαῖς.

Ἐνταῦθα τὸν λόγον αὐδὴν διὰ τὸ ποιητικὸν ὀνομάζει μέτρον. Ὅτι δὲ τοῦθ' οὕτως ἔχει, δῆλον ἀπὸ τοῦ μικρῷ πρόσθεν τοῦ μέτρου συγχωροῦντος αὐτῷ λόγον αὐτὸν ὀνομάζειν. Ἔφη γάρ· D

Εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας τούτῳ προσέδρευε.

10. Δία τὸν] Cod. Argentor. τὸν διὰ habet.

11. ἐς οὐρ.] Cod. Argentor. εἰς οὐρ..

12. που] Omittitur in Cod. Argentor..

13. Εἷς Ζεὺς ... ἀγορεύω] De hoc Orphei fragmento (Macrob. Saturn. I. 18.) vid. Lobeck. l. c. p. 460. sqq., coll. Orphica rec. Hermann. p. 455.

14. Διόνυσος] Cod. Argentor. διόνυσσος.

15. Οὐρανὸν ... βουλαῖς] Hoc fragmentum reperitur etiam apud Cyrillum l. c. p. 33.. Plura dabit Lobeck. l. c. p. 737. sqq., coll. Orphica p. 455. sq..

16. σοφὸν] Sic scribo pro σοφοῦ, quod est in Cod. Reg. 3.,

Infirmae videre Jovem omnium rectorem;
Hic enim aereo in coelo constitutus est
Aurato in solio ac terram pedibus calcat,
Manum autem dextram ad terminos oceani
Undique extendit. Circum enim tremunt montes magni
Et fluvii et cani profundum caerulei maris.

Et rursus alicubi sic ait:

Unus Jupiter, unus Pluto, unus Phoebus, unus Bacchus,
Unus Deus in omnibus. Quid haec tibi seorsum praedico?

Et rursus in Juramentis:

Per coelum te adjuro Dei magni sapiens opus,
Adjuro te per vocem Patris, quam primum pronuntiavit,
Quum mundum universum suis condidit consiliis.

Quid sibi vult verbis:

Adjuro te per vocem Patris, quam primum pronuntiavit?

Vocem hoc loco appellat Dei Logon, per quem coelum et terra et universa condita est creatura, ut nos docent divina sanctorum hominum oracula, quibus et ipse aliqua ex parte in Aegypto animadversis cognovit Logo Dei omnem creaturam conditam esse. Quapropter postquam dixit:

Adjuro te per vocem Patris, quam primum pronuntiavit

protinus subjungit:

Quum mundum universum suis condidit consiliis.

Hic Logon appellat vocem propter poeticam mensuram: ac rem ita se habere ex eo perspicitur, quod paulo antea versu concedente Logon appellet. Dixit enim:

Ad Logon divinum respiciens ei asside.

Clarom. et Vimar. Illud σοφὸν Cyrillus quoque legit.

17. ὁρκίζω] Cod. Reg. 4. etiam paulo post habet ὁρκίσω.

18. φθέγξατο] Cod. Reg. 1. et 2. ἐφθέγξατο. Eandem formam praebent illi Codd. et Argentor. in versu infra bis repetito.

19. ἅπαντα] Cod. Reg. 2. πάντα.

20. δι' οὗ ... κτίσις] Coll. ep. ad Coloss. I. 16.. Ceterum articulum restitui inter καὶ et πᾶσα collocatum in Cod. mstis, sed a Marano neglectum.

21. τοῦ θεοῦ] Non praefigitur articulus in Cod. Argentor..

22. ἡ κτίσις] Deest articulus in Cod. Reg. 4. et Argentor..

23. ἦν] Hutchinus τήν.

16. *Τίνα δὲ καὶ τὴν ἀρχαίαν καὶ σφόδρα παλαιὰν Σίβυλλαν, ἧς καὶ Πλάτων καὶ Ἀριστοφάνης καὶ ἕτεροι πλείους ὡς χρησμῳδοῦ μέμνηνται, διὰ χρησμῶν ὑμᾶς διδάσκειν περὶ ἑνὸς καὶ μόνου θεοῦ συμβαίνει, ἀναγκαῖον ὑπομνῆσαι. Λέγει δὲ οὕτως·*

[1] Εἷς [2] δὲ θεὸς μόνος ἐστίν, [3] ὑπερμεγέθης, ἀγένητος,
Παντοκράτωρ, ἀόρατος, [4] ὁρώμενος αὐτὸς ἅπαντα, E
Αὐτὸς δ' οὐ βλέπεται θνητῆς ὑπὸ σαρκὸς ἁπάσης.

Εἶτα ἀλλαχοῦ που οὕτως·

[5] Ἡμεῖς δ' ἀθανάτοιο [6] τρίβους πεπλανημένοι ἦμεν,
[7] Ἔργα δὲ χειροποίητα γεραίρομεν ἄφρονι [8] θυμῷ,
[9] Εἴδωλα ξοάνων τε [10] καταφθιμένων ἀνθρώπων. 17

Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ που οὕτως·

[11] Ὄλβιοι [12] ἄνθρωποι κεῖνοι κατὰ γαῖαν ἔσονται,
Ὅσσοι δὴ στέρξουσι μέγαν θεόν, εὐλογέοντες
Πρὶν φαγέειν πιέειν τε, πεποιθότες εὐσεβίῃσιν·
Οἳ [13] νηοὺς μὲν ἅπαντας [14] ἀπαρνήσονται ἰδόντες
Καὶ βωμούς, [15] εἰκαῖα λίθων [16] ἀφιδρύματα κωφῶν,
[17] Αἵμασιν ἐμψύχων μεμιασμένα καὶ [18] θυσίαισι
Τετραπόδων, [19] βλέψουσι δ' ἑνὸς θεοῦ ἐς μέγα κῦδος. B

Ταῦτα μὲν οὖν ἡ Σίβυλλα.

17. *Ὁ δὲ ποιητὴς Ὅμηρος, τῇ τῆς ποιήσεως ἀποχρώμενος*

1. *Εἷς δὲ ... ἁπάσης*] Exstant hi versus in Theophili (ad Autol. II. c. 36. p. 112. ed. Colon.) prooemio ad Sibyllina orac. v. 7.—9. (Galland. Bibl. vett. PP. Tom. I. p. 335. A.). Coll. Sibyll. I. v. 1. (p. 338. A.), II. v. 358. sq. (p. 354. B.) et Lactantius Divin. institt. I. c. 6. (Opp. ed. le Brun et Dufresnoy Tom. I.) p. 28..

2. *δὲ θεὸς μόνος*] Maranus contra Codd. mstorum (tantummodo in Cod. Reg. 1. et Argentor. vocula δὲ omittitur ob versum restituenda) auctoritatem ut apud Theophilum et Lactantium *εἷς θεὸς ὃς μόνος* scripsit. Ille habet *ἄρχει* pro *ἐστίν*.

3. *ὑπερμεγέθης*] Cod. Argentor. supra lineam *ἄναρχος*.

4. *ὁρώμενος*] Theoph. *ὁρῶν μόνος*.

5. *Ἡμεῖς ... ἀνθρώπων*] Orac. Sibyll. III. v. 659.—661. (p. 368. B.).

6. *τρίβους*] Sibyll. *τρίβον*.

7. *Ἔργα ... γεραίρομεν*] Scribendum fortasse *Ἔ. τε χειροποίητ' ἐγεραίρομεν* propter antecedens *πεπλ. ἦμεν*. Sibyll. *σεβάσμεθα*.

8. *θυμῷ*] Hanc vocem, in Sibyll. quoque exstantem, Cod. Argentor. ope pro *μύθῳ* restituimus.

9. *εἴδωλα ξοάνων*] Maranus *εἴδ. ξόανα* opinatur legendum. Sibyll. *εἰδώλων*.

16. Quid autem per vaticinia de uno et singulari Deo doceat antiqua illa et admodum vetus Sibylla, quam Plato et Aristophanes aliique complures ut vatem commemorant, necesse est referre. Sic autem ait:

Unus Deus est, solus, ingens, increatus,
Omnipotens, invisibilis, ipse videns omnia,
Ipse autem a nulla cernitur carne mortali.

Sic etiam alicubi:

Nos autem ab immortalis viis aberravimus,
Ac opera manu facta colimus stulta mente:
Simulacra deorum et pereuntium hominum.

Et rursus sic alicubi:

Felices homines super terram erunt,
Quicumque diligent magnum Deum, benedicentes
Antequam comedant et bibant, confidentes pietate:
Qui omnia quidem templa abnegabunt videndo
Et altaria, inanes lapidum sedes surdorum,
Cruoribus animalium contaminata et victimis
Quadrupedum, respicient vero ad unius Dei magnum decus.

Atque haec quidem Sibylla.

17. Homerus autem poeta, poetica abusus licentia et Or-

10. *καταφϑ, ἀνϑϱ.*] Ante Maranum edebatur *καταφϑ. τ' ἀνϑϱ.*, sed non reperitur particula in Cod. Reg. 1., 2., Clarom. et Argentor., in quo ita supra lineam scripta est, ut legeretur perverse *κατὰτεφϑεμένων.*

11. *Ὄλβιοι … κῦδος*] Orac. Sibyll. IV. v. 24. — 30. (p. 371. C.). Postremos quatuor versus (*Οἳ νηοὺς* etc.) refert etiam Clemens Alex. Protrept. c. 4. §. 62. (Opp. ed. Klotz. Tom. I.) p. 53. uno tamen auctos et aliquantum diversos.

12. *ἄνϑϱωποι*] Sibyll. melius *ἀνϑϱώπων.*

13. *νηοὺς μὲν ἅπαντας*] Clem. *ναούς.* Idem et Sibyll. *πάντας.*

14. *ἀπαϱνήσονται*] Sibyll. *ἀποστϱέψουσιν.*

15. *εἰκαῖα*] Hoc vocabulo eraso in Cod. Argentor. partim supra lineam scriptum est *καὶ πϱὸς γε.*

16. *ἀφιδϱύματα*] Sibyll. et Clem. *ἱδϱύματα.*

17. *αἵμασιν ἐμψ.*] Clem. *αἵματι ἐμψύχῳ.*

18. *ϑυσίαισι*] Cod. Argentor. *ϑυσίαισσι* et Sibyll. *ϑυσίῃσι.*

19. *βλέψουσι … κῦδος*] Clem. *διπόδων, πτηνῶν ϑηϱῶν τε φόνοισι.*

ἐξουσίᾳ καὶ τὴν ἐν ἀρχῇ τῆς πολυθεότητος Ὀρφέως ζηλώσας δόξαν, μυθωδῶς μὲν πλειόνων θεῶν μέμνηται, ἵνα μὴ δόξῃ τῆς Ὀρφέως ἀπᾴδειν ποιήσεως, ἣν οὕτως ζηλῶσαι προὔθετο, ὡς καὶ διὰ τοῦ πρώτου τῆς ποιήσεως ἔπους τὴν πρὸς αὐτὸν σημῆναι σχέσιν· τοῦ γὰρ Ὀρφέως

[1] Μῆνιν ἄειδε, θεά, Δημήτερος ἀγλαοκάρπου

ἐν ἀρχῇ τῆς ποιήσεως εἰρηκότος, αὐτὸς C

Μῆνιν ἄειδε, θεά, Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος

γέγραφεν, [2] ἑλόμενος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἐν ἀρχῇ καὶ τοῦ κατὰ τὴν ποίησιν ἐκπεσεῖν μέτρου, [3] ἵνα μὴ δόξῃ τοῦ τῶν θεῶν ὀνόματος [4] μὴ μεμνῆσθαι πρῶτον. Μικρὸν δὲ ὕστερον καὶ τὴν ἑαυτοῦ περὶ ἑνὸς καὶ μόνου θεοῦ σαφῶς καὶ φανερῶς ἐκτίθεται δόξαν, πῇ μὲν διὰ τοῦ Φοίνικος πρὸς Ἀχιλλέα λέγων·

[5] Οὐδ' εἴ κέν μοι ὑποσταίη θεὸς αὐτὸς
Γῆρας ἀποξύσας [6] θήσειν νέον ἡβώοντα,

[7] διὰ τῆς ἀντωνυμίας τὸν ὄντως ὄντα σημαίνων θεόν· πῇ δὲ διὰ D τοῦ Ὀδυσσέως πρὸς τὸ τῶν Ἑλλήνων πλῆθος οὕτω λέγων·

[8] Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω.

Ὅτι δὲ οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, ἀλλὰ τοὐναντίον κακόν, ἔργῳ δηλῶσαι προὔθετο, πολέμους τε αὐτῶν διὰ τὸ πλῆθος καὶ μάχας καὶ στάσεις καὶ κατ' ἀλλήλων ἐπιβουλὰς διηγούμενος· τὴν γὰρ E μοναρχίαν ἄμαχον εἶναι [9] συμβαίνει. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ ποιητὴς Ὅμηρος.

18. Εἰ δὲ καὶ τῶν ἀπὸ τῆς σκηνῆς περὶ ἑνὸς θεοῦ μαρτυρίας ἡμᾶς [1] προσθεῖναι δέοι, ἀκούσατε καὶ Σοφοκλέους οὕτω λέγοντος·

[2] Εἷς ταῖς ἀληθείαισιν, εἷς ἐστὶν θεός,

1. *Μῆνιν ... ἀγλαοκ.*] Cf. Clemens Alex. Protrept. c. 2. §. 15. (Opp. ed. Klotz. Tom. I.) p. 15. Praeterea de hoc versu, quem Homerus Il. I. 1. imitatus esse dicitur, vid. Orphica recens. Hermann. p. 478. et 511..

2. *ἑλόμενος ... μέτρον*] Innuit eos primi Iliados carminis errores, quos notat etiam Eustathius interpres. *Picus.*

3. *ἵνα*] Deest in Cod. Reg. 4..

4. *μὴ μεμνῆσθαι πρῶτον*] Sic Cod. Clarom., cujus auxilio emendavit Maranus corruptam scripturam, quae erat in Codd. mstis et editis: *ὀνόμ. μεμνῆσθαι πρῶτος* (Argentor. tamen *πρῶτον*).

5. *Οὐδ' ... ἡβώοντα*] Hom. Il. IX. 445. sq..

6. *θήσειν*] Cod. Argentor. *θήσει.*

phei opinionem de deorum multitudine in ipso carminis exordio aemulatus, fabulose quidem plures deos commemorat, ne discrepare videatur ab Orphei poesi, quam ita sibi imitandam proposuit, ut suum erga illum studium ipso etiam carminis primo versu declaraverit; nam quum Orpheus

Iram cane, Dea, Cereris frugiferae

in exordio carminis dixisset, ipse

Iram cane, Dea, Pelidae Achillis

scripsit: in quo quidem maluit, ut mihi videtur, etiam legitima carminis mensura in ipso primordio excidere, ne deorum nominis non statim meminisse videretur. At paulo post suam ipsius de uno et singulari Deo clare et aperte exponit sententiam, nunc per Phoenicem sic Achillem alloquens:

Nec si mihi promitteret Deus ipse,
Senecta abstersa me facturum juvenem pubescentem

per pronomen eum qui vere est Deum indicans; nunc per Ulyssem sic ad Graecorum multitudinem verba faciens:

Non bonum est multorum principatus: unus princeps esto.

Neque bonum esse multorum principatum sed potius malum, opere demonstrandum sibi proposuit, eorum bella ob multitudinem et pugnas et seditiones et mutuas insidias enarrans; monarchiam enim inexpugnabilem esse contingit. Haec quidem Homerus poeta.

18. Quod si et eorum qui ex scena sunt adjicere oportet de uno Deo testimonia, audite Sophoclem sic dicentem:

Unus profecto est, unus est Deus,

7. διὰ ... θεόν] Eodem modo interpretatus est hunc Homeri locum Cyrillus Alex. adv. Julian. I. (Opp. ed. Aubert. Tom. VI.) p. 27. D. E.

8. Οὐκ ... ἔστω] Hom. Il. II. 204.

9. συμβαίνει] Ms. Steph. ἐμφαίνει.

1. προσθεῖναι] Cod. Reg. 4., Clarom. et Argentor. προσθῆναι.

2. Εἷς ταῖς ... νομίζομεν] Hunc Pseudo-Sophoclis locum (vid. Boeckhius: Graecae tragoediae principum Aeschyli, Sophoclis, Euripidis num ea quae supersunt et genuina omnia sint etc. Heidelb. 1808. 8. p. 148. sq.) recitant etiam Clemens Alex. Protrept. c. 7. §. 74. (Opp. ed. Klotz. Tom. I.) p. 63. et

Ὃς οὐρανὸν [3] τέτευχε καὶ γαῖαν [4] μακράν, 18
Πόντου τε χαροπὸν οἶδμα [5] κἀνέμων βίας·
Θνητοὶ δὲ [6] πολλοὶ καρδίᾳ πλανώμενοι
Ἱδρυσάμεσθα [7] πημάτων παραψυχὴν
Θεῶν ἀγάλματ' ἐκ λίθων [8] τε καὶ ξύλων,
Ἢ χρυσοτεύκτων ἢ [9] 'λεφαντίνων τύπους·
Θυσίας τε τούτοις καὶ [10] καλὰς πανηγύρεις
[11] Τεύχοντες, οὕτως εὐσεβεῖν νομίζομεν.

Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Σοφοκλῆς.

19. Ὁ δὲ τοῦ Μνησάρχου Πυθαγόρας, ὁ τὰ δόγματα τῆς B
ἑαυτοῦ φιλοσοφίας [1] διὰ συμβόλων μυστικῶς ἐκθέμενος, ὡς δηλοῦ-
σιν οἱ τὸν βίον αὐτοῦ γεγραφότες, ἄξια καὶ αὐτὸς τῆς εἰς Αἴγυπ-
τον ἀποδημίας περὶ ἑνὸς θεοῦ φρονῶν φαίνεται. Τὴν γὰρ μονάδα
ἀρχὴν ἁπάντων λέγων καὶ ταύτην τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων αἰτίαν
εἶναι, δι' ἀλληγορίας ἕνα τε καὶ μόνον διδάσκει θεὸν εἶναι. Ὅτι δὲ
τοῦθ' οὕτως ἔχει, δῆλον ἀφ' ὧν μονάδα καὶ ἓν πολλῷ διαφέρειν C
ἀλλήλων ἔφη· [2] τὴν μὲν γὰρ μονάδα ἐν τοῖς νοητοῖς εἶναι λέγει,
τὸ δὲ ἓν ἐν τοῖς ἀριθμοῖς. Εἰ δὲ καὶ σαφεστέραν ἀπόδειξιν περὶ
ἑνὸς θεοῦ τῆς Πυθαγόρου δόξης ποθεῖτε γνῶναι, [3] ἀκούσατε καὶ
τῆς αὐτοῦ δόξης. Οὕτω γὰρ ἔφη· [4] Ὁ μὲν θεὸς εἷς, [5] αὐτὸς δὲ
οὐχ ὥς τινες ὑπονοοῦσιν ἐκτὸς [6] τᾶς διακοσμήσιος, ἀλλ' [7] ἐν αὐτᾷ

Strom. V. c. 14. §. 114. (Tom. III.) p. 79., Eusebius Praeparat. evang. XIII. c. 13. p. 680. ed. Viger. Colon., Cyrillus Alex. adv. Julian. I. (Opp. ed. Aubert. Tom. VI.) p. 32., Theodoretus de curandis Graec. affectt. Serm. VII. (Opp. ed. Sirmond. Tom. IV.) p. 590.; coll. Athenagoras Legat. p. Christ. c. 5. p. 6. ed. Colon.. Adeas praeterea, quae observabimus ad librum de monarchia c. 2. p. 104., ubi iidem versus deprehenduntur.

3. *τέτευχε*] Athenag., Clem. et Cyrill. *τ' ἔτευξε*. Paulo ante Cyrill. *ἐν ταῖς ἀληθείαις* pro *εἰς τ. ἀληθείαισιν*.

4. *μακράν*] Euseb. *μακρήν* et sic vulgo in Clementis Protr..

5. *κἀνέμων βίας*] Cyrill. et Euseb. *καὶ ἀνέμων β.*. Clem. Strom. *κἀν. βίαν*.

6. *πολλοὶ καρδίᾳ*] Cod. Argentor. *πολυκερδίᾳ* et sic (*πουλυκερδίᾳ*) vulgo Clemens in Protr.; idem in Strom. cum Eusebio et Theodoreto *π. καρδίαν*, Cyrill. *π. καρδίῃ*. Pro *πολλοί*, ait Sylburgius, aptius aut *πολλὸν* legeremus aut *πουλύ*.

7. *πημάτων*] Cod. Argentor. *πεμμάτων*.

8. *τε καὶ ξύλων*] Clem. et Euseb. *ἢ χαλκέων*.

Qui coelum fabricatus est et terram magnam,
Vadumque ponti caeruleum et ventorum vim:
At ducta caeco errore gens mortalium
Commenta est in suae cladis solatium
Simulacra deorum saxeas et ligneas
Vel inauratas vel eburneas formas;
His victimarum sanguinem et festos dies
Facientes esse nos putamus pios.

Haec igitur Sophocles.

19. Pythagoras autem, Mnesarchi filius, qui philosophiae suae decreta symbolis arcane exposuit, ut demonstrant qui illius vitam scripsere, videtur et ipse de uno Deo ea sentire, quae digna sint Aegyptiaca peregrinatione. Nam dum unitatem principium omnium esse dicit ipsamque omnium bonorum esse causam, unum esse ac singularem Deum per allegoriam docet. Idque ita se habere inde patet, quod unitatem et unum inter se multum differre dicat; unitatem enim iis esse statuit, quae mente percipiuntur, unum autem in numeris. Quodsi Pythagorae de singulari Deo sententiam clarius perspicere vultis, audite haec illius verba: *Deus unus est, nequaquam autem, ut quidam suspicantur, extra mundum*

9. *'λεφαντίνων*] Editi *ἐλεφαντίνων*.

10. *καλὰς*] Clem. Protr. et Cyrill. *κενάς*.

11. *τεύχοντες*] Clem. Protr. *νέμοντες*. Idem in Strom. cum Eusebio et Theodoreto *στέφοντες*.

1. *διὰ συμβόλων*] Cod. Reg. 4. *διὰ συμβόλου*.

2. *τὴν μὲν... ἀριθμοῖς*] Haec Marano jam observante totidem verbis leguntur in vita Pythagorae apud Photium Cod. 249..

3. *ἀκούσατε... οὕτω*] Cod. Reg. 3. et Clarom. *ἀκούσ. ταύτην· οὕτω.* Et sic Ms. Steph..

4. *Ὁ μὲν... κίνασις*] Eumdem locum afferunt Clemens Alex. Protrept. c. 6. §. 72. (Opp. ed. Klotz. Tom. I.) p. 62. et Cyrillus Alex. adv. Julian. I. (Opp. ed. Aubert. Tom. VI.) p. 30.; coll. Minucius Felix Octav. c. 19. p. 178. ed. Gronov., Lactantius Divin. institt. I. c. 5. (Opp. ed. le Brun et Dufresnoy Tom. I.) p. 18. et Salvianus de gubernat. Dei I. p. 3. ed. Baluz..

5. *αὐτὸς*] Clem. *χοῦτος*.

6. *τᾶς διακοσμήσιος*] Cod. Reg. 2., 4. et Clarom. *τῆς διακοσμήσιως*. In Cod. Argentor. *τῆς διακοσμήσιος* (ut in Reg. 1.) a prima manu scriptum erat, sed eadem mutavit in *τ. διακοσμήσεως*.

7. *ἐν αὐτᾷ*] Sic emendavit Maranus ex Clemente. Et recte qui-

ὅλος ἐν ὅλῳ τῷ κύκλῳ [8] ἐπισκοπῶν πάσας τὰς γενέσιάς ἐστι, κρᾶ-
σις ἐὼν τῶν ὅλων αἰώνων καὶ [9] ἐργάτας τῶν αὐτοῦ δυνάμιων D
καὶ [10] ἔργων, ἀρχὰ πάντων, [11] ἐν οὐρανῷ φωστὴρ καὶ πάντων
πατήρ, νοῦς καὶ ψύχωσις [12] τῶν ὅλων, κύκλων ἁπάντων κίνασις.
Οὕτω μὲν οὖν ὁ Πυθαγόρας.

20. Πλάτων δὲ ἀποδεξάμενος μέν, ὡς ἔοικε, τὴν περὶ ἑνὸς
καὶ μόνου θεοῦ Μωσέως καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν διδασκαλίαν,
ἣν ἐν Αἰγύπτῳ γενόμενος ἔγνω, διὰ δὲ τὰ συμβεβηκότα Σωκράτει
δεδιώς, [1] μήπως καὶ αὐτὸς Ἄνυτόν τινα ἢ καὶ [2] Μέλητον καθ' E
ἑαυτοῦ γενέσθαι [3] παρασκευάσῃ κατηγοροῦντα αὐτοῦ παρ' Ἀθη-
ναίοις καὶ λέγοντα· Πλάτων ἀδικεῖ καὶ περιεργάζεται, θεοὺς οὓς
ἡ πόλις νομίζει οὐ [4] νομίζων, φόβῳ τοῦ κωνείου ποικίλον τινὰ καὶ
ἐσχηματισμένον τὸν περὶ θεῶν γυμνάζει λόγον, εἶναί τε [5] θεοὺς
τοῖς βουλομένοις καὶ μὴ εἶναι, οἷς τἀναντία δοκεῖ, τῷ λόγῳ κα-
τασκευάζων, ὡς ἔσται ῥᾴδιον ἀπ' αὐτῶν τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεχθέν-
των γνῶναι. Πᾶν γὰρ τὸ γενόμενον θνητὸν προαποφηνάμενος
εἶναι, ὕστερον θεοὺς γεγενῆσθαι λέγει. Εἰ τοίνυν ἀρχὴν ἁπάν-
των τὸν θεὸν καὶ τὴν ὕλην εἶναι βούλεται, [6] δῆλον ὅτι ἀνάγκη 19
πᾶσα ἐξ ὕλης τοὺς θεοὺς γεγενῆσθαι [7] λέγειν. Εἰ δὲ ἐξ ὕλης, ἐξ ἧς
καὶ τὸ κακὸν ὡρμῆσθαι ἔφη, οἵους εἶναι τοὺς θεοὺς τοὺς ἐξ ὕλης
γενομένους οἴεσθαι προσήκει, τοῖς εὐφρονοῦσι παρῆκε σκοπεῖν.
Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἀγέννητον τὴν ὕλην ἔφησεν εἶναι, ἵνα μὴ
[8] δόξῃ τὸν θεὸν τοῦ κακοῦ ποιητὴν εἶναι λέγειν. Καὶ περὶ μὲν

dem; nam Pythagoras versibus in libro de monarch. c. 2. p. 105. C. recitatis verum Deum non modo fecisse mundum, sed etiam κατοικεῖν αὐτὸς ἐν ᾧ πεποίηκε dicit. Codd. msti et editi ἐν ἑαυτῷ. Cyrill. ἐν αὐτῷ.

8. ἐπισκοπῶν ... αἰώνων] Articulus τὰς in Cod. Argentor. omittitur; in eodem a secunda manu, non tamen valde recenti, κρᾶσις ἐὼν permutatum est in κρατῶν. Cod. Clarom. ἐπισκοπῶν, πάσας τᾶς γενέσιός ἐστι κρᾶσις, αἰὼν τῶν ὅλων αἰώνων. Reg. 2. et 4.... ἐτῶν τῶν ὅλων. Atque hanc utramque lectionem Ms. Steph. habet. Clem. ἐπίσκοπος πάσας γενέσιος, κρᾶσις τῶν ὅλων ἀεὶ ὤν. Cyrill. ἐπ. πάσας γενεᾶς ἐστί, κρᾶσις (sic scribo) ὢν τ. ὅλ. αἰώνων.

9. ἐργάτας] Cyrill. φῶς.

10. ἔργων ... πάντων] Clem. ἔργ. ἁπάντων.

11. ἐν οὐρ.] Codd. msti et editi ἕν, ἐν οὐρ.; deest ἓν apud Clementem et Cyrillum. Quare, inquit Maranus, expungere non dubitavi, quum praesertim repugnet observationi Pythagorae, qui Deum

sed in ipso, totus in toto circulo inspiciens omnes generationes; temperatio est omnium saeculorum atque opifex virtutum et operum suorum, principium omnium, in coelo lumen et omnium pater, mens et animatio universorum, circulorum omnium motio. Ita igitur Pythagoras.

20. Plato autem etsi probavisse videtur Mosis et aliorum prophetarum de uno et singulari Deo sententiam, quam in Aegypto cognoverat, quum tamen ob ea quae acciderant Socrati timeret, ne quem ipse Anytum aut Meletum in se concitaret apud Athenienses accusatorem qui diceret: Plato injuste et curiose se gerit, quos civitas agnoscit deos, nullos ipse agnoscens, metu cicutae variam quamdam et simulatam de diis disputationem instituit, artificio quodam consequens, ut deos esse his, qui ita sentiunt, quibus autem secus videtur, nullos esse dicat, id quod perfacile est ex illius dictis cognoscere. Postquam enim quidquid factum est mortale esse pronuntiavit, deos deinceps factos fuisse dicit. Igitur si principium omnium Deum et materiam esse vult, liquet omnino necessarium esse, ut ex materia deos factos dicat. Quodsi facti ex materia, ex qua malum ortum esse dixit, quales existimandi sint dii ex materia facti, sanis mentibus considerandum reliquit. Nam idcirco materiam ipsam increatam esse dixit, ne Deum mali conditorem dicere videretur. Ac de diis quidem a Deo conditis haec ab

esse *μονάδα*, non vero ἓν dicebat. Neque reperitur in Cod. Vimar. et Ms. Pici.

12. *τῶν ὅλων ... κίνασις*] Clem. *τῷ ὅλῳ κύκλῳ, πάντων κίνασις.* Cyrill. *πάντων* pro *ἁπάντων.* In Cod. Reg. 1. et 2. *κύκλων* ad marginem tantum legitur.

1. *μήπως*] Cod. Argentor. *μήπω.* Hanc Platonis timiditatem (c. 22. p. 20. D., c. 25. p. 23. D. E.) iisdem fere verbis memorat Cyrillus Alex. adv. Julian. I. (Opp. ed. Aubert. Tom. VI.) p. 34. E.; coll. Eusebius Praeparat. evang. II. c. 6. p. 75. ed. Viger. Colon. al..

2. *Μέλητον*] Hanc Cod. Reg. 1., 2., 4., Argentor. et Ms. Pici firmatam scripturam revocavi; vulgata enim, *Μέλιτον*, debetur Iotacismo.

3. *παρασκευάσῃ*] Cod. Clarom. *παρασκευάσειε.*

4. *νομίζων*] Cod. Argentor. *νομίζει.*

5. *θεοὺς*] Ms. Steph. *θεοῖς.*

6. *δῆλον ὅτι*] Cod. Reg. 2. et 4. *δηλονότι.*

7. *λέγειν*] Cod. Reg. 4. *λέγει.*

8. *δόξῃ*] Cod. Argentor. *δείξῃ.*

τῶν ὑπὸ [9] τοῦ θεοῦ δημιουργηθέντων θεῶν ταῦτ᾽ εἰρηκὼς φαίνεται· [10] Θεοὶ θεῶν ὧν ἐγὼ δημιουργός. Περὶ δὲ τοῦ ὄντως ὄντος θεοῦ τὴν ὀρθὴν ἔχων φαίνεται δόξαν. Ἀκηκοὼς γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ τὸν B
θεὸν τῷ [11] Μωσεῖ εἰρηκέναι. [12] Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, ὁπηνίκα πρὸς τοὺς Ἑβραίους αὐτὸν ἀποστέλλειν ἔμελλεν, ἔγνω ὅτι οὐ κύριον ὄνομα ἑαυτοῦ ὁ θεὸς πρὸς αὐτὸν ἔφη.

21. Οὐδὲν γὰρ ὄνομα ἐπὶ θεοῦ κυριολογεῖσθαι δυνατόν· τὰ γὰρ ὀνόματα εἰς δήλωσιν καὶ διάγνωσιν τῶν ὑποκειμένων κεῖται πραγμάτων, πολλῶν καὶ διαφόρων ὄντων. Θεῷ δὲ οὔτε ὁ τιθεὶς C
ὄνομα προϋπῆρχεν, οὔτε αὐτὸς ἑαυτὸν ὀνομάζειν ᾠήθη δεῖν, εἷς καὶ μόνος ὑπάρχων, [1] ὡς αὐτὸς διὰ τῶν ἑαυτοῦ προφητῶν μαρτυρεῖ λέγων· [2] Ἐγὼ θεὸς πρῶτος καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα καὶ πλὴν ἐμοῦ θεὸς ἕτερος οὐκ ἔστι. Διὰ τοῦτο τοίνυν, ὡς καὶ πρότερον ἔφην, οὐδὲ ὀνόματός τινος ὁ θεὸς ἀποστέλλων πρὸς τοὺς Ἑβραίους τὸν Μωσέα μέμνηται, ἀλλὰ διά τινος μετοχῆς ἕνα καὶ μόνον θεὸν D
[3] ἑαυτὸν εἶναι μυστικῶς διδάσκει. Ἐγὼ γάρ, φησίν, εἰμὶ ὁ ὤν, ἀντιδιαστέλλων ἑαυτὸν δηλονότι ὁ ὢν τοῖς μὴ οὖσιν, ἵνα γνῶσιν οἱ πρότερον ἀπατηθέντες, ὅτι οὐχὶ τοῖς οὖσιν, ἀλλὰ τοῖς μὴ οὖσι προσέσχον. Ἐπεὶ τοίνυν ὁ θεὸς ἠπίστατο [4] τοὺς πρώτους ἀνθρώπους τῆς παλαιᾶς τῶν προγόνων μεμνημένους ἀπάτης, ἣν ἀπατῆσαι αὐτοὺς ὁ μισάνθρωπος δαίμων ἠβουλήθη φήσας πρὸς

9. τοῦ θεοῦ] Deest articulus in Cod. Reg. 4..

10. θεοὶ... δημιουργός] Verba exstant in Platonis Timaeo p. 41. A. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. IX. p. 325.). Maranus pro ὧν male ὢν habet.

11. Μωσεῖ] Cod. Reg. 3. et Clarom. Μωσῇ. Illam formam semper servavimus.

12. Ἐγὼ... ὤν] Exod. III. 14..

1. ὡς αὐτὸς] Maranus ex Cod. Reg. 4. praeter necessitatem scripsit ὡς καὶ αὐτός.

2. Ἐγὼ... οὐκ ἔστι] Jesai. XLIV. 6.. In Cod. Reg. 4. in verbis καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα perperam ἐγὼ praetermissum est, quasi, observante Marano, haec verba non sint ex Scriptura, sed tantum indicent ea quae sequuntur ex eodem quidem loco sed pluribus omissis desumta esse.

3. ἑαυτὸν] Cod. Clarom. αὐτόν.

4. τοὺς πρώτους ἀνθρώπους] Iidem paulo post appellantur οἱ ἐξ αὐτῶν γενόμενοι h. e. protoplastarum (τῶν προγόνων) posteri. Opponit Justinus τοὺς πρώτους ἀνθρ. plurium deorum memores iis, qui Mosis tempore vivebant, He-

eo dicta esse liquet: *Dii deorum, quorum ego sum conditor.* De eo autem qui vere est Deo rectam videtur habere sententiam; nam quum audisset in Aegypto Deum dixisse Mosi tum, quando eum ad Hebraeos missurus erat: *Ego sum exsistens ille*, intellexit Deum nequaquam suum illi proprium nomen dixisse.

21. Nullo enim proprio nomine Deus appellari potest; sunt quippe nomina ad designationem ac distinctionem subjectarum rerum, quae et multae et variae sunt, instituta. At nemo praeexstitit qui Deo nomen imponeret, nec se ipse nominandum esse duxit, quum unus et solus sit, quemadmodum ipse per suos prophetas testatur dicens: *Ego Deus primus et ego postea et praeter me Deus alius non est.* Propterea igitur, ut jam dixi, nullius nominis meminit Deus, quum Mosem ad Hebraeos mitteret, sed per quoddam participium unum et solum se esse Deum arcane docet. *Ego enim*, inquit, *sum exsistens ille*, seipsum exsistentem non exsistentibus opponens, ut qui prius decepti fuere, non iis qui exsistunt, sed iis qui non exsistunt adhaesisse se intelligant. Siquidem quum Deus sciret priores homines meminisse antiquae illius fraudis, qua majores decipere voluit humani generis hostis daemon, eos

braeis potissimum, quos Deus tandem per Mosem de *uno* Deo edocuit. Igitur πρώτους hîc dictum pro προτέρους (Act. apost. I. 1., ep. ad Hebr. VIII. 7. al.): priores homines, qui in memoria habebant antiquam illam protoplastarum seductionem; haec falsa de diis opinio veluti morbus propagata est eamque Deus, ut Martyr sententiam repetens paulo infra p. 20. B. C. ait, tollere volens Mosi dixit: Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. Ceterum quum participium μεμνημένους ab ἠπίστατο pendeat, incipit (id quod sententia quoque requirit) apodosis inde a verbis διὰ τοῦτο etc.. Haec monere volui contra Maranum. Haud male omissum est illud πρώτους in Cod. Vimar.: *Sciebat scilicet inveteratum hunc primorum parentum errorem homini nondum etiam e memoria excidisse, in quem illi ut se praecipites darent, humani generis osor Genius eis autor fuisset.* Pergitur recte ita: *Nam hic cum primis parentibus si ab interdicto divino vellent deflectere, spem faceret fore, uti diis pares fierent; deorum inane ac falsum nomen est commentus, ut miseri mortales alios etiam deos, praeter unum illum ac solum, esse rati, tales scilicet posse se quoque fieri confiderent.*

αὐτούς· [5] Εἰ πεισθείητέ μοι τὴν τοῦ θεοῦ παρελθεῖν ἐντολήν, ἔσε- E
σθε ὡς θεοί, θεοὺς ὀνομάζων τοὺς μὴ ὄντας, ἵνα οἱ ἄνθρωποι
οἰηθέντες καὶ ἑτέρους εἶναι θεοὺς καὶ ἑαυτοὺς δύνασθαι γενέσθαι
θεοὺς πιστεύσωσι, διὰ τοῦτο πρὸς τὸν Μωσέα ἔφη· Ἐγώ εἰμι ὁ
ὤν, ἵνα διὰ τῆς μετοχῆς ὄντος τοῦ θεοῦ [6] ὄντος καὶ μὴ ὄντων
διαφορὰν διδάξῃ. Πεισθέντες τοίνυν οἱ ἄνθρωποι τῷ ἠπατηκότι
δαίμονι καὶ θεοῦ παρακοῦσαι τολμήσαντες, ἐξῆλθον τοῦ παραδεί- 20
σου, τοῦ μὲν ὀνόματος [7] τῶν θεῶν μεμνημένοι, μηκέτι δὲ παρὰ
θεοῦ μὴ εἶναι θεοὺς ἑτέρους διδαχθέντες· οὐ γὰρ δίκαιον ἦν
τοὺς τὴν πρώτην ἐντολὴν μὴ φυλάξαντας, ἣν φυλάξαι ῥᾴδιον ἦν,
διδάσκειν ἔτι, ἀλλὰ τιμωρίαν αὐτοῖς ἐπάγειν δικαίαν. Ἐκβλη-
θέντες τοίνυν τοῦ παραδείσου καὶ οἰόμενοι διὰ τὴν παρακοὴν B
ἐκβεβλῆσθαι μόνην, οὐ μὴν εἰδότες διότι καὶ θεοὺς μὴ ὄντας
ἐπείσθησαν εἶναι, τὸ τῶν θεῶν ὄνομα καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα ἐξ
αὐτῶν γενομένοις ἀνθρώποις παρέδοσαν. Αὕτη τοίνυν [8] πρώτη
περὶ θεῶν ψευδὴς φαντασία, ἀπὸ [9] τοῦ ψεύστου πατρὸς τὴν
ἀρχὴν ἐσχηκυῖα. Εἰδὼς τοίνυν ὁ θεὸς τὴν τῆς πολυθεότητος μὴ
ἀληθῆ δόξαν, ὥσπερ τινὰ νόσον τῇ τῶν ἀνθρώπων ἐνοχλοῦσαν
ψυχῇ, ἀνελεῖν καὶ ἀνατρέψαι βουλόμενος, πρῶτον μὲν τῷ Μωσεῖ C
φανεὶς ἔφη πρὸς αὐτόν· Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. [10] Ἔδει γάρ, οἶμαι, τὸν
ἄρχοντα καὶ στρατηγὸν τοῦ τῶν Ἑβραίων γένους ἔσεσθαι μέλλοντα
πρῶτον ἁπάντων τὸν ὄντα γινώσκειν θεόν. Διὸ καὶ τούτῳ πρώ-
τῳ φανείς, ὡς ἦν δυνατὸν ἀνθρώπῳ φανῆναι θεόν, ἔφη πρὸς
αὐτόν· Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. Εἶτ᾽ ἀποστέλλειν αὐτὸν πρὸς τοὺς Ἑβραί-
ους μέλλων, κἀκείνοις [11] αὐτῷ τὰ αὐτὰ προστάττει λέγειν· [12] Ὁ D
ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς.

22. Ταῦτα τοίνυν ἐν Αἰγύπτῳ μαθὼν ὁ Πλάτων καὶ σφόδρα ἀρεσθεὶς τοῖς περὶ ἑνὸς θεοῦ εἰρημένοις, τοῦ μὲν ὀνόματος Μωσέως, διὰ τὸ ἕνα καὶ μόνον διδάσκειν θεόν, μνημονεῦσαι παρ᾽ Ἀθηναίοις οὐκ ἀσφαλὲς ἡγεῖτο, δεδιὼς τὸν Ἄρειον πάγον,

5. Εἰ πεισθ.... θεοί] Coll. Genes. III. 5..

6. ὄντος] Cod. Argentor. et Ms. Steph. ὄντων.

7. τῶν θεῶν] In Cod. Reg. 4. supra lineam τοῦ θεοῦ.

8. πρώτη περὶ θεῶν] Cod. Argentor. περὶ θεῶν πρώτη. Reg. 2. πρ. περὶ θεοῦ.

9. τοῦ ψεύστου ... ἀρχὴν] Respexit forte Justinus verbis τ. ψεύστ.

sic allocutus: *Si obsecuti mihi fueritis mandatum Dei transgredientes, eritis sicut dii*, deos appellans eos qui non erant, ut homines, arbitrati alios etiam deos esse, se quoque deos fieri posse crederent: propterea Mosi dixit: *Ego sum exsistens ille*, ut per participium *exsistens* Dei exsistentis et non exsistentium discrimen doceret. Obsecuti autem fraudulento daemoni homines ac Dei praeceptum violare ausi e paradiso exierunt, nominis quidem deorum non obliti, sed non jam amplius a Deo nullos esse deos edocti; non enim aequum erat, ut qui primum praeceptum non servassent, quod tamen erat ad servandum facile, ii amplius docerentur, sed potius ut debitam poenam persolverent. Ejecti igitur paradiso seque ob eam tantum causam ejectos rati, quod Deo non paruissent, minime vero ob illam etiam, quod deos esse qui nulli prorsus sunt credidissent, nomen deorum genitis ex se postea hominibus tradiderunt. Haec igitur prima fuit falsa de diis informatio, a mendaci patre ortum habens. Quum vero videret Deus falsam de diis opinionem veluti quemdam morbum in animos hominum grassari, eam tollere et eruere volens quum primum Mosi visus est ei dixit: *Ego sum exsistens ille.* Oportebat enim, ut equidem arbitror, ut qui princeps et dux Hebraeae gentis futurus erat, omnium primus exsistentem cognosceret Deum. Unde etiam quum illi omnium primo visus est, quantum fas erat homini Deum apparere, dixit ad eum: *Ego sum exsistens ille.* Deinde illum ad Hebraeos missurus, eadem illis jussit dicere: *Exsistens ille misit me ad vos.*

22. Haec igitur Plato quum in Aegypto didicisset ac vehementer delectaretur his de uno Deo dictis, nomen quidem Mosis, quod unum is et singularem doceret Deum, memorare apud Athenienses tutum esse non duxit, Areopagum metuens,

πατϱ. ad ev. Joann. VIII. 44.. Articulum ad ἀϱχὴν ex Cod. Reg. 1., 2. et Argentor. praemisi.

10. Ἔδει γὰϱ] Cod. Reg. 4. ἔδει γὰϱ οὖν.

11. αὐτῷ] Cod. Reg. 3. et Clarom. sicut editi αὐτόν.

12. Ὁ ὢν . . . ὑμᾶς] Exod. III. 14..

τὸ δὲ καλῶς εἰρημένον ὑπ' αὐτοῦ οὐχ ὡς παρ' ἐκείνου μαθών,
ἀλλ' ὡς ἑαυτοῦ ἐκτιθέμενος δόξαν ἐν τῷ ἐσπουδασμένῳ αὐτοῦ E
λόγῳ Τιμαίῳ, ἐν ᾧ καὶ θεολογεῖν [1] ἐπεχείρει, τὸ αὐτὸ ὃ καὶ περὶ
θεοῦ Μωσῆς γέγραφεν. Ἔφη γάρ· [2] Ἔστιν οὖν κατ' ἐμὴν δόξαν
διαιρετέον πρῶτον, τί τὸ [3] ὂν μὲν ἀεί, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον, καὶ
τί τὸ γινόμενον [4] μέν, ὂν δὲ οὐδέποτε. Τοῦτο, ὦ ἄνδρες Ἕλλη-
νες, τοῖς νοεῖν δυναμένοις οὐ δοκεῖ ἓν καὶ ταὐτὸ εἶναι, τῷ ἄρθρῳ
μόνῳ διαλλάττον; Ὁ μὲν γὰρ Μωσῆς ὁ ὢν ἔφη, ὁ δὲ Πλάτων
τὸ ὄν. Ἑκάτερον δὲ τῶν εἰρημένων τῷ ἀεὶ ὄντι θεῷ προσήκειν
φαίνεται· αὐτὸς γὰρ [5] ἐστι μόνος ὁ ἀεὶ ὤν, γένεσιν δὲ [6] μὴ ἔχων.
Τί τοίνυν ἐστὶν ἕτερον τὸ τῷ ἀεὶ ὄντι ἀντιδιαστελλόμενον, περὶ 21
οὗ αὐτὸς ἔφη· Καὶ τί τὸ γινόμενον [7] μὲν ἀεί, ὂν δὲ οὐδέποτε,
ἀκριβῶς [8] προσήκει σκοπεῖν. Εὑρήσομεν γὰρ αὐτὸν σαφῶς καὶ
φανερῶς τὸν μὲν [9] ἀγέννητον ἀΐδιον εἶναι λέγοντα, τοὺς δὲ γεννη-
τοὺς ἢ δημιουργητοὺς (ὡς αὐτὸς περὶ τῶν αὐτῶν εἰρῆσθαι ἔφη·
[10] Θεοὶ θεῶν ὧν ἐγὼ δημιουργὸς) γινομένους καὶ ἀπολλυμένους.
[11] Οὕτω τοῦτο γὰρ αὐτὸς λέγει· [12] Ἔστι γ' οὖν κατ' ἐμὴν δόξαν
πρῶτον διαιρετέον, τί τὸ [13] ὂν μὲν ἀεί, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον, καὶ τί B
τὸ [14] γινόμενον μέν, ὂν δὲ οὐδέποτε. Τὸ μὲν [15] οὖν νοήσει μετὰ
τοῦ λόγου περιληπτόν, ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὄν, τὸ δ' αὖ δόξῃ μετ'
αἰσθήσεως ἀλόγου δοξαστόν, γινόμενον καὶ ἀπολλύμενον, [16] ὂν

1. ἐπεχείρει] Cod. Argentor. ἐπιχειρεῖ.

2. Ἔστιν οὖν . . . οὐδέποτε] Locus paulo infra repetitus invenitur in Platonis Timaeo p. 27. D. et 28. A. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. IX. p. 301. sq.). Maranus: Ad exemplum, inquit, Justini Cyrillus adv. Julian. I. p. 23. A. B. eamdem similitudinem demonstrat inesse huic Platonis loco cum his Scripturae verbis: *Ego sum qui sum.* Idem ante Cyrillum praestiterat Eusebius Praeparat. evang. XI. c. 9.. — Ceterum Plato hîc et paulo infra scribit: Ἔ. ο. δὴ κ. ἐ. δ. πρῶτον διαιρ. τάδε· τί etc..

3. ὂν μὲν ἀεί] Desideratur μὲν in Cod. Argentor..

4. μέν, ὂν] Ita Codd. msti et Plato; Maranus vero μὲν ἀεί, ὄν. Cyrill. γινόμ., ὂν etc..

5. ἐστι] Deest in Cod. Reg. 4..

6. μὴ ἔχων] Cod. Reg. 2. οὐκ ἔχων.

7. μὲν ἀεί, ὂν] Hoc loco Cod. Reg. 1., 2., Clarom. et Argentor. ἀεὶ exhibent ab editoribus excepto Marano omissum. Exstat quoque apud Eusebium.

8. προσήκει σκοπεῖν] Cod. Argentor. σκοπεῖν προσήκει.

sed quod praeclare ab eo dictum fuerat, id non tamquam ab eo acceptum, sed ut suam ipsius sententiam exponens in illo diligenter elaborato opere, Timaeo, in quo etiam de rebus divinis disputare instituit, idem de Deo scripsit ac Moses. Ait enim: *Primum meo quidem judicio distinguendum, quid sit illud, quod semper quidem exsistit, factum autem non est, et quid illud, quod fit quidem, nunquam autem exsistit.* An non hoc, Graeci, iis, qui intelligere possunt, unum et idem videbitur, solo articulo diversum? Dixit enim Moses: *Exsistens ille,* Plato autem: *Exsistens illud.* Utrumque autem semper exsistenti Deo congruere manifestum est; ipse enim solus est, qui semper exsistat nec factus sit. Quid autem alterum illud sit, quod semper exsistenti opponitur, de quo ipse dixit: *Et quid illud, quod fit quidem semper, numquam autem exsistit*, attente considerandum. Reperiemus enim clare et aperte ab eo dici ingenitum quidem esse aeternum, factos autem vel conditos (quemadmodum ipse dictum esse de illis ait: *Dii deorum quorum ego opifex*) nasci et perire. Hoc siquidem ille sic ait: *Primum igitur meo quidem judicio distinguendum, quid sit illud, quod semper quidem exsistit, factum autem non est, et quid illud, quod fit quidem, numquam vero exsistit. Alterum intellectu per rationem percipi potest, eodem semper modo se habens, alterum opinione per sensum rationis expertem conjicitur, na-*

9. *ἀγέννητον — γεννητούς*] In Cod. Argentor. (eraso ν) *ἀγένητον* et *γενητούς*. Et sic deinceps.

10. *θεοὶ ... δημιουργὸς*] Plat. l. c. p. 41. A. (p. 325.). Deest *ὧν* in Cod. Reg. 2. et 4..

11. *Οὕτω τοῦτο γὰρ*] Cod. Argentor. *ἀπολλυμ. οὕτως. τοῦτο γὰρ.* Cod. Vimar. *sicut nascantur, ita etiam interire.* Maranus ut in Cod. Reg. 4. *οὕτω γάρ.*

12. *Ἔστι γ' οὖν*] Cod. Reg. 4. *ἐστὶ τοίνυν.*

13. *ὂν μὲν ἀεί*] Desideratur *μὲν* in Cod. Argentor..

14. *γινόμενον μέν, ὂν*] Codd. manu exarati et editi ut apud Cyrillum *γινόμ., ὄν.* Retinui *μὲν* ob sequens *δέ*; insuper Maranus *ἀεὶ* adjecit.

15. *οὖν ... λόγου*] Plato et Theodoretus *δὴ ν. μ. λόγου.* Cyrill. *γνώσει μ. λόγου.*

16. *ὂν δὲ οὐδ.*] Plato et Theodoretus *ὄντως δὲ οὐδ.* atque illud *ὄντως* Hutchinus censet addendum.

δὲ οὐδέποτε. Ταῦτα [17] τὰ ῥητὰ τοῖς ὀρθῶς νοεῖν δυναμένοις ἀναίρεσιν καὶ ἀπώλειαν τῶν γενομένων κηρύττει θεῶν. Ἀναγκαῖον δὲ οἶμαι καὶ τούτῳ προσέχειν τὸν νοῦν, ὅτι οὐδὲ ποιητὴν [18] αὐτὸν ὁ Πλάτων, ἀλλὰ δημιουργὸν ὀνομάζει θεῶν, καίτοι πολλῆς δια- C
φορᾶς ἐν τούτοις οὔσης κατὰ τὴν αὐτοῦ Πλάτωνος δόξαν· ὁ μὲν γὰρ ποιητής, οὐδενὸς ἑτέρου προσδεόμενος, ἐκ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως καὶ ἐξουσίας ποιεῖ τὸ ποιούμενον, ὁ δὲ δημιουργός, τὴν τῆς δημιουργίας [19] δύναμιν ἐκ τῆς ὕλης εἰληφώς, κατασκευάζει τὸ γινόμενον.

23. Ἀλλ' ἴσως τινὲς τῶν τῆς πολυθεότητος δογμάτων ἀποστῆναι μὴ βουλόμενοι αὐτὸν τὸν δημιουργὸν τοῖς δημιουργηθεῖσι [1] θεοῖς ταῦτ' εἰρηκέναι φήσουσιν· [2] Ἐπείπερ [3] γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἔστε οὐδ' ἄλυτοι [4] τὸ παράπαν· [5] οὔτε μὲν δὴ λυθήσεσθέ γε οὔτε τεύξεσθε θανάτου μοίρας, τῆς ἐμῆς βουλήσεως, [6] μείζονος D
ἔτι δεσμοῦ καὶ ἰσχυροτέρου, λαχόντες. Ἐνταῦθα ὁ Πλάτων τοὺς τὴν πολυθεότητα ἀσπαζομένους δεδιώς, ἐναντία ἑαυτῷ τὸν κατ' αὐτὸν δημιουργὸν εἰσάγει λέγοντα. [7] Πᾶν γὰρ τὸ γενόμενον φθαρτὸν πρότερον εἰρηκέναι αὐτὸν φήσας, νῦν τἀναντία αὐτὸν εἰσάγει λέγοντα, ἀγνοῶν ὅτι οὐδαμῶς οὕτω δυνατὸν τὸ τῆς ψευδολογίας ἐκφυγεῖν ἔγκλημα· ἢ γὰρ τὸ πρότερον εἰρηκὼς πᾶν τὸ γενόμενον E
φθαρτὸν ψεύδεται, ἢ νῦν τἀναντία τοῖς πρότερον περὶ αὐτῶν εἰρημένοις ἀπαγγελλόμενος. Εἰ γὰρ ἀνάγκη πᾶσα τὸ γεννητὸν φθαρτὸν εἶναι κατὰ τὸν πρότερον αὐτοῦ ὅρον, πῶς [8] συγχωρεῖ τὸ κατ' ἀνάγκην ἀδύνατον γενέσθαι δυνατόν; Ὥστε μάτην ἔοι- 22
κεν ὁ Πλάτων ἀδύνατα χαρίζεσθαι τῷ κατ' αὐτὸν δημιουργῷ, τοὺς

17. τὰ ῥητὰ] Cod. Reg. 4. τὰ ῥήματα.

18. αὐτὸν ὁ Πλάτων] Cod. Argentor. ὁ πλ. αὐτόν.

19. δύναμιν] Deest ea vox in Cod. Argentor..

1. θεοῖς] Non est in Cod. Argentor..

2. Ἐπείπερ... λαχόντες] Cf. Plat. Timaeus p. 41. B. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. IX. p. 325.); locum ex Justino affert Photius Biblioth. Cod. 232. (ed. Beckker. Tom. II.) p. 290..

3. γεγένησθε] Plato et Photius ἐγένεσθε.

4. τὸ παράπαν] Cod. Argentor. ut Plato τὸ πάμπαν eamdemque lectionem praebet Reg. 2., in quo tamen supra lineam atramento a manu recenti notatum est: Γρ. τὸ παράπαν. Photius πάμπαν.

5. οὔτε... οὔτε] Cod. Argentor. μὴν pro μέν, Plato οὔτι...

scens et periens nec umquam exsistens. Haec profecto verba his, qui recte intelligere possunt, interitum et exitium factorum praedicant deorum. Atque illud etiam necessario animadvertendum mihi videtur, non creatorem illum a Platone, sed opificem appellari deorum, quum inter utrumque plurimum sit ipsius Platonis judicio discriminis; creator enim nulla re alia indigens sua virtute et potestate id quod fit efficit, opifex vero accepta ex materia condendi facultate opus suum construit.

23. Sed forte nonnulli, qui ab opinione multitudinis deorum nolunt discedere, opificem ipsum haec diis conditis dixisse objicient: *Quandoquidem facti estis, immortales quidem non estis neque omnino indissolubiles; non tamen dissolvemini neque in mortis necessitatem incurretis, majus adhuc et fortius vinculum meam voluntatem sortiti.* Hoc loco Plato, multitudinis deorum cultores metuens, opificem suum contraria inter se loquentem induxit. Nam quem antea pronuntiasse dixit, quidquid factum est corruptioni obnoxium esse, eumdem nunc contraria asserentem inducit, non animadvertens se in hac disputandi ratione mendacii crimen nullo pacto effugere posse; etenim vel prius mentitus est, quidquid factum est corruptioni obnoxium esse dicens, vel nunc, contraria pronuntians his quae prius dixerat de diis. Si enim necesse omnino est, ut quidquid factum est corruptioni obnoxium sit secundum priorem ejus definitionem, qui quadrat ut fieri possit, quod necesse est fieri non posse? Videtur igitur Plato frustra opifici suo quae fieri non possint largiri, dum eos, qui semel corru-

οὐδέ, Photius *οὔτοι γε μὴν λ. ουδέ.*

6. *μείζ. ἔ. δ. κ. ἰσχυρ.*] Sic et Plato, nisi quod *κυριωτέρου* pro *ἰσχυρ.* habet. Photius magis ad Justinum accedens scribit *ἰσχυρ. δέσμου.*

7. *Πᾶν γὰρ τὸ γενόμενον φθαρτόν*] Stephanus Gobarus teste Photio l. c. utebatur hoc Justini loco, ut quidquid natura corruptibile est, id ne Deo quidem volente incorruptibile fieri posse ostenderet. At haereticus ille Tritheita non animadvertebat S. Martyrem non ex sua propria, sed ex Platonis sententia argumentum depromere adversus ipsum Platonem. *Maranus.*

8. *συγχωρεῖ*] Cod. Argentor. *ἐγχωρεῖ.*

ἅπαξ διὰ τὸ ἐξ ὕλης γεγενῆσθαι φθαρτοὺς καὶ αὐτοὺς γενομένους, αὖθις δι᾽ αὐτοῦ ἀφθάρτους καὶ [9] ἀλύτους ἐπαγγελλόμενος ἔσεσθαι. Τὴν γὰρ τῆς ὕλης δύναμιν, ἀγέννητον καὶ ἰσόχρονον καὶ ἡλικιῶτιν κατὰ τὴν αὐτοῦ δόξαν τοῦ δημιουργοῦ οὖσαν, ἀντιστατεῖν εἰκὸς τῇ αὐτοῦ βουλήσει· τῷ γὰρ μὴ πεποιηκότι οὐδεμία ἐξουσία πρὸς τὸ [10] μὴ γεγονός, ὥστε οὐδὲ βιασθῆναι αὐτὴν δυνατὸν τῆς ἔξω- B
θεν πάσης ἀνάγκης ἐλευθέραν οὖσαν. Διὰ τοῦτο τοίνυν καὶ αὐτὸς ὁ Πλάτων εἰς ταῦτ᾽ ἀφορῶν, οὕτω γέγραφεν· [11] Ἀνάγκη δὲ οὐδὲ θεὸν λέγεσθαι δυνατὸν βιάζεσθαι.

24. Πῶς οὖν Ὅμηρον τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας ἐκβάλλει Πλάτων, ἐπειδὴ ἐν τῇ πρὸς Ἀχιλλέα πρεσβείᾳ τὸν Φοίνικα πεποίηκε τῷ Ἀχιλλεῖ λέγοντα·

[1] Στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοὶ

καίτοι Ὁμήρου οὐ περὶ τοῦ βασιλέως καὶ κατὰ Πλάτωνα δημιουρ- C
γοῦ τῶν θεῶν τοῦτ᾽ εἰρηκότος, ἀλλὰ περὶ τινῶν θεῶν τῶν παρ᾽ Ἕλλησι πολλῶν εἶναι νομιζομένων, ὡς ἔστιν ἡμῖν καὶ [2] παρὰ τοῦ Πλάτωνος μανθάνειν, θεοὶ θεῶν λέγοντος; Τῷ γὰρ ἑνὶ καὶ πρώτῳ θεῷ τὴν ἐξουσίαν καὶ τὸ κράτος ἁπάντων [3] Ὅμηρος διὰ τῆς χρυσῆς ἐκείνης ἀναφέρει σειρᾶς, τοὺς δὲ λοιποὺς θεοὺς [4] τοσοῦτ᾽ ἀπέχειν ἔφη τῆς ἐκείνου θεότητος, ὥστε αὐτοὺς καὶ μετ᾽ ἀνθρώπων ὀνο- D
μάζειν ἀξιοῦν. Τόν γ᾽ οὖν Ὀδυσσέα κατὰ τοῦ Ἕκτορος πρὸς τὸν Ἀχιλλέα εἰσάγει λέγοντα·

[5] Μαίνεται ἐκπάγλως πίσυνος Διΐ, οὐδέ τι τίει
Ἀνέρας οὐδὲ θεούς.

Ἐνταῦθά μοι Ὅμηρος δοκεῖ πάντως που καὶ αὐτὸς ὥσπερ ὁ Πλάτων ἐν Αἰγύπτῳ μαθὼν περὶ ἑνὸς θεοῦ σαφῶς καὶ φανερῶς τουτὶ ἐμφαίνειν, ὅτι ὁ τῷ ὄντι πεποιθὼς θεῷ τῶν μὴ ὄντων ἀμελεῖ. [6] Οὕτω γὰρ ὁ ποιητὴς καὶ ἀλλαχοῦ που δι᾽ ἑτέρας λέξεως ἰσοδυνα- E
μούσης, [7] τῆς ἀντωνυμίας, ταύτῃ τῇ ὑπὸ Πλάτωνος εἰρημένῃ μετοχῇ κέχρηται, τὸν ὄντα θεὸν ἀπαγγελλούσῃ, περὶ οὗ ὁ Πλά-

9. ἀλύτους] Hutchinus αὐτούς.

10. μὴ γεγ.] Deest μὴ in Cod. Argentor..

11. Ἀνάγκη ... βιάζεσθαι] Aliter Plato de legib. p. 741. A. (Vol. VIII. p. 232.): Ἀνάγκην δὲ οὐδὲ θεὸς εἶναι λέγεται δυνατὸς βιάζεσθαι.

1. Στρεπτοὶ ... αὐτοί] Hom. Il. IX. 497.. Maranus καὶ voculam jam ob versum necessariam omisit.

2. παρὰ τοῦ] Cod. Argentor. et

ptioni, utpote facti ex materia, obnoxii sunt, rursus illius beneficio a corruptione et dissolutione immunes fore pronuntiat. Nam materiae vim, utpote ingenitam et, ut ipse opinatur Plato, aequalem opifici et coaevam, obluctari par est ipsius voluntati; ei enim qui non creavit nulla est in id quod est increatum potestas, unde nec vis ulla ei inferri potest, quum ab omni externa necessitate libera sit. Ad haec respiciens Plato sic scripsit: *Necesse est, ut vim Deo inferri non posse dicamus.*

24. Quomodo ergo Homerum civitate sua ejicit Plato, quod Phoenicem suscepta ad Achillem legatione haec Achilli dicentem induxerit:

Mutabiles et ipsi sunt dii

quum Homerus non de rege et deorum secundum Platonem opifice id dixerit, sed de diis quibusdam, quos Graeci plures esse existimant, ut discere est ex ipso Platone, *Dii deorum* dicente? Uni enim et primo Deo potestatem et imperium omnium Homerus per auream illam defert catenam, ceteros autem deos tantum ab illius divinitate abesse putat, ut eos una cum ipsis hominibus nominare non dubitet. Ulyssem enim inducit haec de Hectore Achilli dicentem:

Furit terribiliter Jove confidens, nec quicquam veretur
Homines neque deos.

Omnino mihi videtur hoc loco Homerus, quum in Aegypto non secus ac Plato de singulari Deo cognovisset, clare id et aperte significare, si quis ei qui est Deo confidat, illum eorum qui non sunt rationem nullam habere. Sic enim et alibi poeta per aliam vocem ejusdem ponderis, id est per pronomen, allato utitur a Platone participio eum qui est Deum designante, de

Vimar. *παρ' αὐτοῦ.*

3. *Ὅμηρος*] Iliad. VIII. 18. sqq..

4. *τοσοῦτ' ἀπέχ.*] Editi sicut Cod. Reg. 3. et Clarom. *τοσοῦτον ἀπέχ..*

5. *Μαίνεται ... θεούς*] Hom. Il. IX. 238. sq.. Cod. Argentor. temere *ἐκπάγγλως.*

6. *Οὕτω*] Cod. Argentor. *οὕτως* et sic postea ubi occurrit.

7. *τῆς ἀντωνυμίας*] Ita Cod. Reg. 2. et 4.. Ante Maranum *τῇ ἀντωνυμίᾳ* et *ταύτῃ* pro *ταὐτῷ* edebatur.

των ἔφη· [8] Τί ὂν ἀεί, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον. Οὐ γὰρ ἁπλῶς εἰ-
ρῆσθαί μοι δοκεῖ τὸ ὑπὸ τοῦ Φοίνικος εἰρημένον·

[9] Οὐδ' εἴ κέν μοι ὑποσταίη θεὸς αὐτὸς
Γῆρας ἀποξύσας θήσειν νέον ἡβώοντα.

Ἡ γὰρ αὐτὸς ἀντωνυμία τὸν [10] ὄντως ὄντα σημαίνει θεόν. Οὕτω 23
γὰρ καὶ ὁ περὶ τῶν Χαλδαίων ὑμῖν καὶ Ἑβραίων εἰρημένος ση-
μαίνει χρησμός· πυθομένου γάρ τινος, τίνας πώποτε θεοσεβεῖς
ἄνδρας γεγενῆσθαι συνέβη, οὕτως εἰρηκέναι αὐτόν φατε·

Μοῦνοι Χαλδαῖοι [11] σοφίην λάχον, ἠδ' ἄρ' Ἑβραῖοι,
Αὐτογένητον ἄνακτα σεβαζόμενοι θεὸν αὐτόν.

25. Πῶς οὖν ὁ Πλάτων Ὁμήρῳ μέμφεται τοὺς θεοὺς [1] στρε- B
πτοὺς εἶναι λέγοντι, καίτοι Ὁμήρου διὰ τὸ χρήσιμον τοῦτ' εἰρηκό-
τος, ὡς ἔστι δῆλον ἀπ' αὐτῶν τῶν εἰρημένων; Ἴδιον γὰρ τῶν δι'
εὐχῆς καὶ θυσιῶν φιλανθρωπίας τυγχάνειν ἀξιούντων τὸ παύε-
σθαι καὶ μεταγινώσκειν ἐφ' οἷς ἥμαρτον· οἱ γὰρ ἀνεπιστρεφὲς τὸ
θεῖον οἰόμενοι εἶναι, οὐδαμῶς ἀφίστασθαι τῶν ἁμαρτημάτων
προῄρηνται, οὐδὲν ὄφελος ἐκ τῆς μετανοίας ἕξειν οἰόμενοι. Πῶς
[2] οὖν Ὁμήρου τοῦ ποιητοῦ καταγνοὺς ὁ φιλόσοφος Πλάτων C

Στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοὶ

[3] εἰρηκότος αὐτὸς τὸν τῶν θεῶν δημιουργὸν εἰσάγει οὕτω ῥᾳδίως
τρεπόμενον, ὡς ποτὲ μὲν θεοὺς θνητούς, ποτὲ δὲ τοὺς αὐτοὺς
ἀθανάτους εἶναι λέγειν; Καὶ οὐ μόνον περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ
τῆς ὕλης, ἀφ' ἧς καὶ τοὺς δημιουργηθέντας θεούς, ὥς αὐτός φησι,
γεγενῆσθαι ἀνάγκη, ποτὲ μὲν ἀγέννητον ποτὲ δὲ γεννητὴν εἶναι
λέγει, ἀγνοῶν ὅτι, οἷς Ὁμήρῳ μέμφεται, τούτοις αὐτὸς περιπί- D
πτων ἐλέγχεται, τὸν τῶν θεῶν δημιουργὸν οὕτω ῥᾳδίως τρέπε-
σθαι λέγων, καίτοι Ὁμήρου περὶ αὐτοῦ ἐναντία εἰρηκότος. Ἔφη
γὰρ αὐτὸν οὕτω περὶ [4] αὐτοῦ λέγειν·

8. *Τί... ἔχον*] Vid. c. 22. not. 2..

9. *Οὐδ' ἡβώοντα*] Vid. c. 17. not. 5.. In eumdem usum monente jam Marano citantur hi versus a Cyrillo Alex. adv. Julian. I. p. 27..

10. ὄντως] Deest in Cod. Reg. 4..

11. σοφίην] Cod. Reg. 3. et Clarom. et inde Ms. Steph. *σοφίης*. Lampsonus, ut assolet, nimis libere vertens post illos ex Homero laudatos versus nihil praebet nisi haec: *Uti ne illud quidem, quod est in oraculo illo Chaldaeensi cujus ante memini: solis sese deus ipse reclusit,* esse ἀνεμφατικῶς dictum pu-

quo dixit Plato: *Quid sit illud quod semper est, ortum autem non habet.* Neque enim temere mihi dictum videtur a Phoenice:

Nec si mihi promitteret Deus ipse
Senecta abstersa me facturum juvenem pubescentem.

Nam pronomen *ipse* eum qui vere est designat Deum. Idem enim et illud de Chaldaeis et Hebraeis editum vobis oraculum declarat; consulenti enim cuidam, quibusnam hominibus piis esse contigisset, ita oraculum respondisse dicitis:

Soli Chaldaei sapientiam sortiti sunt et Hebraei,
Per se genitum regem colentes Deum ipsum.

25. Quomodo igitur Homerum vituperat Plato, quod deos flexibiles esse dixerit, quum id Homerus non sine utili ratione dixerit, ut ex ipsis verbis perspicitur? Proprium enim est eorum, qui precibus et victimis misericordiam consequi volunt, desinere et poenitentia eluere quae peccarunt; qui autem divinum numen flexibile non esse existimant, nequaquam a peccatis discedere volunt, ut qui poenitentiam nihil sibi profuturam putent. Quomodo igitur philosophus Plato, quum poetam Homerum

Mutabiles et ipsi sunt dii

dicentem condemnaverit, ipse opificem deorum tam facile mutabilem inducit, ut nunc deos mortales, nunc eosdem immortales esse dicat? Nec deos solum, sed etiam materiam, ex qua necesse est factos esse quos conditos deos appellat, nunc genitam nunc ingenitam esse dicit non advertens, se ipsis illis, quae in Homero reprehendit, implicatum teneri, ut qui opificem deorum tam facile dicat immutari, quum de eo Homerus contraria dixerit. Illum enim inducit haec de seipso dicentem:

tem, sicque existimem utroque loco illam vocem ipse verum deum declarare. Quae ergo Platoni causa fuit etc. Videsis c. 11. not. 5.

1. στρεπτοὺς] Cod. Reg. 1. et Argentor. τρεπτούς.

2. οὖν] Deest in Cod. Reg. 4. De versu Homerico vid. c. 24. not. 1.; nostro autem loco pro στρεπτοὶ in Cod. Reg. 1. et Argentor. τρεπτοὶ exstat.

3. εἰρηκότος] Cod. Argentor. αὐτοῦ εἰρηκότος.

4. αὐτοῦ] Cod. Reg. 3. et Clarom. ἑαυτοῦ. Ita editi quoque.

[5] Οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον οὐδ' ἀπατηλὸν,
Οὐδ' [6] ἀτελεύτητον, ὅ τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν [7] ἑκὼν, ὡς ἔοικεν, ὁ Πλάτων, τοὺς τὴν πολυθεότητα ἀσπαζομένους δεδιὼς, ἀλλόκοτα περὶ θεῶν διεξιέναι φαίνεται. E
[8] Ὅσα δὲ παρὰ Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν περὶ ἑνὸς θεοῦ μεμαθηκὼς οἴεται δεῖν λέγειν, ταῦτα μυστικῶς προήρηται λέγειν, τοῖς θεοσεβεῖν βουλομένοις τὴν ἑαυτοῦ σημαίνων δόξαν. Ἀρεσθεὶς γὰρ τῷ ὑπὸ τοῦ θεοῦ πρὸς τὸν Μωσέα εἰρημένῳ· Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν,
καὶ τὴν βραχεῖαν διὰ τῆς μετοχῆς εἰρημένην ῥῆσιν μετὰ πολλῆς 24
θεωρίας δεξάμενος, ἔγνω ὅτι τὴν ἀϊδιότητα αὐτοῦ ὁ θεὸς τῷ Μωσεῖ σημῆναι θέλων, Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, ἔφη, τῆς ὢν συλλαβῆς οὐχ ἕνα [9] μόνον δηλούσης, ἀλλὰ τοὺς τρεῖς, τόν τε παρεληλυθότα καὶ τὸν ἐνεστῶτα καὶ τὸν μέλλοντα. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Πλάτων τοῦ ὢν ἐπὶ τοῦ περιττοῦ μέμνηται χρόνου, [10] Ὃν δὲ οὐδέποτε, λέγων. Τὸ γὰρ οὐδέποτε οὐκ ἐπὶ τοῦ παρεληλυθότος, ὡς οἴονταί τινες, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ μέλλοντος [11] εἴρηται χρόνου· τοῦτο γὰρ καὶ
παρὰ τοῖς ἔξωθεν ἠκρίβωται. Διὰ τοῦτο τοίνυν ὥσπερ ἑρμηνεῦ- B
σαι τοῖς ἀγνοοῦσι τὸ μυστικῶς περὶ τῆς ἀϊδιότητος τοῦ θεοῦ διὰ τῆς μετοχῆς εἰρημένον βουλόμενος ὁ Πλάτων, αὐταῖς λέξεσιν [12] οὕτω γέγραφεν· [13] Ὁ μὲν δὴ θεὸς, ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχὴν [14] καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν πάντων ἔχων. Ἐνταῦθα ὁ Πλάτων σαφῶς καὶ φανερῶς τὸν παλαιὸν λόγον Μωσέως ὀνομάζει νόμον, τοῦ μὲν ὀνόματος Μωσέως φόβῳ τοῦ κωνείου μεμνῆσθαι
δεδιώς· ἠπίστατο γὰρ τὴν τοῦ ἀνδρὸς διδασκαλίαν ἐχθρὰν [15] Ἑλ- C
λήνων οὖσαν. Διὰ δὲ τῆς τοῦ λόγου παλαιότητος τὸν Μωσέα σημαίνει σαφῶς. Ὅτι δὲ παλαιὸς καὶ πρῶτος ὁ Μωσέως νόμος, καὶ ἐκ τῆς Διοδώρου καὶ τῶν λοιπῶν ἱστοριῶν ἱκανῶς ἡμῖν ἐν

5. *Οὐ γὰρ ... κατανεύσω*] Hom. Il. I. 526. sq..

6. *ἀτελ. ὅ τι*] Editi *ἀτελ. γ', ὅ τι.* Scribo ut Cod. Argentor. et Homerus.

7. *ἑκών*] Ita omnes Cod. msti, nec video cur rejecta lectione haud inepta editores *ἄκων* scripserint idemque probaverint Picus et Lampsonus.

8. *Ὅσα* etc.] In Cod. Reg. 4. legitur: *ὅσα ... περὶ ἑνὸς θεοῦ μυστικῶς προείρηται, ταῦτα μεμαθηκὼς οἴεται δεῖν λέγειν τοῖς θεοσεβεῖν* etc.; eamdem scripturam Picus secutus est. Post *προή-*

Non enim meum revocabile est neque fallax,
Neque infectum, quidquid capite annuero.

Sed haec quidem de industria, ut verisimile est, Plato, quippe plurium deorum cultores metuens, absurde de diis videtur disseruisse. Quaecumque autem a Mose et prophetis de singulari Deo accepta silentio non praetermittenda esse putat, ea arcane proferre statuit, sententiam suam cupidis Dei colendi hominibus significans. Nam quum delectaretur hoc Dei ad Mosem dicto: *Ego sum exsistens ille*, ac brevem illam dictionem participio expressam non sine plurima animadversione excepisset, intellexit Deum, quia suam aeternitatem Mosi demonstrare vellet, *Ego sum existens ille*, dixisse, quippe quum hac voce, *exsistens*, non unum sed tria significentur, praesens et praeteritum et futurum. Sic enim et Plato illud *exsistens* de infinito usurpat tempore dicens: *Numquam autem exsistens.* Illud enim *numquam* non de praeterito, ut nonnulli putant, sed de futuro dictum est tempore; id enim et extranei scriptores accurate expenderunt. Propterea Plato, quum sententiam de Dei aeternitate, quae per participium arcane expressa est, velut interpretari imperitis vellet, totidem verbis ita scripsit: *Ipse quidem Deus, ut antiquus sermo est, principium et finem et medium omnium tenet.* Hic Plato clare et aperte sermonem antiquum Mosis appellat legem, Mosis quidem nomen metu cicutae commemorare veritus; sciebat enim illius doctrinam Graecorum inimicam esse: sermonis autem antiquitate Mosem aperte designat. Porro legem Mosis antiquissimam et primam esse, ex Diodori historia et aliis ejus-

ρηται omittitur λέγειν in Cod. Reg. 1. et Argentor..

9. μόνον] Cod. Reg. 3. et Clarom. itemque Ms. Steph. χρόνον.

10. Ὃν δὲ] Cod. Reg. 2. ex emendatione ὧν δέ.

11. εἴρηται χρόνον] Cod. Argentor. χρόνον εἴρηται.

12. οὕτω γέγρ.] Cod. Reg. 2. γέγρ. οὕτως.

13. Ὁ μὲν... ἔχων] Cf. Plato de legib. IV. p. 715. E. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. VIII. p. 185.).

14. καὶ τελ.] Plato τε καὶ τελ. et mox τῶν ὄντων ἁπάντων.

15. Ἑλλήνων] Cod. Reg. 4. Ἕλλησιν atque ita Reg. 3. et Clarom. ad marginem.

τοῖς [16]προάγουσιν ἀποδέδεικται· πρῶτον γὰρ ἁπάντων νομοθέτην αὐτὸν Διόδωρος γεγενῆσθαι λέγει μηδέπω μηδὲ τῶν τοῖς Ἕλλησι διαφερόντων εὑρεθέντων γραμμάτων, οἷς χρώμενοι τὰς ἑαυτῶν γεγράφασιν ἱστορίας.

26. Θαυμαζέτω δὲ μηδείς, [1]εἰ Μωσεῖ πεισθεὶς ὁ Πλάτων
περὶ τῆς ἀϊδιότητος τοῦ θεοῦ οὕτω γέγραφεν· εὑρήσεις γὰρ αὐτὸν D
μυστικῶς μετὰ τὸν ὄντως ὄντα θεὸν καὶ τοῖς προφήταις τὴν ἀληθῆ περὶ τῶν ὄντων ἀναφέροντα γνῶσιν. Οὕτω γὰρ ἐν τῷ Τιμαίῳ περὶ τινῶν ἀρχῶν διαλεγόμενος γέγραφε· [2]Τὴν δὲ πυρὸς ἀρχὴν καὶ τῶν ἄλλων σωμάτων [3]ὑποτιθέμεθα, κατὰ τὸν μετ' ἀνάγκης εἰκότα λόγον πορευόμενοι· τὰς δὲ [4]ἔτι τούτων ἀρχὰς ὁ θεὸς
οἶδεν ἄνωθεν καὶ ἀνδρῶν ὃς ἂν ἐκείνῳ φίλος ᾖ. Ἄνδρας δὲ E
τίνας ἑτέρους [5]τῷ θεῷ φίλους εἶναι νομίζει, εἰ μὴ Μωσέα καὶ τοὺς λοιποὺς προφήτας; Ὧν ταῖς προφητείαις ἐντυχὼν καὶ τὸν περὶ κρίσεως παρ' αὐτῶν μεμαθηκὼς λόγον, ἐν τῷ πρώτῳ τῆς πολιτείας λόγῳ οὕτω προαναφωνεῖ λέγων· [6]Ἐπειδάν τις ἐγγὺς
ᾖ τοῦ οἴεσθαι τελευτήσειν, εἰσέρχεται αὐτῷ [7]φόβος καὶ φρον- 25
τίς, περὶ ὧν ἐν τῷ πρόσθεν οὐκ εἰσῄει. Οἵ τε γὰρ λεγόμενοι μῦθοι περὶ τῶν ἐν ᾅδου, ὡς τὸν ἐνθάδε ἀδικήσαντα [8]δέοι ἐκεῖ διδόναι δίκην, καταγελώμενοι τέως, τότε δὴ στρέφουσιν αὐτοῦ τὴν ψυχήν, μὴ ἀληθεῖς ὦσι· καὶ αὐτὸς ἤτοι ὑπὸ τῆς τοῦ γήρως ἀσθενείας ἢ καὶ ὥσπερ ἐγγυτέρω ὢν τῶν ἐκεῖ [9]μᾶλλον καθορᾷ αὐτά. Ὑποψίας γοῦν καὶ δείματος μεστὸς γίνεται καὶ ἀνα-
λογίζεται ἤδη καὶ σκοπεῖ, εἴ τινά τι ἠδίκησεν. Ὁ μὲν οὖν [10]τις B
εὑρίσκων ἑαυτοῦ ἐν τῷ βίῳ πολλὰ ἀδικήματα καὶ ἐκ τῶν ὕπνων, ὥσπερ οἱ παῖδες, θαμὰ ἐγειρόμενος δειμαίνει καὶ ζῇ μετὰ [11]κακῆς

16. προάγουσιν] Vid. c. 9. not. 19.. Cod. Reg. 3. et Clarom. προλαβοῦσιν; et sic Ms. Steph..

1. εἰ... γέγραφεν] Cod. Reg. 2. et 4. (item Vimar.) εἰ περὶ τῆς ἀϊδιότητος τοῦ θεοῦ τῷ Μωϋσεῖ πεισθεὶς ὁ Πλάτων. Atque ita Maranus edidit; Ms. Pici verbis eadem ratione collocatis: *si de aeternitate dei commotus a Mose Plato ita scripsit, quem invenies etc.*.

2. Τὴν δὲ... φίλος ᾖ] Cf. Plat. Timaeus p. 53. C. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. IX. p. 352.).

3. ὑποτιθέμεθα] Cod. Argentor. ὑποθώμεθα.

4. ἔτι... ἄνωθεν] Plato τι τούτων ἀρχὰς ἄνωθεν θεὸς οἶδε.

5. τῷ θεῷ] Cod. Argentor. θεοῦ.

6. Ἐπειδάν τις... γν. κυβερνᾷ] Cf. Plato de republ. I. p. 330.

modi monumentis satis a nobis supra demonstratum; eum enim Diodorus primum omnium legislatorem fuisse dicit nondum inventis Graecorum literis, quibus suas illi historias scripserunt.

26. Nemo autem miretur, si Mosi credens Plato de Dei aeternitate illo modo scripsit; reperies enim, eum mystice etiam prophetis post illum qui vere est Deum cognitionem rerum attribuere. Sic enim in Timaeo de quibusdam principiis disserens scripsit: *Ignis quidem et ceterorum corporum principium ponimus secundum probabilem cum necessitate rationem procedentes; horum autem adhuc principia Deus sursum cognovit et qui ei cari sunt homines.* Homines autem quosnam alios Deo caros esse putat, nisi Mosem et ceteros prophetas? Quorum vaticinia quum legisset et doctrinam de judicio ab eis accepisset, in primo de Republica libro haec majore vocis sono verba pronuntiat: *Quum jam eo quis appropinquat, ut se brevi moriturum putet, subeunt illum metus et sollicitudo de rebus, de quibus antea minime subierant. Et quae feruntur fabulae de inferis, eum qui hic inique egit oportere illic poenas persolvere, hactenus derisae, tunc torquent illius animum, ne verae sint; ac ipse ob senectutis infirmitatem vel etiam, ut propior iis quae illic sunt, magis ea considerat. Suspicione sane et metu repletur jamque secum reputat et considerat, an quem injuria aliqua affecerit. Atque is quidem, qui se multa in vita inique fecisse reperit, ex somno, tamquam pueri solent, identidem exsuscitatus formidat et cum mala spe vivit; qui vero nullius*

D. E. et 331. A. (Vol. VI. p. 153. sq.). Hîc quemadmodum aliis locis Sylburgius, quae a Justiniano textu absunt, ex Platonico supplet ita quidem, ut uncis utatur.

7. φόβος κ. φροντίς] Deest prior vox in Cod. Argentor.; Vimar. *invadit metus*, Ms. Pici *veretur.* Plato δέος et mox ἔμπροσθεν pro ἐν τῷ πρόσθεν.

8. δέοι] Plato δεῖ.

9. μᾶλλον] Plato μᾶλλόν τι et paulo post δ' οὖν pro γοῦν.

10. τις εὑρ. ἑαυτοῦ] Non legitur τις apud Platonem. Cod. Reg. 4. ἑαυτῷ, Reg. 3. et Clarom. (et Ms. Steph.) ἑαυτόν.

11. κακῆς] Cod. Argentor. male κακοῦ. Articulus τῆς post κακῆς non est in Platone.

τῆς ἐλπίδος· τῷ δὲ μηδὲν [12] ἄδικον ἑαυτῷ ξυνειδότι γλυκεῖα ἐλπὶς ἀεὶ πάρεστι καὶ ἀγαθὴ γηροτρόφος, [13] ὥσπερ καὶ Πίνδαρος λέγει. Χαριέντως γάρ τοι, ὦ Σώκρατες, τοῦτ' ἐκεῖνος εἶπεν, ὅτι ὃς ἂν ὁσίως καὶ δικαίως τὸν βίον διαγάγῃ,

[14] Γλυκεῖάν οἱ καρδίαν ἀτιτάλλοισα γηροτρόφος συναορεῖ
Ἐλπίς, ἃ μάλιστα θνατῶν πολύστροφον γνώμαν κυβερνᾷ. C

Καὶ ταῦτα μὲν ἐν τῷ πρώτῳ τῆς πολιτείας γέγραφε λόγῳ.

27. Ἐν δὲ τῷ δεκάτῳ σαφῶς καὶ φανερῶς, ἃ παρὰ τῶν προφητῶν περὶ κρίσεως μεμάθηκε, ταῦτα οὐχ [1] ὥσπερ παρ' αὐτῶν μεμαθηκώς, διὰ τὸ πρὸς Ἕλληνας δέος, ἀλλ' ὡς παρά τινος, ὡς αὐτῷ πλάττειν ἐδόκει, ἐν πολέμῳ ἀναιρεθέντος καὶ δωδεκαταίου
μέλλοντος θάπτεσθαι καὶ ἐπὶ τῆς πυρᾶς κειμένου, ἀναβιώσαντός D
τε καὶ τὰ ἐκεῖ διηγουμένου ἀκηκοώς, αὐταῖς λέξεσιν οὕτω γέγραφεν· [2] Ἔφη γὰρ δὴ παραγενέσθαι ἐρωτωμένῳ ἑτέρῳ ὑπὸ ἑτέρου, ὅπου εἴη Ἀριδαῖος ὁ μέγας. Ὁ δὲ [3] Ἀριδαῖος οὗτος τῆς Παμφυλίας ἔν τινι πόλει τύραννος [4] ἐγεγόνει, γέροντα πατέρα ἀποκτείνας καὶ πρεσβύτερον ἀδελφόν, καὶ ἄλλα δὴ πολλὰ καὶ ἀνόσια [5] ἐργασάμενος, ὡς ἐλέγετο. Ἔφη γοῦν τὸν ἐρωτώμενον εἰπεῖν, Οὐχ ἥκει, φάναι, οὐδ' ἂν [6] ἥξειν δεῦρο. Ἐθεασάμεθα γὰρ
οὖν δὴ καὶ τοῦτο τῶν δεινῶν θεαμάτων· ἐπειδὴ ἐγγὺς τοῦ στο- E
μίου ἦμεν μέλλοντες ἀνιέναι καὶ τἆλλα [7] πάντα πεπονθότες, ἐκεῖνόν τε κατείδομεν ἐξαίφνης καὶ ἄλλους σχεδόν τι αὐτῷ τοὺς πλείστους τυράννους. Ἦσαν δὲ καὶ ἰδιῶταί τινες τῶν μεγάλα ἡμαρτηκότων· οὓς οἰομένους ἤδη ἀναβήσεσθαι οὐκ ἐδέχετο τὸ

12. ἄδικον ἑαυτῷ] Plato ἑαυτῷ ἄδικον et pro γλυκεῖα quod sequitur ἡδεῖα.

13. ὥσπερ καὶ] Plato ὡς καί. Apud eumdem transponuntur etiam paulo infra verba ὁσίως καὶ δικαίως.

14. Γλυκεῖάν ... κυβερνᾷ] De hoc fragmento ab aliis quoque scriptoribus frequentato vid. Boeckhius: Pindari opp. Tom. II. P. 2. p. 672. sq.. Scripsi ut est in Justini Codd. mstis. Qui omnes γλυκεῖάν habent; Stephanus vero γλυκεῖά ex Platone petiit eumque excepto Marano editores secuti sunt. Pro ἀτιτάλλοισα, quae est scriptura antiquissimi Cod. Reg. 1., in ceteris libris mstis et editis ἀτιτάλλουσα legitur; Plato ἀτάλλοισα. Vulgata ξυναορεῖ est prorsus contra Pindari usum, qui συναορεῖ postulat; in Cod. Argentor. ξυναόρ' ἐλπίς.

1. ὥσπερ] Cod. Argentor. ὡς.

2. Ἔφη γὰρ ... ἀντιστρόφους] Cf. Plato de republ. X. p. 615.

sibi conscius est injuriae, dulcis illi spes semper adest et bona senectutis nutrix, ut ait Pindarus. Percommode enim, Socrates, ille hoc dixit: Qui sancte et juste vitam peragit,

Dulce illi cor alens, senectutis nutrix assectatur
Spes, quae maxime mortalium mutabilem sententiam regit.

Atque haec quidem in primo scripsit de Republica libro.

27. In decimo autem, quae a prophetis didicerat de judicio, ea non tamquam ab illis accepta (metuebat enim Graecos), sed ut ex quodam homine audita scribit, qui, ut ipsi fingere placet, in bello caesus ac duodecimo die sepeliendus et rogo impositus revixerat et res illic visas narrabat; sic igitur totidem verbis: *Dixit enim se advenisse, quum alius interrogaretur ab alio, ubinam esset Aridaeus ille magnus. Ille autem Aridaeus in quadam Pamphyliae urbe tyrannus fuerat, senem patrem occiderat et natu majorem fratrem, multa alia eaque nefanda perpetrasse dicebatur. Dixit igitur interrogatum respondisse: Non venit neque veniet huc. Illud autem inter horrenda spectacula vidimus: postquam prope accessimus ad hiatum inde redituri ac cetera omnia perpessi, vidimus illum subito et alios prope illum plurimos tyrannos. Erant vero etiam aliqui privati inter eos, qui magna peccaverant; hos jam se ascensuros sperantes non excipiebat hiatus, sed*

C—E. et 616. A. B. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. VII. p. 325. sq.). Est narratio Eris cujusdam, Armenii, quem, quum in proelio interfectus esset, decimo post pugnam die integrum ferunt sublatum esse et, dum pyrae imponeretur, in vitam rediisse; hunc autem virum redivivum de rebus post mortem futuris quae vidisset cum suis communicasse.

3. Ἀριδαῖος] Plato Ἀρδιαῖος.

4. ἐγεγόνει] Plato ἤδη χιλιοστὸν ἔτος εἰς ἐκεῖνον τὸν χρόνον, γέροντά τε πατ. etc.. Paulo infra πολλά τε καί.

5. ἐργασάμενος] Plato εἰργασμένος et mox οὖν pro γοῦν.

6. ἥξειν] Vulgo ἥξει, quod apud Platonem nunc pro ἥξοι legi solet; sed Codd. mstis obsequendum putavimus, qui exceptis Reg. 3. et Clarom. lectionem nostram firmant. Libri Justini editi paulo post γὰρ δὴ omisso οὖν, quod etiam deest in Reg. 3. et Clarom..

7. πάντα] Deest in Cod. Reg. 4.. Pro αὐτῷ, quod sequitur, in Platone exstat αὐτῶν.

στόμιον, ἀλλ' ἐμυκᾶτο, ὁπότε τις τῶν οὕτως ἀνιάτως ἐχόντων εἰς πονηρίαν, εἰ μὴ ἱκανῶς δεδωκὼς δίκην, [8] ἐπιχειροῖ ἀνιέναι. [9] Ἐνταῦθα ἄνδρες ἄγριοι, διάπυροι ἰδεῖν, παρεστῶτες καὶ καταμανθάνοντες τὸ φθέγμα, τοὺς μὲν διαλαβόντες ἦγον, τὸν δὲ 26
Ἀριδαῖον καὶ ἄλλους συμποδίσαντες χεῖράς τε καὶ πόδας καὶ κεφαλήν, καταβαλόντες καὶ ἐκδείραντες εἷλκον παρὰ τὴν ὁδὸν ἐκτὸς ἐπ' ἀσπαλάθων [10] γνάπτοντες καὶ τοῖς παροῦσι σημαίνοντες, ὧν [11] ἕνεκά τε καὶ ὅτι εἰς τὸν τάρταρον ἐμπεσούμενοι ἄγοιντο· ἔνθα δὴ φόβων [12] ἔφη πολλῶν καὶ παντοδαπῶν σφίσι γεγονότων τοῦτον [13] ὑπερβάλλειν, εἰ μὴ γένοιτο ἑκάστῳ τὸ φθέγμα, B
ὅτε ἀναβαίνοι, ὡς καὶ ἀσμενέστατα ἕκαστον σιγήσαντος ἀναβῆναι. Καὶ τὰς [14] μὲν δίκας τε καὶ τιμωρίας τοιαύτας τινὰς εἶναι, καὶ αὖ τὰς εὐεργεσίας ταύταις ἀντιστρόφους. Ἐνταῦθά μοι δοκεῖ ὁ Πλάτων οὐ μόνον [15] τὸν περὶ κρίσεως παρὰ τῶν προφητῶν μεμαθηκέναι λόγον, ἀλλὰ καὶ τὸν περὶ τῆς ἀπιστουμένης παρ' Ἕλλησιν ἀναστάσεως. Τὸ γὰρ μετὰ σώματος κρίνεσθαι τὴν ψυ- C
χὴν φῆσαι, οὐδὲν ἕτερον δηλοῖ, ἢ ὅτι τῷ περὶ τῆς ἀναστάσεως ἐπίστευσε λόγῳ. Ἐπεὶ πῶς Ἀριδαῖος καὶ οἱ λοιποί, τὸ ἔχον σῶμα, κεφαλὴν καὶ χεῖρας καὶ πόδας καὶ δέρμα ὑπὲρ γῆς [16] καταλιπόντες, τοιαύτην ὑπεῖχον ἐν ᾅδου τιμωρίαν; Οὐ γὰρ δήπου τὴν ψυχὴν κεφαλὴν καὶ χεῖρας καὶ πόδας καὶ δέρμα ἔχειν φήσουσιν. Ἀλλ' ἐν Αἰγύπτῳ ταῖς τῶν προφητῶν [17] ἐντυχὼν μαρτυ- D
ρίαις ὁ Πλάτων καὶ τὴν περὶ τῆς τοῦ σώματος ἀναστάσεως δεξάμενος διδασκαλίαν, μετὰ τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν κρίνεσθαι διδάσκει.

28. Καὶ οὐχ ὁ Πλάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ Ὅμηρος, ὁμοίως

8. ἐπιχειροῖ] Sic Cod. Reg. 1. et Argentor., in quo secunda manus verbum primitivum male mutavit in ἐπιχειροίη, quod etiam editum est ante Maranum.

9. Ἐντ. ἄνδ. ἄγρ.] Plato ἐντ. δὴ ἄνδρ., ἔφη, ἄγρ..

10. γνάπτοντες] Ita Cod. Reg. 1., 2. et Ms. Steph.; editi γνάμπτοντες, Plato κνάπτοντες καὶ τοῖς ἀεὶ παριοῦσι.

11. ἕνεκά τε] Cod. Reg. 2. ἕνεκά γε. Post haec verba addunt contra Codd. mstorum (etiam Vimar. et Ms. Pici) auctoritatem Sylburgius et Maranus ex Platone ταῦτα ὑπομένοιεν, quod ne apud hunc quidem magna gaudet auctoritate.

12. ἔφη πολλῶν] Cod. Argentor. πολλῶν ἔφη.

mugiebat, quoties aliquis ex iis quorum improbitas insanabilis, antequam idoneam persolvisset poenam, ascendere tentaret. Illic adstabant feri homines et ignei adspectu, qui audito mugitu alios comprehensos abducebant, Aridaeum autem ceterosque constrictis manibus, pedibus et capite, humi dejectos et excarnificatos trahebant juxta viam foras, super aspalathi spinis dilacerantes et his qui aderant significantes, quorum id causa fieret quodque in Tartarum projiciendi abducerentur; ex multis autem et omnis generis terroribus, qui ipsis illic acciderent, hunc maximum esse dicebat, qui mugitu cuique inferebatur, quum ascenderet: quo silente unumquemque libentissime ascendere. Ac tales quidem esse poenas et supplicia rursusque his contraria beneficia. Videtur hic mihi Plato non solum de judicio a prophetis accepisse doctrinam, verum etiam de resurrectione, quam Graeci non credunt. Nam dum animam cum corpore judicari dicit, nihil aliud significat, nisi se resurrectionis doctrinam credere. Quomodo enim Aridaeus et alii, qui corpus capite et manibus et pedibus et pelle instructum in terris reliquerant, tales in inferno poenas persolverent? Haudquaquam certe animam, caput et manus et pedes et pellem habere dicent. Sed Plato quum in Aegypto incidisset in prophetarum testimonia et de corporis resurrectione doctrinam suscepisset, animam una cum corpore cruciari docet.

28. Nec solus Plato, sed et Homerus, quum eadem et ipse

13. *ὑπερβάλλειν . . . ἀναβαίνοι*] Ita Codd. msti excepto Reg. 3. et Clarom., unde editores *ὑπερβ. εἰ μυκήσαιτο τὸ στόμιον ὅτε ἀναβαίνοιεν*. Apud Platonem quoque nunc legitur id, quod in textum recepimus, nisi quod *τὸν φόβον* verbo *ὑπερβάλλειν* adjicitur et *εἰ* ante *μὴ* deest. Quod sequitur *ἀσμενέστατα* Cod. Reg. 1. et 4. firmatur.

14. *μὲν δίκας*] Plato *μὲν δὴ δίκας*.

15. *τὸν περὶ κρίσεως παρὰ*] Cod. Reg. 2. *τὸν περὶ κρ. λόγον παρὰ* etc..

16. *καταλιπόντες*] Cod. Argentor. *καταλείποντες*.

17. *ἐντυχὼν*] Hoc participium ante *ὁ Πλ.* repetitum est in Cod. Argentor..

[1] καὶ αὐτὸς ἐν Αἰγύπτῳ μαθών, τὸν Τιτυὸν ὁμοίως τιμωρεῖσθαι ἔφη. Οὕτω γὰρ ἐν τῇ νεκυομαντείᾳ Ὀδυσσεὺς τῷ Ἀλκινόῳ [2] διηγεῖται λέγων·

[3] Καὶ Τιτυὸν εἶδον, Γαίης ἐρικυδέα υἱόν,
Κείμενον ἐν δαπέδῳ· ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα.
Γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἧπαρ ἔκειρον. E

Ἧπαρ γὰρ οὐ τὴν ψυχήν, ἀλλὰ τὸ σῶμα ἔχειν [4] δηλοῖ. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ Σίσυφον καὶ Τάνταλον μετὰ σώματος τὴν τιμωρίαν ὑπέχειν γέγραφεν. Ὅτι δὲ Ὅμηρος ἐν Αἰγύπτῳ γέγονε καὶ πολλά, ὧν ἐκεῖ μεμάθηκεν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ [5] μετήνεγκε ποίησιν, ἱκανῶς διδάσκει ἡμᾶς [6] Διόδωρος, ὁ τῶν ἱστοριογράφων ἐνδοξότατος. Ἔφη γὰρ αὐτὸν ἐν Αἰγύπτῳ [7] γενόμενον μεμαθηκέναι, ὅτι τὸ

[8] Νηπενθές, ἄχολόν τε κακῶν ἐπίληθες ἁπάντων

φάρμακον, ἡ Ἑλένη λαβοῦσα παρὰ τῆς [9] Θῶνος, γυναικὸς [10] Πολυδάμνας, εἰς τὴν Σπάρτην ἐκόμισε· κἀκείνῳ τῷ φαρμάκῳ ἔφη 27
Ὅμηρος χρησαμένην τὴν Ἑλένην παῦσαι τὸν ἐν τῇ παρουσίᾳ Τηλεμάχου παρὰ Μενελάου γενόμενον θρῆνον. Καὶ χρυσῆν δὲ Ἀφροδίτην ὠνόμασεν ἐκ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ ἱστορίας· ἔγνω γὰρ [11] καὶ τέμενος χρυσῆς [12] Ἀφροδίτης ἐν Αἰγύπτῳ λεγόμενον καὶ [13] πεδίον χρυσῆς Ἀφροδίτης ὀνομαζόμενον. Καὶ τοῦ χάριν [14] τούτων

1. καὶ αὐτὸς ἐν Αἰγ.] Cod. Reg. 2. ἐν Αἰγ. καὶ αὐτός.

2. διηγεῖται λέγων] Ita Ms. Steph. et Codd. msti exceptis Reg. 3. et Clarom., ex quibus ante Maranum διηγεῖσθαι ἔφη editum est.

3. Καὶ... ἔκειρον] Hom. Od. XI. 576.—578.. Cod. Reg. 1. et Argentor. ἴδον pro εἶδον et Vimar., Virgilianam illorum versuum translationem (Aen. VI. 595.) repetens, *omniparentis* pro Homeri ἐρικυδέα.

4. δηλοῖ] Cod. Reg. 4. δῆλον ad marginem.

5. μετήνεγκε] Cod. Reg. 2. et 4. μετέθηκε.

6. Διόδωρος] Cf. Biblioth. histor. I. c. 96.—98. (Opp. ed. Wesseling. Tom. I.) p. 107. sqq.; totus Diodori locus repetitur ab Eusebio Praeparat. evang. X. c. 8. p. 480. sqq. ed. Viger. Colon.

7. γενόμενον] Cod. Reg. 4. γινόμενον.

8. Νηπενθὲς... ἁπάντων] Hom. Od. IV. 221.. Hutchinus τε καὶ κακῶν. Supra vocem ἄχολον in Cod. Reg. 2. legitur ἄλλων τε. Homerus τ' ἄχολόν τε et ἐπίληθον; sed ἐπίληθες etiam Clemens Alex. Protrept. c. 1. §. 2. (Opp. ed. Klotz. Tom. I.) p. 5. tenet. De illo pharmaco vid. Plinii

in Aegypto didicisset, Tityum similiter cruciari dixit. Etenim Ulysses, referens editam sibi apud inferos divinationem, ita narrat Alcinoo:

Et Tityum vidi, Terrae gloriosum filium,
Prostratum in pavimento; hic per novem jacebat jugera.
Vultures ipsi utrinque assistentes jecur fodiebant.

Hepar enim non animae esse, sed corporis perspicuum est. Eodem etiam modo Sisyphum et Tantalum scripsit poenas cum corpore persolvere. Homerum autem in Aegypto versatum et ex his, quae ibi didicerat, multa in suam poesim transtulisse, praeclare docet Diodorus, historiae scriptorum celeberrimus. Ait enim illum in Aegypto didicisse, Helenam, quum a Thonis uxore Polydamna

Nepenthes, suave et malorum omnium oblivionem inducens pharmacum, accepisset, illud Spartam attulisse; atque hoc medicamento usam Helenam narrat Homerus Menelai luctum praesentia Telemachi excitatum sedasse. Auream etiam Venerem appellavit ex iis, quae in Aegypto viderat; noverat enim templum aureae Veneris in Aegypto dictum et campum aureae Veneris appellatum. Curnam autem horum injecta est mentio?

Histor. natur. XXI. 21. sect. 91. et XXV. 2. sect. 5.; coll. Macrob. Saturn. VII. 1..

9. Θῶνος] Ita Cod. Reg. 1. et 2. nec non Homerus l. c. 228., Diodorus et alii, quos affert Wesselingius l. c. p. 109. not. 96.; editi Θεῶνος.

10. Πολυδάμνας] Cod. Argentor. παλυδάμνης, Diodor. Πολυδάμνης.

11. καὶ] Desideratur conjunctio in Cod. Reg. 2. et 4..

12. Ἀφροδίτης] Cod. Reg. 2. temere Ἀφροδίτη.

13. πεδίον] Cod. Reg. 2., 4. et ad marginem Clarom. παιδίον. Nostram vero lectionem firmat etiam Diodorus, ex quo Justinus ista hausit. Ibi (l. c. p. 109. not. 3.) Wesselingius: Homerus, inquit, Venerem Iliad. Γ, 64. χρυσέην cum appellasset, quaesivere tituli ejus caussam Grammatici; quorum alii a formae pulcritudine, suffragante Diodoro IV. 26., alii a campo quodam, aureo dicto, in quo ea templum habuerit et praecipuo honore sit culta, derivarunt: in his Aegyptii nomen sunt professi, et, eos fortasse secuta, *Histiaea* Grammatica, ut scholiorum auctor ad Iliad. Γ, 64. et *Eustath.* p. 384. docuerunt.

14. τούτων] Cod. Reg. 3. et Clarom. τοῦτον. Et sic vulgo.

γέγονε μνήμη νυνί; Ἵνα δείξωμεν τὸν ποιητὴν καὶ [15] τῶν ἀπὸ τῆς θείας τῶν προφητῶν ἱστορίας πολλὰ εἰς τὴν ἑαυτοῦ μεταβαλόντα B ποίησιν· καὶ πρῶτον τῆς κοσμοποιΐας ὑπὸ Μωσέως τὴν εἰρημένην ἀρχήν. Οὕτω γὰρ Μωσῆς γέγραφεν· [16] Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, εἶτα ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἀστέρας. Ταῦτα γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ μαθὼν καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ ἐν τῇ τοῦ κόσμου γενέσει γραφεῖσιν ἀρεσθείς, ἐν τῇ τοῦ Ἀχιλλέως ἀσπίδι τὸν Ἥφαιστον ὥσπερ εἰκόνα τινὰ τῆς κοσμοποιΐας [17] κατασκευάσαι παρεσκεύασεν. Οὕτω γὰρ γέγραφεν·

[18] Ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξ', ἐν δ' οὐρανόν, ἐν δὲ θάλασσαν,
Ἠέλιον τ' ἀκάμαντα, σελήνην τε πλήθουσαν· C
Ἐν [19] δέ τε τείρεα πάντα, τάτ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται.

Καὶ τοῦ παραδείσου δὲ εἰκόνα τὸν Ἀλκινόου κῆπον σώζειν πεποίηκεν, ἀειθαλῆ τε αὐτὸν καὶ καρπῶν πλήρη διὰ τῆς εἰκόνος ἐπιδεικνύς. Οὕτω γὰρ γέγραφεν·

[20] Ἔνθα δὲ δένδρεα μακρὰ πεφύκει τηλεθόωντα,
[21] Ὄγχναι καὶ ῥοιαὶ καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι, D
[22] Συκαῖ τε γλυκεραὶ καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωσαι.
Τάων οὔποτε καρπὸς ἀπόλλυται οὐδ' [23] ἐπιλείπει
Χείματος οὐδὲ [24] θέρους ἐπετήσιος, ἀλλ' ἀεὶ αὔρη
Ζεφυρίη πνείουσα τὰ μὲν φύει, ἄλλα δὲ πέσσει.
Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ.
[25] Αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλή, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ. E
Ἔνθα δὲ οἱ πολύκαρπος ἀλωὴ ἐῤῥίζωται·
Τῆς ἕτερον μὲν θειλόπεδον λευρῷ ἐνὶ χώρῳ
Τέρσεται ἠελίῳ, ἑτέρας δ' ἄρα τε τρυγόωσιν,
Ἄλλας δὲ τραπέουσι, πάροιθε δέ τ' ὄμφακές εἰσιν,

15. τῶν] Cod. Argentor. errore τόν. Pro eo quod sequitur προφητῶν est in Reg. 4. προγόνων, quo illi nomine hoc in libro Justiniano saepe appellantur.

16. Ἐν ἀρχῇ ... γῆν] Genes. I. 1.

17. κατασκευάσαι] Cod. Argentor. κατασκευάσας. Reg. 3., Clarom. et Ms. Steph. κατασκευάσαντα, οὕτω γέγραφεν.

18. Ἐν μὲν ... ἐστεφάνωται] Hom. Il. XVIII. 483.—485.

19. δέ τε] Homeri editiones δὲ τά, sed nostra scriptura Sylburgio monente praeferenda est, praesertim quum eadem reperiatur apud Clementem Alex. Strom. V. c. 14.

Ut demonstremus poetam etiam ex divina prophetarum historia permulta in suam poesim transtulisse; transtulit autem imprimis, quae a Mose de mundi creationis initio dicuntur. Sic enim scripsit Moses: *Principio creavit Deus coelum et terram; deinde solem et lunam et stellas.* Haec Homerus quum in Aegypto didicisset iisque delectaretur, quae a Mose in Genesi sive in libro de mundi creatione scripta sunt, finxit Vulcanum in clypeo Achillis imaginem quamdam mundi creationis descripsisse. Sic enim scripsit:

In eo quidem terram effinxit et coelum et mare,
Solemque indefessum lunamque plenam
Sideraque omnia, quibus coelum coronatum est.

Fecit etiam, ut paradisi imaginem servaret Alcinoi hortus, semper florentem illum ac fructibus refertum hac imagine exhibens. Sic enim scripsit:

Ibi vero arbores procerae crescebant virentes,
Pirus et malus punica et aliae mali, pulchrum fructum ferentes,
Ficusque dulces et oleae virescentes.
Ex iis fructus numqum perit neque deficit
Hieme neque aestate perennis, sed semper aura
Zephyri spirans alia crescere facit, alia maturescere.
Pirus post pirum senescit; malum post malum,
Porro post uvam uva ficusque post ficum.
Ibi autem ei fructuosa vinea radicatur:
Hujus alterum quidem apricum lato in loco
Arescit sole, alias sane vindemiant,
Alias autem calcant, longe autem uvae maturae sunt

§. 102. (Tom. III.) p. 73..

20. Ἔνθα δὲ . . . ὑποπερκάζουσι] Hom. Od. VII. 114.—126..

21. Ὄγχναι] Sic hîc et paulo infra emendavi ope Cod. Reg. 1. et 2.; vulgo ὄχναι.

22. Συκαῖ] Cod. Argentor. συκέαι et mox ἔλεαι; superadditum tamen est αι, ut ἐλαῖαι legatur.

23. ἐπιλείπει] Hom. ἀπολείπει.

24. θέρους] Hom. θέρευς. In eodem versu ἀλλὰ μάλ᾽ αἰεὶ pro ἀλλ᾽ ἀεὶ (Cod. Reg. 1. et 2. αἰεὶ) αὔρη.

25. Αὐτὰρ] Cod. Argentor. ἀτάρ.

Ἄνθος ἀφιεῖσαι, ἕτεραι δ' ὑποπερκάζουσι.

Ταῦτα τὰ ῥήματα οὐ φανερὰν καὶ σαφῆ μίμησιν τῶν ὑπὸ 28
τοῦ πρώτου προφήτου Μωσέως περὶ τοῦ παραδείσου λεχθέντων δηλοῖ; Εἰ δέ τις καὶ [26] εἰς τὴν τοῦ πύργου ποίησιν ἀφορᾶν ἐθέλοι, δι' ἧς οἱ τὸ τηνικαῦτα ἄνδρες τὴν εἰς οὐρανὸν ἄνοδον δύνασθαι κατασκευάζειν ἑαυτοῖς ᾤοντο, εὑρήσει καὶ ταύτην ἱκανὴν δι' ἀλληγορίας μίμησιν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ διά τε Ὤτου καὶ [27] Ἐφιάλτου γινομένην. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ ποιητὴς περὶ αὐτῶν ἔφη·

[28] Οἵ ῥα καὶ ἀθανάτοισιν ἀπειλήτην, ἐν Ὀλύμπῳ
Φυλόπιδα στήσειν πολυάϊκος πολέμοιο·
Ὄσσαν ἐπ' [29] Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ B
Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη.

Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τοῦ ἀπ' οὐρανῶν κατενεχθέντος ἐχθροῦ τῆς ἀνθρωπότητος, ὃν διάβολον αἱ θεῖαι γραφαὶ καλοῦσιν ἀπὸ τῆς πρώτης αὐτοῦ [30] πρὸς τὸν ἄνθρωπον διαβολῆς ταύτης τῆς προσηγορίας τυχόντα, καὶ εἴ τις ἀκριβῶς σκοπεῖν ἐθέλοι, εὕροι ἂν τὸν
ποιητὴν τοῦ μὲν διαβόλου ὀνόματος οὐδαμῶς μεμνημένον, ἐκ δὲ C
τῆς κακίστης αὐτοῦ πράξεως τὴν ὀνομασίαν πεποιημένον· Ἄτην γὰρ αὐτὸν ὁ ποιητὴς ὀνομάζων, ὑπὸ τοῦ κατ' αὐτοὺς θεοῦ καθηρῆσθαι αὐτὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λέγει, ὥσπερ ἀκριβῶς τῶν [31] ὑπὸ Ἠσαΐου τοῦ προφήτου περὶ αὐτοῦ εἰρημένων μεμνημένος ῥητῶν. Οὕτως ἐν τῇ ἑαυτοῦ ποιήσει γέγραφεν·

[32] Αὐτίκα δ' εἷλ' Ἄτην κεφαλῆς λιπαροπλοκάμοιο,
Χωόμενος φρεσὶν ᾗσι, καὶ ὤμοσε καρτερὸν ὅρκον,
Μήποτ' ἐς Οὔλυμπόν τε καὶ οὐρανὸν ἀστερόεντα D
Αὖτις [33] ἐλεύσεσθαι Ἄτην, ἣ πάντας ἀᾶται.
Ὣς εἰπών, ἔῤῥιψεν ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος,
Χειρὶ περιστρέψας· τάχα δ' ἵκετο ἔργ' ἀνθρώπων.

29. Καὶ Πλάτων δὲ μετὰ τὸν θεὸν καὶ τὴν ὕλην τὸ εἶδος τρίτην ἀρχὴν εἶναι λέγων, οὐκ ἄλλοθέν ποθεν, ἀλλὰ παρὰ Μωσέως

26. εἰς... ᾤοντο] Deest praepositio in Cod. Reg. 4.. In Reg. 2. aliorum verborum collocatione exstat ἑαυτοῖς ᾤοντο δύν. κατασκευάζειν. Dubium est, utrum in Cod. Argentor. ἑαυτοῖς an ἑαυτοὺς legendum sit.

27. Ἐφιάλτου] Cod. Argentor. ἐπιάλτου.

28. Οἵ ῥα... εἴη] Hom. Od.

Florem emittentes, nonnullae aliquando maturescunt.

An non haec verba eorum, quae de paradiso a principe prophetarum Mose dicta sunt, claram et apertam imitationem designant? Quod si quis ipsius quoque turris constructionem considerare velit, per quam homines illius aetatis ascensum in coelum sibi communire posse videbantur, id quoque apte a poeta in Oto et Ephialte imitatione per allegoriam expressum reperiet. Sic enim de illis loquitur:

Qui sane immortalibus minabantur, in Olympo
Moturos certamen tumultuosi belli;
Ossam super Olympum conati sunt imponere, porro Ossae
Pelium frondosum, et coelum pervium esset.

Similiter et de praecipitato e coelis humani generis hoste, quem Scripturae divinae diabolum vocant, quod ei nomen ex prima illius adversus hominem calumnia impositum, si quis considerare velit accuratius: reperiet poetam diaboli quidem appellationem non usurpare, sed nomen ei ex pessima illius actione imponere. Noxam enim eum appellans, e coelo ab opinato apud illos Deo praecipitem datum esse dicit, quasi eorum, quae de illo a propheta Jesaia dicta sunt, accurate meminisset. Sic igitur scribit in sua poesi:

Illico corripuit Atem capite nitentibus capillis ornato,
Iratus animo suo, et juravit firmum juramentum,
Numquam in Olympum et coelum stellatum
Redituram Atem, quae omnes infortunio afficit.
Sic fatus, jecit a coelo stellato,
Manu rotans: mox pervenit ad opera hominum.

29. Platonem autem, dum post Deum et materiam tertium principium formam esse pronuntiat, argumentum non aliunde

XI. 313.—316..

29. *Οὐλύμπῳ*] Cod. Argentor. *Ὀλύμπῳ*.

30. *πρὸς τὸν ἄνθρ.*] Cod. Reg. 4. *περὶ τὸν ἄνθρ.*.

31. *ὑπὸ Ἡσαΐου*] Coll. Jesai. XIV. 12..

32. *Αὐτίκα . . . ἀνθρώπων*] Hom. Il. XIX. 126.—131..

33. *ἐλεύσεσθαι*] Ita legendum esse pro *ἐλέσθαι*, quod est in Codd. mstis, metrum arguit.

τὴν πρόφασιν εἰληφὼς φαίνεται, τὸ μὲν τοῦ εἴδους ὄνομα ἀπὸ E
τῶν Μωσέως [1] μεμαθηκὼς ῥητῶν, οὐ διδαχθεὶς δὲ τηνικαῦτα
παρὰ τῶν εἰδότων, ὅτι οὐδὲν ἐκτὸς μυστικῆς θεωρίας τῶν ὑπὸ
Μωσέως εἰρημένων σαφῶς γινώσκειν ἐστὶ δυνατόν. Γέγραφε γὰρ
Μωσῆς ὡς τοῦ θεοῦ περὶ τῆς σκηνῆς πρὸς αὐτὸν εἰρηκότος [2] οὕ-
τως· [3] Καὶ ποιήσεις μοι κατὰ πάντα, ὅσα ἐγὼ δεικνύω σοι ἐν 29
τῷ ὄρει, τὸ παράδειγμα τῆς σκηνῆς. Καὶ πάλιν· Καὶ ἀναστή-
σεις τὴν σκηνὴν [4] κατὰ τὸ παράδειγμα πάντων τῶν σκευῶν αὐτῆς,
[5] καὶ οὕτω ποιήσεις. Καὶ αὖθις μικρὸν [6] ὕστερον οὕτως· Ὅρα,
ποιήσεις κατὰ τὸν τύπον τὸν δεδειγμένον σοι ἐν τῷ ὄρει. [7] Τού-
τοις οὖν ἐντυχὼν ὁ Πλάτων καὶ οὐ μετὰ τῆς προσηκούσης θεω-
ρίας δεξάμενος τὰ γεγραμμένα ῥητά, ᾠήθη εἶδός τι χωριστὸν
προϋπάρχειν τοῦ αἰσθητοῦ, ὃ καὶ παράδειγμα τῶν γενομένων ὀνο- B
μάζει πολλάκις, ἐπειδὴ τὸ Μωσέως οὕτω περὶ τῆς σκηνῆς σημαί-
νει γράμμα· Κατὰ τὸ εἶδος τὸ δειχθέν σοι ἐν τῷ ὄρει οὕτω ποιή-
σεις αὐτό.

30. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τοῦ ἀν-
θρώπου σφαλεὶς φαίνεται· καὶ τούτων γὰρ ἰδέας εἶναι οἴεται.
Ἐπειδὴ γὰρ Μωσῆς οὕτω γέγραφεν· [1] Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς
τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, εἶτα παρ' αὐτὰ συνάπτει λέγων· Ἡ δὲ
γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, [2] ᾠήθη ὅτι ταύτην μὲν περὶ
ἧς ἔφη· Ἡ δὲ γῆ ἦν, τὴν προϋπάρχουσαν εἰρῆσθαι γῆν, ἐπειδὴ
Μωσῆς ἔφη· Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, ταύτην C
δὲ περὶ ἧς λέγει· Ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν,
ᾠήθη ταύτην λέγειν αὐτὸν τὴν κατὰ [3] τὸ προϋπάρχον εἶδος ὑπὸ

1. *μεμαθηκὼς ῥητῶν*] Cod. Reg. 3., Clarom. et Ms. Steph. *διδαχθεὶς ῥητῶν*. Mox in Cod. Argentor. *τηνικαῦτα* post *εἰδότων* collocatum est.

2. *οὕτως· Καὶ ποιήσεις*] Cod. Reg. 4. et Ms. Pici *Οὕτως δὲ ποιήσεις*.

3. *Καὶ ποιήσεις ... τῷ ὄρει*] Exod. XXV. 9., 40. coll. XXVI. 30..

4. *κατὰ*] Cod. Argentor. *καὶ κατά*.

5. *καὶ οὕτω ποιήσεις*] Desunt haec verba in Cod. Reg. 4. et in Ms. Pici.

6. *ὕστερον ... ποιήσεις*] Ita recte Cod. Reg. 1., 2. et Ms. Steph.; vulgo *ὕστερον· Οὕτως ἄρα ποιήσεις*. Multum sane peccarunt librarii in locis biblicis afferendis.

7. *Τούτοις οὖν* etc.] Dum Marano recte monente Platonem S. Martyr existimat suam de mundi exemplari sententiam ex his, quae

accepisse patet, quam a Mose, cujus quidem ex dictis nomen formae didicit, tunc non edoctus a peritis, nihil ex his, quae a Mose dicta sunt, sine arcana contemplatione clare cognosci posse. Scripsit enim Moses sic Deum sibi de tabernaculo mandasse: *Et facies mihi secundum omnia, quaecumque tibi monstro in monte, exemplar tabernaculi.* Et rursum: *Et eriges tabernaculum secundum exemplar omnium vasorum ejus atque ita facies.* Et rursus paulo post sic: *Vide, facies secundum typum et figuram, quae tibi in monte monstrata est.* Quae quum legisset Plato nec qua par erat contemplatione scripta illa verba excepisset, existimavit formam ante id, quod sensibus subjectum est, separatim exsistere, quam quidem etiam exemplar eorum, quae facta sunt, saepenumero vocat, quia Moses de tabernaculo ita scripsit: *Secundum formam tibi in monte monstratam ita facies illud.*

30. Similiter et de terra et de coelo et de hominis creatione hallucinatum patet; nam et horum ideas esse opinatur. Quoniam enim Moses ita scripsit: *Principio fecit Deus coelum et terram,* ac deinde statim subjungit: *Terra autem erat invisibilis et incomposita,* existimavit his quidem verbis: *Terra autem erat,* praeexsistentem terram designari, quia Moses dixerat: *Terra autem erat invisibilis et incomposita,* istis autem: *Fecit Deus coelum et terram,* eam putavit significari, quae sensibilis a Deo secundum praeexsistens exemplar est

de tabernaculi exemplari dicuntur in Scriptura, deduxisse, videtur idem quod multi alii sensisse: tabernaculum mundi imaginem esse ac proinde ideas illius tabernaculi ideas mundi fuisse. Qua in re praeiverant Justino aliisque post eum patribus Philo de vita Mosis III. c. 3. sqq. (Opp. ed. Richter. Tom. IV.) p. 201. sqq., Quaest. in Exod. II. c. 82. (Tom. VII.) p. 329. et Josephus Antiqq. jud. III. c. 7. §. 7. (Opp. ed. Richter. Tom. I.) p. 49..

1. *Ἐν ἀρχῇ . . . ἀκατασκεύαστος*] Genes. I. 1. sq..

2. *φήθη ὅτι*] Maranus omittit ὅτι Codd. mstis probatum.

3. *τὸ προϋπάρχον*] Deest articulus in Cod. Reg. 4.. Jam Philo, cujus verba Eusebius Praeparat. evang. XI. c. 23. p. 546. sqq. transscripsit, terram invisibilem de ideis interpretatus erat.

τοῦ θεοῦ γενομένην αἰσθητήν. Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τοῦ γενομένου οὐρανοῦ· τὸν [4] μὲν πεποιημένον οὐρανόν, ὃν καὶ στερέωμα ὠνόμασε, τοῦτον εἶναι τὸν γενόμενον αἰσθητόν, ἕτερον δὲ εἶναι τὸν νοητόν, περὶ οὗ ὁ προφήτης ἔφη· [5] Ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ τῷ κυρίῳ, τὴν δὲ γῆν ἔδωκε τοῖς υἱοῖς [6] τῶν ἀνθρώπων. Καὶ D
περὶ ἀνθρώπου δὲ ὁμοίως· πρότερον μὲν ὀνόματος ἀνθρώπου [7] μέμνηται Μωσῆς, εἶτα μετὰ τὰ πολλὰ τῶν κτισμάτων περὶ πλάσεως ἀνθρώπου πεποίηται μνήμην, οὕτω λέγων· [8] Καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς. Ὠιήθη γοῦν τὸν μὲν πρότερον ὀνομασθέντα ἄνθρωπον προϋπάρχειν τοῦ γενομένου, τὸν δὲ ἐκ τῆς γῆς πλασθέντα ὕστερον κατὰ τὸ προϋπάρχον εἶδος γεγενῆσθαι. Ὅτι δὲ ἐκ γῆς ἄνθρωπος πέπλασται, καὶ Ὅμηρος ἀπὸ E
τῆς παλαιᾶς καὶ θείας ἱστορίας μαθὼν τῆς λεγούσης· [9] Γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, τὸ ἄψυχον τοῦ Ἕκτορος σῶμα κωφὴν ὀνομάζει γῆν. Ἔφη γάρ που κατὰ τοῦ Ἀχιλλέως μετὰ θάνατον [10] τὸ τοῦ Ἕκτορος σύροντος σῶμα·

[11] Κωφὴν γὰρ δὴ γαῖαν ἀϊκίζεις μενεαίνων.

Καὶ αὖθις ἀλλαχοῦ που τὸν Μενέλαον λέγοντα τοῖς μὴ ἑτοίμως 30
δεξαμένοις τὸν τοῦ Ἕκτορος περὶ τῆς μονομαχίας [12] πρόσκλησιν·

[13] Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε!

δι' ὑπερβάλλουσαν ὀργὴν [14] εἰς τὴν ἀρχαίαν αὐτοὺς ἐκ γῆς ἀναλύων πλάσιν. Ταῦτα ἀπὸ τῶν ἀρχαίων ἱστοριῶν ἐν Αἰγύπτῳ μεμαθηκότες Ὅμηρος καὶ Πλάτων ἐν τοῖς ἑαυτῶν γεγράφασι λόγοις.

31. Ἐπεὶ πόθεν ἄλλοθεν μεμαθηκὼς ὁ Πλάτων πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνειν τὸν Δία ἐν οὐρανῷ λέγει, εἰ μὴ ταῖς τῶν προφητῶν B

4. μὲν] Non est in Cod. Argentor..

5. Ὁ οὐρανὸς ... ἀνθρώπων] Psalm. CXV. 16..

6. τῶν] Deest in Cod. Argentor..

7. μέμν. Μωσ.] Coll. Genes. I. 26..

8. Καὶ ... γῆς] Genes. II. 7.. In editis post γῆς additur λαβών, quod propterea ejiciendum censeo, quod non agnoscitur ab antiquissimo Cod. Reg. 1.. Additamentum illud si cui probaretur, ponendum sane esset post χοῦν, quemadmodum exstat in Reg. 2., 4., Argentor. et Ms. Pici. Ceterum discrimen illud, quod Plato ex Justini opinione inter Genes. I. 26. et II. 7. interposuit, jam Philo docuerat de mundi opific. c. 46. (Opp. ed. Richter. Tom. I.) p. 43. sq. et Leg. allegor. II. c. 4. p. 95.

creata. Similiter et de creato coelo; coelum quidem factum, quod a Mose etiam firmamentum vocatur, ipsum illud esse existimavit, quod sensibile creatum est, sed aliud esse illud mente informatum, de quo propheta dicit: *Coelum coeli domino, terram autem dedit filiis hominum.* Sic etiam de homine; hominis nomen primo commemorat Moses, deinde post multas res creatas sic de hominis formatione mentionem facit: *Et fecit Deus hominem pulvere a terra sumto.* Existimavit igitur hominem, qui prius nominatus est, ante eum, qui factus est, exsistere, eum vero, qui postea ex terra factus est, secundum praeexsistentem formam factum esse. Quod autem homo ex terra formatus est, id etiam Homerus et antiqua et divina historia quum cognovisset ita dicente: *Terra es et in terram reverteris,* exanimum Hectoris corpus surdam terram appellat. Alicubi enim in Achillem Hectoris mortui corpus raptantem haec dicit:

Mutam enim terram contumelia afficis furens.

Et rursus alibi Menelaus ad eos dicentem inducit, qui Hectoris provocationem ad singulare certamen minus alacriter acceperant:

Sed vos quidem omnes aqua et terra fiatis!

prae irae magnitudine in antiquam eos ex terra originem resolvens. Haec in Aegypto ex vetustis historiis percepta Homerus et Plato in suis libris scripserunt.

31. Quod enim ait Plato Jovem in coelo volucrem currum agere, id quo alio ex fonte didicit, nisi propheticas legens hi-

9. *Γῆ ... ἀπελεύσῃ*] Genes. III. 19..

10. *τὸ τοῦ*] Cod. Reg. 4. mendose *τὸν τοῦ*.

11. *Κωφὴν ... μενεαίνων*] Hom. Il. XXIV. 54.. Pro *ἀϊκίζεις*, quod Cod. Reg. 1., Argentor. et Ms. Pici firmatur, vulgo legitur *ἀεικίζειν*. Cod. Vimar. *saevit* (ex Homero: *ἀεικίζει*).

12. *πρόσκλησιν*] Maranus ex Cod. Reg. 3. et Clarom. *πρόκλησιν*. Et sic Ms. Steph..

13. *Ἀλλ' ... γένοισθε*] Hom. Il. VII. 99.. Cod. Reg. 4. *γένησθε*.

14. *εἰς τὴν ἀρχαίαν*] Additur in editis *καὶ προτέραν*, quae verba non exstant in Cod. Reg. 1., 2., 4., Argentor. et Ms. Pici.

ἐντυχὼν ἱστορίαις; Ἔγνω γὰρ ἀπὸ τῶν τοῦ προφήτου ῥητῶν περὶ
τῶν Χερουβὶμ οὕτως [1] εἰρημένον· [2] Καὶ ἐξῆλθε δόξα κυρίου ἀπὸ
τοῦ οἴκου καὶ ἐπέβη ἐπὶ [3] Χερουβίμ, καὶ ἀνέλαβε τὰ Χερουβὶμ τὰς
πτέρυγας αὐτῶν καὶ οἱ τροχοὶ ἐχόμενοι αὐτῶν, καὶ δόξα κυρίου
θεοῦ Ἰσραὴλ ἦν ἐπ' αὐτοῖς ὑπεράνωθεν. Ἔνθεν ὁρμώμενος ὁ με-
γαλόφωνος Πλάτων μετὰ πολλῆς παῤῥησίας βοᾷ λέγων· [4] Ὁ μὲν C
δὴ μέγας ἐν οὐρανῷ Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων. Ἐπεὶ πόθεν
ἄλλοθεν μεμαθηκὼς ταῦτα ἔγραψεν, εἰ μὴ παρὰ Μωσέως καὶ τῶν
προφητῶν; Πόθεν δὲ τὴν πρόφασιν εἰληφὼς καὶ ἐν τῇ πυρώδει
οὐσίᾳ τὸν θεὸν εἶναι ἔφη; Οὐκ ἀπὸ τῆς τρίτης τῶν βασιλειῶν
ἱστορίας; Ἔνθα γέγραπται· [5] Οὐκ ἐν τῷ πνεύματι κύριος καὶ
μετὰ τὸ πνεῦμα συσσεισμός, οὐκ ἐν τῷ συσσεισμῷ κύριος καὶ μετὰ D
τὸν συσσεισμὸν πῦρ, οὐκ ἐν τῷ πυρὶ κύριος καὶ μετὰ τὸ πῦρ
φωνὴ αὔρας λεπτῆς. Ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν κατ' ἀναγωγὴν μετὰ πολλῆς
θεωρίας τοῖς θεοσεβέσι νοεῖν ἀναγκαῖον· Πλάτων δὲ οὐ μετὰ τῆς
προσηκούσης θεωρίας προσέχων τοῖς ῥητοῖς, ἐν τῇ πυρώδει οὐ-
σίᾳ τὸν θεὸν εἶναι ἔφη.

32. Εἰ δέ τις καὶ περὶ τῆς ἄνωθεν παρὰ θεοῦ κατιούσης
ἐπὶ τοὺς ἁγίους ἄνδρας δωρεᾶς, ἣν πνεῦμα ἅγιον ὀνομάζουσιν E
οἱ ἱεροὶ προφῆται, ἀκριβῶς σκοπεῖν ἐθέλοι, εὕροι ἂν καὶ ταύτην
ὑπὸ Πλάτωνος ἐν τῷ πρὸς Μένωνα λόγῳ δι' ἑτέρου ὀνόματος κη-
ρυττομένην· δεδιὼς γὰρ τὴν τοῦ θεοῦ δωρεὰν πνεῦμα ἅγιον ὀνο-
μάζειν, ἵνα μὴ δόξῃ τῇ τῶν προφητῶν ἑπόμενος διδασκαλίᾳ
ἐχθρὸς Ἑλλήνων εἶναι, τὸ μὲν ἄνωθεν αὐτὸ παρὰ θεοῦ κατιέναι
ὁμολογεῖ, οὐ μὴν πνεῦμα ἅγιον, ἀλλ' ἀρετὴν ὀνομάζειν αὐτὸ
ἠξίου. Οὕτω γὰρ πρὸς τὸν Μένωνα ἐν τῷ περὶ ἀναμνήσεως λό-
γῳ, πολλὰ πρότερον περὶ τῆς ἀρετῆς ζητήσας, πότερόν ποτε δι- 31
δακτὸν ἡ ἀρετὴ ἢ οὐ διδακτόν, ἀλλ' ἀσκητόν, ἢ οὔτε ἀσκητὸν
οὔτε μαθητόν, ἀλλὰ φύσει παραγινόμενον τοῖς ἀνθρώποις ἢ ἄλλῳ
τινὶ τρόπῳ, [1] ὕστερον αὐταῖς λέξεσιν οὕτως ἀποφαίνεται λέγων·
[2] Εἰ δὲ νῦν ἡμεῖς ἐν παντὶ τῷ λόγῳ [3] τούτῳ καλῶς ἐξητήσαμέν τε

1. εἰρημένον] Ita codices. Maranus εἰρημένων.

2. Καὶ . . . ὑπεράνωθεν] Ezech. X. 18. sq..

3. Χερουβίμ] Cod. Reg. 1. χερουβείμ.

4. Ὁ μὲν . . . ἐλαύνων] Cf. Plat. Phaedrus p. 246. E. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. X. p. 321.). Post μέ-

storias? Cognovit enim ex prophetae dictis de Cherubim ita memoriae mandatum: *Et exivit e domo gloria Domini et ascendit super Cherubim, et elevaverunt Cherubim alas suas et rotae cum eis, et gloria Dei Israelis erat super eos desursum.* Inde incitatus vocalis ille Plato summa cum libertate clamat: *Magnus in coelo Jupiter volucrem currum agens.* Unde enim edoctus haec scripsit, nisi a Mose et prophetis? Unde accepta occasione Deum in ignea substantia esse dixit? Nonne ex tertio libro Regnorum? Ibi scriptum est: *Non in spiritu Dominus et post spiritum commotio, non in commotione Dominus et post commotionem ignis, non in igne Dominus et post ignem vox aurae tenuis.* Sed haec secundum anagogen multa animi inquisitione pios percipere oportet; Plato autem non ea qua decebat contemplatione animum intendens, in ignea substantia Deum esse dixit.

32. Quodsi quis et de dono sursum a Deo in homines sanctos delabente, quod sacri prophetae Spiritum sanctum appellant, rationem accurate inire velit, reperiet illud quoque a Platone in Menone sub alio nomine praedicatum; veritus enim Dei donum appellare Spiritum sanctum, ne prophetarum doctrinam sequens inimico esse in Graecos animo videretur, sursum quidem fatetur illud a Deo delabi, non tamen Spiritum sanctum, sed virtutem appellandum esse censuit. In illo enim de reminiscentia cum Menone dialogo, postquam multa quaesivit de virtute, utrum doceri possit an non doceri, sed usu et exercitatione comparetur, vel utrum nec experientia nec usu, sed natura hominibus eveniat vel alio quodam modo, postea totidem verbis sic pronuntiat: *Nunc autem si in hoc omni sermone*

γας apud Platonem ἡγεμὼν inseritur.

5. *Οὐκ ἐν ... λεπτῆς*] 1. Regg. XIX. 11. sq..

1. ὕστερον] Hanc vocem, antecedenti πρότερον et sequenti πρὸς τῷ τέλει bene respondentem, Justinianae sermonis consuetudini (c. 15. p. 15. C., c. 17. p. 17. C. al.) accommodatam, Cod. Reg. 1., 3., Clarom., Argentor., Vimar. et Ms. Pici firmatam, male expunxit Maranus.

2. *Εἰ δὲ ... παραγίνηται*] Cf. Plat. Meno p. 99. E. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. IV. p. 389.).

3. τούτῳ] Deest in Cod. Reg. 4..

καὶ [4] ἐλέγομεν, ἀρετὴ ἂν εἴη οὔτε φύσει οὔτε [5] διδακτόν, ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ [6] παραγινομένη ἄνευ νοῦ, οἷς ἂν παραγίνηται. Ταῦτα, οἶμαι, σαφῶς παρὰ τῶν προφητῶν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος B
μεμαθηκὼς Πλάτων, εἰς τὸ τῆς ἀρετῆς ὄνομα μεταφέρων φαίνεται· ὁμοίως γὰρ ὥσπερ οἱ ἱεροὶ προφῆται τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα εἰς ἑπτὰ πνεύματα μερίζεσθαι φασίν, οὕτω καὶ αὐτὸς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὀνομάζων ἀρετήν, ταύτην εἰς [7] τέσσαρας ἀρετὰς μερίζεσθαι λέγει, τοῦ μὲν ἁγίου πνεύματος οὐδαμῶς μνημονεύειν ἐθέλων, διὰ δέ τινος ἀλληγορίας τὰ ὑπὸ τῶν προφητῶν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰρημένα ἀπαγγέλλων σαφῶς. Οὕτω γὰρ πρὸς τῷ τέλει C
τοῦ λόγου πρὸς τὸν Μένωνα ἔφη· [8] Ἐκ μὲν τοίνυν τούτου τοῦ λογισμοῦ, ὦ Μένων, θείᾳ μοίρᾳ [9] φαίνεται ἡμῖν παραγινομένη ἡ ἀρετή, [10] οἷς ἂν παραγίνηται· τὸ δὲ σαφὲς παρ᾽ αὐτοῦ εἰσόμεθα [11] τοῦτο, ὁποίῳ τινὶ τρόπῳ τοῖς ἀνθρώποις παραγίνεται ἡ ἀρετή, ὅταν πρότερον ἐπιχειρήσωμεν αὐτὸ κατ᾽ [12] αὐτὸ ζητεῖν, τί ποτ᾽ ἐστὶν ἀρετή. Ὁρᾶτε ὅπως τὴν ἄνωθεν κατιοῦσαν δωρεὰν ἀρετὴν μόνον ὀνομάζει· ἔτι δὲ ζητήσεως ἄξιον εἶναι νομίζει, πό- D
τερόν ποτε ἀρετήν, ἢ ἕτερόν τι αὐτὸ ὀνομάζεσθαι προσήκει, δεδιὼς αὐτὸ φανερῶς ἅγιον ὀνομάζειν πνεῦμα, ἵνα μὴ δόξῃ τῇ τῶν προφητῶν ἕπεσθαι διδασκαλίᾳ.

33. Πόθεν δὲ μαθὼν ὁ Πλάτων τὸν χρόνον μετ᾽ οὐρανοῦ γεγενῆσθαι ἔγνω; Οὕτω γὰρ γέγραφε· [1] Χρόνος δ᾽ οὖν μετ᾽ οὐρανοῦ γέγονεν, ἵνα ἅμα [2] γενόμενοι ἅμα καὶ λυθῶσιν, ἄν ποτε E
[3] λύσις αὐτῶν γένηται. Οὐχὶ καὶ τοῦτο ἀπὸ τῆς θείας Μωσέως ἱστορίας μεμαθηκώς; Ἔγνω γάρ, ὅτι ἡ τοῦ χρόνου γένεσις ἔκ τε

4. ἐλέγομεν] Ita Cod. Reg. 1., 2., Argentor. et ipse Plato. Editi λέγομεν.

5. διδακτόν] Cod. Argentor. διδακτή.

6. παραγινομένη ἄνευ νοῦ] Morellus cum Lango interprete perperam παραγ. οὐκ ἄ. νοῦ. Plato παραγιγνομένη et mox παραγίγνηται.

7. τέσσαρας ἀρετὰς] Cod. Reg. 2. ἀρ. τέσσαρας. Ceterum respicit Martyr Jesai. XI. 2. coll. 1. Corinth. XII. 7.—10..

8. Ἐκ μὲν ... ἀρετή] Cf. Plato l. c. p. 100. B. (p. 390.).

9. φαίν. ἡμῖν παραγ.] Plato ἡμῖν φαίν. παραγιγνομένη. Articulus ante ἀρετὴ deest in Cod. Argentor..

10. οἷς ἂν παραγίνηται] Plato οἷς παραγίνεται. Mox melius περὶ αὐτοῦ pro παρ᾽ αὐτοῦ.

11. τοῦτο, ὁποίῳ] Plato τότε,

recte quaesivimus et disseruimus, virtus profecto nec natura nec doctrina, sed divina sorte evenit sine scientia iis, quibus evenit. Haec mea quidem sententia, quum clare a prophetis de Spiritu sancto didicisset Plato, in virtutis nomen videtur transtulisse; quemadmodum enim unum et eumdem Spiritum sacri prophetae in septem spiritus dividi dicunt, ita et ipse unam et eamdem virtutem appellans, in quatuor eam virtutes dividi pronuntiat, sancti quidem Spiritus nusquam meminisse volens, sed quae a prophetis dicta fuerant de Spiritu sancto, ea per quamdam allegoriam aperte praedicans. Sic enim sub finem Menonis ait: *Ex hac igitur ratiocinatione, Meno, videtur nobis divina sorte virtus iis evenire, quibus evenit; illud autem ex eo clare perspiciemus, quomodo virtus hominibus eveniat, si prius hoc ipsum instituerimus per se quaerere, quid sit tandem ipsa virtus.* Videtis quomodo sursum adveniens donum virtutem tantummodo appellet; ac illud etiam inquisitione dignum esse censet, utrum virtutem an aliud quidpiam deceat hoc donum appellari, veritus illud aperte Spiritum sanctum appellare, ne prophetarum doctrinam sectari videretur.

33. Unde autem edoctus Plato tempus cum coelo creatum esse cognovit? Sic enim scripsit: *Tempus ergo cum coelo creatum est, ut simul creata simul dissolvantur, si quando eorum eveniat dissolutio.* Nonne etiam hoc ex divina Mosis historia cognovit? Noverat enim temporis creationem ex diebus

ὅταν πρὶν φ. Neque apud eumdem *ὅταν* ante *πρότερον* legitur.

12. *αὐτὸ*] Cod. Argentor. *ἑαυτό*. Maranus male *αὐτό*. Perionius totum hunc locum apud utrumque scriptorem ita restitui vult: *τὸ δὲ σαφὲς περὶ αὐτοῦ, ὁποίῳ τινὶ τρόπῳ τοῖς ἀνθρώποις παραγίγνεται ἡ ἀρετή, εἰσόμεθα τότε, ὅταν πρότερον ἐπιχειρήσωμεν αὐτὸ καθ' αὐτὸ ζητεῖν, τί ποτ' ἐστὶν ἀρετή.*

1. *Χρόνος ... γένηται*] Cf. Plat. Timaeus p. 38. B. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. IX. p. 318.).

2. *γενόμενοι*] Plato *γεννηθέντες*.

3. *λ. αὐτ. γένηται. Ο. καὶ*] Plato *λ. τις*. Cod. Reg. 3. et Clarom. *γίγνηται*. *Ο. δὲ* et sic editi quoque.

ἡμερῶν καὶ μηνῶν καὶ ἐνιαυτῶν τὴν ἀρχὴν τῆς συστάσεως εἴληφεν. [4] Ὡς οὖν τῆς πρώτης ἡμέρας, τῆς [5] μετ' οὐρανοῦ γενομένης, ἀρχὴν τοῦ παντὸς χρόνου παρεσχηκυίας (οὕτω γὰρ Μωσῆς γέγραφεν· Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· εἶτα παρ' αὐτὰ συνάπτει λέγων· Καὶ ἐγίνετο ἡμέρα μία, ὡς ἀπὸ μέρους τὸν πάντα σημαίνων χρόνον), [6] ὁ Πλάτων τὴν ἡμέραν ὀνομάζει χρόνον, 32
ἵνα μὴ δόξῃ ἡμέρας μεμνημένος, ὡς πάντῃ τοῖς Μωσέως ἑπόμενος ῥητοῖς, παρ' Ἀθηναίοις κατηγορεῖσθαι. Πόθεν δὲ καὶ περὶ λύσεως οὐρανοῦ φαντασθεὶς οὕτω γέγραφεν; Οὐχὶ καὶ τοῦτο παρὰ τῶν ἱερῶν προφητῶν μεμαθηκὼς καὶ οὕτως εἰρῆσθαι [7] ὑπ' αὐτῶν νομίσας;

34. Εἰ δὲ καὶ τὸν περὶ τῶν ἀγαλμάτων τὶς ἐξετάζοι λόγον, πόθεν ὁρμώμενοι οἱ πρῶτοι τοὺς θεοὺς ὑμῶν κατασκευάσαντες B
ἀνθρώπων μορφὰς ἔχειν αὐτοὺς διέγνωσαν, εὑρήσει καὶ τοῦτο ἀπὸ τῆς θείας ἱστορίας [1] αὐτοὺς μεμαθηκότας. Τῆς γὰρ Μωσέως ἱστορίας ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ λεγούσης· [2] Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ ὁμοίωσιν, ὡς οὕτως εἰρῆσθαι τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὴν μορφὴν ἐοικότων τῷ θεῷ, οὕτω κατασκευάζειν τοὺς θεοὺς αὐτῶν ἤρξαντο, ἐκ τοῦ ὁμοίου τὸ ὅμοιον δημιουργεῖν οἰόμενοι. [3] Τοῦ χάριν μνημονεῦσαι τούτων νυνὶ προήχθην, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες; Ἵνα γνῶτε [4] ὅτι τὴν ἀληθῆ θεοσέβειαν οὐ C
δυνατὸν παρὰ τούτων μανθάνειν τῶν μηδ' ἐν οἷς ὑπὸ τῶν ἔξωθεν ἐθαυμάσθησαν ἴδιόν τι γράψαι δυνηθέντων, ἀλλὰ [5] διά τινος ἐκείνης ἀλληγορίας ὑπὸ Μωσέως καὶ τῶν λοιπῶν προφητῶν ἐν τοῖς ἑαυτῶν συγγράμμασιν ἀπηγγελκότων.

4. Ὡς οὖν] Cod. Reg. 2. ὁ οὖν.

5. μετ' οὐρανοῦ] Ita emendavit Maranus Cod. Reg. 4. auxilio; etiam paulo ante ita legitur. Vulgo μ. οὐρανόν.

6. ὁ Πλάτων] Vulgo ὡς ἀπὸ μέρους ὁ Πλάτων τὸν π. σημ. χρ. τὴν ἡμ. etc.; quibus in verbis magnum inesse vitium jam Maranus vidit: non enim ex Justini sententia Plato sed Moses ex parte (h. e. ex die) totum tempus designavit. Itaque non dubitavi vocem ὁ Πλάτων post σημ. χρόνον collocare vel tota natione librariorum repugnante.

7. ὑπ' αὐτῶν] Ita scribo cum Cod. Reg. 1., 2., 4. et Argentor..

1. αὐτοὺς] Hoc restitui ex Cod. Reg. 1. et Argentor..

2. Ποιήσωμεν . . . ὁμοίωσιν] Genes. I. 26.. Ante ὁμοίωσιν positum est in Cod. Argentor. a librario καθ'; sed etiam Dial. c. Tr. c. 62. p. 285. B. non reperitur.

3. Τοῦ χάριν] Perionius mavult legere οὗ vel τίνος χάριν.

4. ὅτι] Deest in Cod. Argentor..

5. διὰ . . . Μωσέως] Locum vi-

et mensibus et annis initium constitutionis accepisse. Igitur quum primus ille simul cum coelo conditus dies initium omnis temporis praestiterit (sic enim scripsit Moses: *Principio fecit Deus coelum et terram;* ac deinceps ita subjungit: *Et factus est dies unus*, tamquam ex parte totum tempus designans) Plato diem tempus appellat, ne mentionem diei faciens tamquam omnino Mosis verborum sectator apud Athenienses accusandus videretur. Unde autem et de coeli dissolutione informatus ita scripsit? Nonne et id quoque a sacris prophetis edoctus atque illos ita loquutos esse ratus?

34. Si quis et de statuis rationem ineat, unde accepta ansa primi deorum vestrorum fabricatores humana illos forma praeditos judicaverint, id quoque illos reperiet ex divina historia didicisse. Nam quum Mosis historia ex persona Dei dicat: *Faciamus hominem secundum imaginem nostram et similitudinem,* quasi dictum esset homines Deo forma similes esse, ita deos suos effingere coeperunt, simile ex simili sese exprimere arbitrati. Sed quam ob causam adductus sum, ut haec commemorarem, Graeci? Ut intelligatis veram religionem ex istis disci non posse, qui, quibus rebus admirationem sibi apud homines a nostra religione alienos concitarunt, ne in iis quidem proprie quidquam scribere potuere, sed per quamdam allegoriam, quae a Mose et ceteris prophetis dicta sunt, ea in suis scriptis praedicarunt.

tiosum esse nemo non videt. Quare Sylburgius pro *ἐκείνης* legendum putat *εἰκαίας* aut (quod vero videtur similius) *εἰκόνος*, quod *ἐξηγητικῶς* primum nomini *ἀλληγορίας* adscriptum, deinde perperam a librariis in contextum inculcatum sit; pro *ὑπὸ* autem reponendum censet *τὰ τοῦ*. Grabio potius *ἐκείνης* prorsus expungendum et cum *ὑπὸ Μωσέως* participium, quod *prolatum* vel simile quid significet, subintelligendum videtur. Maranus tantummodo *ὑπὸ* in *ἀπὸ* vult mutari. Ex mea qualicunque sententia, ut sensus et structura constet, videtur sic emendandum esse: *διά τινος ἀλληγορίας τὰ ὑπὸ Μωσέώς καὶ τῶν λοιπῶν προφητῶν εἰρημένα ἐν τοῖς — ἀπηγγελκότων*, id quod maxime convenit dictioni Martyris; etenim, ut exemplum afferam, paulo ante (c. 32. p. 31. B.) in simili causa iisdem fere verbis pronuntiavit: *διὰ δέ τινος ἀλληγορίας τὰ ὑπὸ τῶν προφητῶν — εἰρημένα ἀπαγγέλλων.* Ceterum Cod. Vimar. habet: *sed id omne verbis oratione-*

35. Καιρὸς οὖν ἥκει νῦν, πεισθέντας ὑμᾶς, [1] ὦ ἄνδρες Ἕλ-
ληνες, ἀπὸ τῶν ἔξωθεν ἱστοριῶν, ὅτι πολλῷ πρεσβύτατος Μωσῆς
καὶ οἱ λοιποὶ προφῆται γεγόνασι πάντων τῶν παρ' ὑμῖν σοφῶν D
γεγενῆσθαι νομισθέντων, τῆς παλαιᾶς μὲν ὑμᾶς τῶν προγόνων
ἀποστῆναι πλάνης, ἐντυχεῖν δὲ ταῖς θείαις τῶν προφητῶν ἱστο-
ρίαις καὶ γνῶναι παρ' αὐτῶν τὴν ἀληθῆ θεοσέβειαν, οὐ λόγων
ὑμῖν [2] ἀπαγγελλόντων τέχνας, οὐδὲ πιθανῶς καὶ πιστευτικῶς λε-
γόντων (τοῦτο γὰρ ἴδιον τῶν τὴν ἀλήθειαν κλέπτειν ἐθελόντων),
ἀλλ' ἁπλῶς τοῖς [3] ἐπιτυχοῦσιν ὀνόμασί τε καὶ ῥήμασι χρωμένων
[4] καὶ ταῦθ' ὑμῖν ἀπαγγελλόντων, ἃ τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτοὺς κατελθὸν E
πνεῦμα τοὺς τὴν ἀληθῆ θεοσέβειαν μανθάνειν βουλομένους δι'
αὐτῶν διδάσκειν προῄρηται. Πᾶσαν οὖν αἰδῶ καὶ παλαιὰν ἀν-
θρώπων πλάνην καὶ [5] τὸν τῶν ὄγκων φαντασιώδη παρωσάμενοι
ψόφον, δι' οὗ καὶ τὴν πᾶσαν ἀπόλαυσιν ἔχειν οἴεσθε, ἔχεσθε τῶν
ὑμῖν συμφερόντων. Οὐδὲν γὰρ ἔσται παρ' ὑμῶν οὐδὲ περὶ τοὺς
προγόνους ὑμῶν πλημμελές, εἰ [6] εἰς τὴν ἐναντίαν τρέπεσθαι νυνὶ
τῆς ἐξ ἐκείνων βούλεσθε πλάνης, οὓς εἰκὸς ἐν ᾅδου νυνὶ ἐκπρό- 33
θεσμον μετάνοιαν μετανοοῦντας ὀδύρεσθαι· οἷς εἰ δυνατὸν ἦν
ἐκεῖθεν δηλοῦν ὑμῖν τὰ μετὰ τελευτὴν τοῦδε τοῦ βίου συμβεβηκό-
τα αὐτοῖς, ἔγνωτε ἂν ὅσων ὑμᾶς ἀπαλλάξαι κακῶν προείλοντο,
νυνὶ δὲ [7] ἐπειδὴ μὴ δυνατὸν ἐν τῷ παρόντι μήτε παρ' ἐκείνων
ὑμᾶς μανθάνειν μήτε μὴν παρὰ τῶν ἐνταῦθα τὴν ψευδώνυμον
ταύτην φιλοσοφίαν [8] φιλοσοφεῖν ἐπαγγελλομένων, ἀκόλουθον ὑμῖν
ἔσται λοιπόν, τὴν τῶν προγόνων ὑμῶν [9] ἀπωσαμένους πλάνην
ἐντυγχάνειν ταῖς τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν προφητείαις, μὴ δοκιμότητα B
φράσεως παρ' αὐτῶν αἰτοῦντας ([10] οὐ γὰρ ἐν λόγοις, ἀλλ' ἐν ἔρ-
γοις τὰ τῆς ἡμετέρας θεοσεβείας πράγματα), καὶ μαθεῖν παρ'
αὐτῶν τὰ αἴτια ὑμῖν τῆς αἰωνίου ζωῆς ἐσόμενα. Οἱ γὰρ μάτην
τὸ τῆς φιλοσοφίας ἐπηρεάζοντες ὄνομα, οὐδὲν εἰδότες ἐλέγχονται,
ὡς καὶ αὐτοὶ ὁμολογεῖν καὶ ἄκοντες ἀναγκάζονται, δι' ὧν οὐ πρὸς

que commutata a Mose fuerint caeterisque nostris vatibus mutuati et Ms. Pici: *quique certa veluti allegoria suis lucubrationibus deprompserunt ea, quae a Mose et reliquis prophetis didicerunt.*

1. ὦ] Omissum in Cod. Argentor.

2. ἀπαγγελλόντων] Cod. Argentor. ἀπαγγελόντων.

35. Jam igitur tempus est, Graeci, ut ex historiis externis persuasi Mosem et ceteros prophetas multo iis omnibus, qui sapientes apud vos habiti sunt, antiquiores esse, ab antiquo majorum errore discedatis ac divinas prophetarum legatis historias veramque ex ejusmodi scriptoribus religionem discatis, qui non verborum vobis artem promittunt nec artificiose ad persuadendum loquuntur (id enim proprium est eorum qui veritatem furari volunt), sed verba et nomina simpliciter ut se offerunt usurpant ac ea vobis nuntiant, quae delapsus in eos Spiritus sanctus veram religionem ediscere cupientibus per eos tradere voluit. Omnem igitur malum pudorem abjicientes ac veterem hominum errorem et inanem ostentationis strepitum, in quo etiam omnem beate vivendi rationem positam ducitis, ea sectamini quae vobis utilia sint. Nihil enim in majores vestros peccabitis, si nunc in contrariam eorum errori partem ferri velitis, quos quidem verisimile est nunc in inferno sera poenitentia ductos lugere; si fieri posset, ut inde vobis nuntiarent, quae sibi post hujus vitae finem evenerunt, cognosceretis profecto quantis vos malis liberatos vellent, sed quum in praesentia nec ab illis ediscere possitis nec ab iis, qui falso appellatam philosophiam profitentur, reliquum deinceps vobis erit, ut majorum vestrorum errorem abjicientes vaticiniis sacrorum virorum operam detis et ab eis minime sermonis elegantiam petatis (non enim in verbis sed in operibus nostra religio posita), sed ea ediscatis quae vobis aeternam vitam allatura sint. Nam qui nomen philosophiae nequidquam dedecorant, ii nihil scire arguuntur, quemadmodum et ipsi con-

3. ἐπιτυχοῦσιν] Cod. Reg. 4. ἐντυχοῦσιν.

4. καὶ] Deest in editione Maraniana.

5. τὸν τῶν ὄγκων φαντασ.] Cod. Reg. 3., Clarom. et Ms. Steph. τὸν ὄγκον καὶ τὸν φαντασ..

6. εἰς] Deest in Cod. Reg. 1. et Argentor..

7. ἐπειδὴ] Cod. Argentor. ἐπεί.

8. φιλοσοφεῖν] Deest in Cod. Argentor..

9. ἀπωσαμένους] Cod. Reg. 3., Clarom. et Ms. Steph. ἀποσεισαμένους.

10. οὐ γὰρ ... πράγμ.] Coll. 1. Corinth. IV. 20..

ἀλλήλους στασιάζουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἑαυτῶν ἄλλοτε ἄλλως C
ἐκτίθενται δόξας.

36. Εἰ δὲ ἡ τἀληθοῦς εὕρεσις ὅρος τις λέγεται παρ' αὐτοῖς
φιλοσοφίας, πῶς οἱ τῆς ἀληθοῦς μὴ [1] τυγχάνοντες γνώσεως τοῦ
τῆς φιλοσοφίας ὀνόματός εἰσιν ἄξιοι; Εἰ γὰρ ὁ τῶν παρ' ὑμῖν
σοφῶν σοφώτατος Σωκράτης, ᾧ καὶ τὸ χρηστήριον ὑμῶν, ὡς
αὐτοί φατε, μαρτυρεῖ [2] λέγον·

Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος,

ὁμολογεῖ μηδὲν εἰδέναι, πῶς οἱ μετ' αὐτὸν καὶ τὰ ἐν οὐρανοῖς
ἐπηγγέλλοντο εἰδέναι; Σωκράτης γὰρ ἑαυτὸν σοφὸν διὰ τοῦτ' εἰρῆ- D
σθαι ἔφη, ὅτι τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων ἃ μὴ ἴσασι προσποιουμένων
εἰδέναι αὐτὸς οὐκ ὤκνει μηδὲν [3] ὁμολογεῖν εἰδέναι. Ἔφη γὰρ οὕ-
τως· [4] Ἔοικα [5] γ' οὖν αὐτῷ [6] τούτῳ σμικρῷ σοφώτατος εἶναι,
ὅτι ἃ μὴ οἶδα οὐδὲ οἴομαι εἰδέναι. Μηδεὶς δὲ οἰέσθω εἰρωνευό-
μενον ἄγνοιαν προσποιεῖσθαι [7] Σωκράτη, ἐπειδὴ πολλάκις ἐν
τοῖς διαλόγοις εἴωθε τοῦτο ποιεῖν· ἡ γὰρ τελευταία ῥῆσις τῆς
ἀπολογίας, ἣν ἐπὶ τὸ δεσμωτήριον ἀπιὼν ἔφη, δηλοῖ μετὰ σπου-
δῆς αὐτὸν καὶ ἀληθείας τὴν ἄγνοιαν ὁμολογεῖν. Ἔφη γὰρ οὕτως· E
[8] Ἀλλὰ γὰρ ἤδη ὥρα ἀπιέναι, ἐμοὶ μὲν [9] τεθνηξομένῳ, ὑμῖν δὲ
βιωσομένοις· ὁπότεροι δὲ ἡμῶν ἐπὶ τὸ ἄμεινον πρᾶγμα ἔρχονται,
ἄδηλον παντὶ πλὴν ἢ τῷ θεῷ. Ἀλλὰ Σωκράτης μὲν ταύτην ὑστά-
την ἐν τῷ Ἀρείῳ πάγῳ φωνὴν ἀφεὶς ἐπὶ τὸ δεσμωτήριον ὥρμησε,
τῷ θεῷ μόνῳ τὴν τῶν παρ' ἡμῖν ἀδήλων πραγμάτων ἀναφέρων 34
γνῶσιν, οἱ δὲ μετ' αὐτόν, μηδὲ τὰ ἐπὶ γῆς γνῶναι δυνάμενοι, τὰ
[10] ἐν οὐρανοῖς ὡς ἑωρακότες εἰδέναι ἐπαγγέλλονται. Ὁ γοῦν Ἀρι-

1. τυγχάνοντες] Cod. Reg. 2. et Argentor. τυχόντες.

2. λέγον] Hutchinus et Maranus λέγων. Hoc de Socrate oraculum multi memorant; fons autem est Plato, apud quem in Apolog. p. 21. A. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. I. p. 48.) ille narrat, Chaerephontem quondam Delphos profectum rogasse: εἴ τις ἐμοῦ (Socr.) εἴη σοφώτερος· ἀνεῖλεν οὖν ἡ Πυθία, μηδένα σοφώτερον εἶναι. Quod poetica forma dederunt Scholiasta Aristophanis ad Nub. 144. et Suidas s. v. σοφός:

Σοφὸς Σοφοκλῆς, σοφώτερος δ' Εὐριπίδης,
Ἀνδρῶν δ' ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος.

3. ὁμολογεῖν εἰδέναι] In Cod. Argentor. haud male εἰδέναι ὁμολογεῖν. Reg. 3., Clarom. et Ms. Steph. eleganter ὁμολογῶν εἰδέναι.

4. Ἔοικα ... εἰδέναι] Cf. Plat.

fiteri coguntur vel inviti, dum non solum inter se litigant, sed etiam suas ipsi opiniones aliter alias exponunt.

36. Quodsi veritatis inventio finis quidam apud eos philosophiae dicitur, quomodo qui veritatis cognitionem non sunt consecuti philosophiae nomine digni sunt? Nam si vestrorum sapientium sapientissimus Socrates, cui vestrum etiam oraculum, ut ipsi narratis, hoc testimonium dedit:

Omnium hominum Socrates sapientissimus,

nihil se scire confitetur: quomodo, qui post eum orti sunt, etiam coelestia sibi nota esse profitentur? Siquidem Socrates propterea sapientem se esse dictum ait, quod quum ceteri homines simulent se scire quae nesciant, ipse non pigretur nihil se scire confiteri. Ita enim dicebat: *Videor igitur hac re perexigua esse sapientissimus, quod quae nesciam non me existimem scire.* Nemo autem existimet Socratem ironia quadam ignorationem prae se ferre, id quod saepe in colloquiis facere solet; extrema enim verba defensionis, quam in carcerem abiens pronuntiavit, argumento sunt, serio illum et vere ignorationem esse confessum. Sic enim loquitur: *Sed jam tempus est ut abeamus, ego quidem moriturus, vos autem victuri; utri vero ad meliora proficiscantur, nemini notum nisi Deo.* Socrates hac ultima voce in Areopago emissa in carcerem abiit, soli Deo rerum nobis ignotarum cognitionem tribuens, qui autem post eum exorti sunt, quum ne terrena quidem cognitione assequi potuissent, coelestia sibi explorata esse professi sunt, tamquam ea oculis suis vidissent.

Apologia Socr. p. 21. D. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. I. p. 50.).

5. *γ' οὖν*] Cod. Argentor. *οὖν*, Plato *γοῦν*.

6. *τούτῳ σμ. σοφ.*] Plato *τούτου γε σμ. τινι αὐτῷ τούτῳ σοφ.* atque ita legi vult Perionius, quia videlicet Socrates se cum alio in quem inciderit sapiente comparet. Mox Cod. Argentor. *οἶμαι*.

7. *Σωκράτῃ*] Ita Cod. Reg. 2.; vulgo *Σωκράτην*.

8. *Ἀλλὰ ... θεῷ*] Cf. Plat. l. c. p. 42. A. (p. 96.).

9. *τεθνηξομένῳ*] Plato *ἀποθανουμένῳ*. Mox idem *ὁπ. δὲ ἡμ. ἔρχονται ἐπὶ ἄμ. πρᾶγμα*. Cod. Argentor. temere *ὁπότερον*.

10. *ἐν οὐρανοῖς*] Ita Codd. msti (etiam Ms. Steph.; Cod. Vimar. *res divinas*) excepto Reg. 4., qui velut editi *ἐν οὐρανῷ* (Ms. Pici

στοτέλης, ὡς ἀκριβέστερον Πλάτωνος τὰ ἐν οὐρανοῖς ἑωρακώς,
οὐχ ὥσπερ ὁ Πλάτων ἐν τῇ πυρώδει οὐσίᾳ τὸν θεὸν εἶναι λέγει,
οὕτω καὶ αὐτὸς ἔφη, ἀλλ' ἐν τῷ αἰθεριώδει πέμπτῳ στοιχείῳ εἶναι
αὐτὸν ἀπεφήνατο· καὶ περὶ τούτων πιστεύεσθαι ἑαυτὸν διὰ δοκι- B
μότητα φράσεως ἀξιῶν, οὐδὲ τὴν τοῦ Εὐρίπου φύσιν τοῦ ὄντος
ἐν [11] Χαλκίδι γνῶναι δυνηθείς, διὰ πολλὴν ἀδοξίαν καὶ αἰσχύνην
λυπηθεὶς μετέστη τοῦ βίου. Μηδεὶς οὖν τῶν εὐφρονούντων [12] προ-
τέραν ἡγείσθω τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας τὴν τούτων εὐγλωττίαν, ἀλλὰ
κατὰ τὴν παλαιὰν ἐκείνην ἱστορίαν κηρῷ τὰ ὦτα φραξάμενος τὴν
ἐκ τῶν Σειρήνων [13] αὐτῶν ἐνοχλοῦσαν ἡδεῖαν φευγέτω βλάβην· οἱ C
γὰρ προειρημένοι ἄνδρες, ὥσπερ τι δέλεαρ τὴν εὐγλωττίαν προϊσχόμε-
νοι, πολλοὺς ἀπάγειν τῆς ὀρθῆς θεοσεβείας προῄρηνται, μιμούμενοι
τὸν τὴν πολυθεότητα τοὺς πρώτους ἀνθρώπους διδάξαι τολμήσαν-
τα. Οἷς μὴ πείθεσθαι ὑμᾶς ἀξιῶ, ἐντυγχάνειν δὲ ταῖς τῶν ἱερῶν
ἀνδρῶν προφητείαις. Εἰ δέ τις ὄκνος ἢ παλαιὰ τῶν προγόνων
ὑμῶν δεισιδαιμονία τέως ἐντυγχάνειν ὑμᾶς ταῖς τῶν ἁγίων ἀνδρῶν
προφητείαις κωλύει, δι' ὧν δυνατὸν μανθάνειν ὑμᾶς ἕνα καὶ μό- D
νον [14] εἶναι θεόν, ὃ πρῶτόν ἐστι τῆς ἀληθοῦς θεοσεβείας γνώ-
ρισμα, τῷ γοῦν πρότερον ὑμᾶς τὴν πολυθεότητα διδάξαντι, ὕστε-
ρον δὲ λυσιτελῆ καὶ ἀναγκαίαν παλινῳδίαν ᾆσαι προελομένῳ πεί-
σθητε Ὀρφεῖ, ταῦτ' εἰρηκότι ἃ μικρῷ πρόσθεν γέγραφα, καὶ τοῖς
[15] λοιποῖς καὶ τοῖς τὰ αὐτὰ περὶ ἑνὸς θεοῦ γεγραφόσι πείσθητε.
Θείας γὰρ ὑπὲρ [16] ὑμῶν προνοίας ἔργον γέγονε τὸ καὶ ἄκοντας τού-
τους μαρτυρεῖν τὰ ὑπὸ τῶν προφητῶν περὶ ἑνὸς θεοῦ εἰρημένα E
ἀληθῆ εἶναι, ἵνα παρὰ πάντων ὁ τῆς [17] πολυθεότητος ἀθετούμενος
λόγος ἀφορμὴν ὑμῖν παρέχῃ τῆς ἀληθοῦς γνώσεως.

37. Ἔσται δὲ ὑμῖν ῥᾳδίως τὴν ὀρθὴν θεοσέβειαν ἐκ μέρους
παρὰ τῆς παλαιᾶς [1] Σιβύλλης, ἔκ τινος [2] δυνατῆς ἐπιπνοίας διὰ

in coelo) habet. — Non jam ad egregium Reg. 1. provocare possumus, quum verbis antecedentibus *οἱ δὲ μετ' αὐτὸν* desinat.

11. *Χαλκίδι*] Cod. Argentor. *χαλκηδόνι.*

12. *προτέραν*] In Cod. Argentor. a prima manu *τίμοι* superadditum est.

13. *αὐτῶν*] Deest in Cod. Argentor., Vimar. (*malum, quod e Sirenum cantibus haustum*) et Ms. Pici (*incommodum veluti Syrenum cantus effugiat*).

14. *εἶναι*] Cod. Argentor., Clarom. et ad marginem Reg. 4. *εἰδέναι*.

15. *λοιποῖς καὶ*] Cod. Argen-

Sic Aristoteles, quasi accuratius quam Plato coelestia vidisset, non ut Plato in ignea substantia (ita enim huic visum) sed in quinto aethereo elemento Deum esse pronuntiavit; et qui fidem sibi his de rebus ob spectatum et elegans dicendi genus haberi postulat, idem quum Euripi Chalcidici naturam investigare non posset, collecto ex dedecore et ignominia dolore perculsus vitam reliquit. Nemo igitur eorum qui sapiunt salutem suam horum hominum eloquentiae posthabeat, sed aures suas secundum veterem historiam cera obturans perniciem ex his Sirenibus suaviter insectantem fugiat; praedicti enim viri, dum sermonis suavitatem veluti quamdam escam praetendunt, multos a vera religione abducere volunt, imitantes eum qui multitudinem deorum primos homines docere ausus est. His auctor vobis sum ne obsequamini, sed potius sanctorum hominum vaticiniis operam detis. Sin autem pigritia aut antiqua majorum superstitio sanctorum virorum vaticinia legere prohibet, ex quibus discere potestis unum ac solum esse Deum, id quod primum est verae religionis insigne: saltem ei, qui vos primo multitudinem deorum docuerat, sed postea utilem ac necessariam sibi palinodiam cantandam esse ratus ea dixit quae paulo ante scribebam, Orpheo credite et aliis qui de uno Deo eadem scripsere. Dei enim in vos providentia factum est, ut hi vera esse prophetarum de uno Deo dicta vel inviti faterentur, ut rejecta ab omnibus multitudinis deorum doctrina copiam vobis veri cognoscendi praeberet.

37. Erit autem vobis perfacile veram religionem aliqua ex parte ab antiqua Sibylla discere, vaticiniis ex potenti quodam

tor. λοιπ. δέ.

16. ὑμῶν] Ita Codd. msti recte, uti jam ex sequente ὑμῖν patescit. Male Picus et Langus *nobis* verterunt, fortasse respicientes ad c. 13. p. 14. D. E. et c. 14. p. 15. A., ubi ἡμῶν ob sententiam cum codicibus est legendum.

17. πολυθεότητος] Cod. Reg. 4. πολυθείας.

1. Σιβύλλης] Quae de Sibylla narrat Justinus (coll. c. 16. p. 16. D. et c. 38. p. 36. E.), fabulam ipsi impositam sapiunt. Cf. Lactantii Institt. divin. I. c. 6. (Opp. ed. le Brun et Dufrésnoy Tom. I.) p. 24. sqq. et de ira dei c. 23. (Tom. II.) p. 175. sqq..

2. δυνατῆς] Deest in Cod. Reg. 4..

χρησμῶν ὑμᾶς διδασκούσης, [3] μανθάνειν ταῦθ' ἅπερ ἐγγὺς εἶναι δοκεῖ τῆς τῶν προφητῶν διδασκαλίας. Ταύτην δὲ ἐκ μὲν Βαβυλῶνος ὡρμῆσθαί φασι, Βηρώσσου τοῦ τὴν Χαλδαϊκὴν ἱστορίαν γράψαντος θυγατέρα οὖσαν· εἰς δὲ τὰ μέρη τῆς Καμπανίας οὐκ οἶδ' ὅπως διαβᾶσαν, ἐκεῖ τοὺς χρησμοὺς ἐξαγορεύειν ἔν τινι Κουμᾷ οὕτω καλουμένῃ πόλει, ἐξ [4] σημείοις διεστώσῃ Βαΐων, ἔνθα τὰ θερμὰ τῆς Καμπανίας εἶναι συμβαίνει. Ἐθεασάμεθα δὲ ἐν τῇ πόλει γενόμενοι καί τινα τόπον, ἐν ᾧ [5] βασιλικὴν μεγίστην ἐξ ἑνὸς ἐξεσμένην λίθου ἔγνωμεν, πρᾶγμα μέγιστον καὶ παντὸς θαύματος ἄξιον, ἔνθα τοὺς χρησμοὺς αὐτὴν ἀπαγγέλλειν οἱ ὡς [6] τὰ πάτρια B
παρειληφότες παρὰ τῶν ἑαυτῶν προγόνων ἔφασκον. Ἐν μέσῳ δὲ τῆς βασιλικῆς ἐπεδείκνυον ἡμῖν τρεῖς δεξαμενὰς ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐξεσμένας [7] λίθου, ὧν πληρουμένων ὕδατος λούεσθαι αὐτὴν ἐν αὐταῖς ἔλεγον καὶ στολὴν ἀναλαμβάνουσαν εἰς τὸν ἐνδότατον τῆς βασιλικῆς βαδίζειν οἶκον, ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐξεσμένον λίθου, καὶ ἐν μέσῳ [8] τοῦ οἴκου καθεζομένην ἐπὶ ὑψηλοῦ βήματος καὶ θρόνου οὕτω τοὺς χρησμοὺς ἐξαγορεύειν. Ταύτης δὲ τῆς Σιβύλλης ὡς χρησμῳδοῦ πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι τῶν συγγραφέων μέμνηνται, C
[9] Πλάτων δὲ ἐν τῷ Φαίδρῳ. Δοκεῖ δέ μοι τοῖς ταύτης χρησμοῖς ἐντυχὼν ὁ Πλάτων τοὺς χρησμῳδοὺς ἐκθειάζειν· ἑώρα γὰρ τὰ ὑπ' αὐτῆς πάλαι προειρημένα ἔργοις πληρούμενα καὶ διὰ τοῦτο θαυμάσας ἐν τῷ πρὸς Μένωνα λόγῳ, αὐταῖς λέξεσιν ἐπαινῶν τοὺς χρησμῳδούς, οὕτω γέγραφεν· [10] Ὀρθῶς [11] ἄρα ἂν καλοῖμεν θείους [12] τε αὐτούς, οὓς δὴ νῦν λέγομεν χρησμῳδούς, οὐχ ἥκιστα φαῖ- D
μεν ἂν τούτους τε θείους εἶναι καὶ ἐνθουσιάζειν ἐπίπνους ὄντας

3. *μανθάνειν*] Haec verbi collocatio ita tantum defendi poterit, ut ταῦθ' ἅπερ etc. respectu habito verborum τὴν ὀρθ. θεοσέβειαν locum appositionis obtineant: *rectam religionem ex parte aliqua discere potestis h. e. (s. scilicet) ea, quae proxime ad prophetarum accedunt doctrinam.* Marano scite observante μανθ. melius ante ἔκ τινος poneretur, ut ταῦθ' penderet a διδασκούσης. Langus ita vertit, quasi καὶ post ταῦθ' positum esset.

4. σημείοις διεστώσῃ] Cod. Reg. 4. minus bene σημείων διεστῶσαν. Et sic Ms. Steph.

5. βασιλικὴν] Cod. Reg. 3. et Clarom. ad marginem itemque Ms. Steph. οἰκίαν, quod Sylburgio monente exegema esse potius videtur quam germana Justini scriptura.

6. τὰ πάτρ.] Deest articulus in Cod. Reg. 2. et 4., sed firmatur et ceteris libris mstis et loco simillimo c. 13. p. 14. C.

7. λίθου] Cod. Reg. 4. λίθῳ.

afflatu editis nos ea docente, quae ad prophetarum doctrinam prope accedere videntur. Hanc Babylone ortam dicunt, Berosi Chaldaicae historiae scriptoris filiam; quumque in Campaniae oras delata nescio quo pacto fuisset, ibi oracula edidisse in urbe, quae Cumae dicitur, Bajis, ubi sunt Thermae Campaniae, sex lapidibus distans. Vidimus, quum in hac urbe essemus, locum quemdam, ubi basilicam maximam ex uno saxo excisam conspeximus, rem praeclarissimam et omni admiratione dignam; ibi sua illam oracula edidisse narrabant, qui haec a majoribus ut patriae suae propria acceperant. In media autem basilica monstrabant nobis tria receptacula ex eodem excisa saxo, quibus aqua repletis lavare eam dicebant et veste resumta in intimam basilicae aedem secedere, ex eodem saxo excisam, ac in media aede sedentem excelso tribunali et throno sic vaticinari. Hujus Sibyllae ut vatis quum multi alii scriptores meminere, tum Plato in Phaedro. Videtur autem mihi, postquam in illius vaticinia incidit, vates pro divinis hominibus habuisse; videbat enim, quae ab illa olim praedicta fuerant, opere compleri et idcirco admirans in Menone ac totidem verbis efferens vates ita scribit: *Recte sane divinos illos vocaverimus, quos nunc appellamus vates, non immerito dixerimus divinos illos esse et divinitus afflatos et a Deo correptos, quum prospere va-*

Mox recto genitivum praebet.

8. *τοῦ οἴκου*] Cod. Reg. 4., Argentor. et Ms. Steph. *τῷ οἴκῳ*. Sed antea quoque legebatur *ἐν μ. τῆς βασιλικῆς*.

9. *Πλ. δὲ*] Ita scribo cum Cod. Reg. 2. et Argentor.; Vimar. et Ms. Pici *cum* — *tum*. Vulgo *καὶ Πλ.*.

10. *Ὀρθῶς ... λέγουσι*] Cf. Plat. Meno p. 99. C. D. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. p. 388. sq.).

11. *ἄρα*] Non est apud Platonem.

12. *τε αὐτούς*] Particula in Cod. Argentor. et pronomen in Platone deest, qui statim pergit: *οὓς νῦν δὴ ἐλέγομεν χρ. καὶ μάντεις καὶ τοὺς ποιητικοὺς ἅπαντας, καὶ τοὺς πολιτικοὺς οὐχ ἥκ. τούτων φ. ἂν θείους τε εἶναι κ. ἐνθ.*. Atque ad hunc modum codicem Justini corrigendum esse censet Perionius. Sed emendatione recte supersedemus; vid. c. 11. not. 5. et c. 12. not. 9.. Pro *φαῖμεν* Cod. Argentor. *φαμὲν* habet. Ex eo autem et ex Reg. 2. *τε* post *τούτους* textui inserui, quod pariter apud Platonem reperitur. Denique Ms. Steph. *κατερχομένους* pro *κατεχομένους*.

καὶ κατεχομένους ἐκ τοῦ θεοῦ, ὅταν κατορθῶσι λέγοντες πολλὰ
καὶ μεγάλα πράγματα, μηδὲν εἰδότες ὧν λέγουσι· σαφῶς καὶ φανε-
ρῶς εἰς τοὺς Σιβύλλης ἀφορῶν χρησμούς. Αὕτη γὰρ οὐχ, ὥσπερ
οἱ ποιηταὶ καὶ μετὰ τὸ γράψαι τὰ ποιήματα, εἶχεν ἐξουσίαν διορ-
θοῦσθαι καὶ ἐπιξέειν μάλιστα διὰ τὴν τῶν μέτρων ἀκρίβειαν, ἀλλ'
ἐν μὲν τῷ τῆς ἐπιπνοίας καιρῷ τὰ τῆς προφητείας ἐπλήρου, παυ- E
σαμένης δὲ τῆς ἐπιπνοίας [13] ἐπέπαυτο καὶ ἡ τῶν εἰρημένων μνή-
μη. Τοῦτ' οὖν αἴτιον τοῦ μὴ πάντα τὰ μέτρα τῶν ἐπῶν τῆς Σι-
βύλλης σώζεσθαι. Αὐτοὶ γὰρ ἐν τῇ πόλει γενόμενοι παρὰ τῶν
περιηγητῶν μεμαθήκαμεν, τῶν καὶ τοὺς τόπους [14] ἡμῖν ἐν οἷς
ἐχρησμῴδει ὑποδειξάντων καὶ φακόν τινα ἐκ χαλκοῦ κατεσκευασμέ-
νον, ἐν ᾧ τὰ λείψανα αὐτῆς σώζεσθαι ἔλεγον. Ἔφασκον δὲ μετὰ
πάντων ὧν διηγοῦντο καὶ τοῦτο ὡς παρὰ τῶν προγόνων ἀκηκοό- 36
τες, ὅτι οἱ ἐκλαμβάνοντες τοὺς χρησμοὺς τηνικαῦτα, ἐκτὸς παι-
δεύσεως ὄντες, πολλαχοῦ τῆς τῶν μέτρων ἀκριβείας διήμαρτον·
καὶ ταύτην ἔλεγον αἰτίαν εἶναι τῆς ἐνίων ἐπῶν ἀμετρίας, τῆς μὲν
χρησμῳδοῦ [15] διὰ τὸ πεπαῦσθαι τῆς κατοχῆς καὶ τῆς ἐπιπνοίας
μὴ μεμνημένης τῶν εἰρημένων, τῶν δὲ ὑπογραφέων δι' ἀπαιδευ-
σίαν τῆς τῶν μέτρων ἀκριβείας ἐκπεπτωκότων. Διὰ τοῦτο τοί-
νυν τὸν Πλάτωνα εἰς τοὺς τῆς Σιβύλλης ἀφορῶντα χρησμοὺς B
περὶ τῶν χρησμῳδῶν τοῦτ' εἰρηκέναι δῆλον. Ἔφη γὰρ οὕτως·
Ὅταν κατορθῶσι [16] λέγοντες πολλὰ καὶ μεγάλα πράγματα, μηδὲν
εἰδότες ὧν λέγουσι.

38. Πλὴν ἀλλ' ἐπειδήπερ, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, οὐκ ἐν ποιητι-
κοῖς μέτροις τὰ τῆς ἀληθοῦς θεοσεβείας πράγματα οὐδὲ ἐν τῇ παρ'
ὑμῖν εὐδοκιμούσῃ παιδεύσει, ἀφέμενοι λοιπὸν τῆς τῶν [1] λόγων καὶ
μέτρων ἀκριβείας, τοῖς ὑπ' αὐτῆς εἰρημένοις ἀφιλονείκως προσέχον-
τες γνῶτε, πόσων ὑμῖν ἀγαθῶν αἰτία ἔσται, τὴν τοῦ σωτῆρος C
ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἄφιξιν σαφῶς καὶ φανερῶς προαγορεύουσα·
ὃς τοῦ θεοῦ ὑπάρχων λόγος [2] ἀχώρητος δυνάμει, τὸν κατ' εἰκόνα

13. ἐπέπαυτο] Cod. Argentor. ἐπαῦσατο (cum acc. circumfl.).

14. ἡμῖν ἐν οἷς ἐχρ.] Ita Cod. Reg. 2. et Argentor.. Editi ἐν οἷς ἐχρ. ἡμῖν.

15. διὰ] Editi μετά. Codd. msti (etiam Ms. Steph.) ut in textu.

16. λέγοντες] Deest in Cod. Argentor..

1. λόγων καὶ μέτρων] Editi μέτρ. κ. λόγων, ut est in Cod. Reg. 3., Clarom. et Vimar.. Mox Ste-

ticinantur multa et magna dicentes nec quidquam eorum quae dicunt intelligentes: manifeste et aperte ad Sibyllae respiciens versus. Neque enim ipsa, ut poetae post scripta carmina, facultatem habebat emendandi et limandi in iis praesertim quae ad accuratam numerorum legem pertinent, sed in ipso afflatus tempore vatis munere fungebatur ac desinente afflatu desinebat dictorum recordatio. Atque haec sane exstitit causa, cur non omnes numeri versuum Sibyllae servarentur. Id enim, quum in hac urbe essemus, a perductoribus didicimus, qui et loca, in quibus vaticinabatur, nobis monstrarunt et loculum quemdam ex aere constructum, in quo ejus reliquias asservari dicebant. Illud etiam inter alia ut a majoribus acceptum narrabant, eos qui tunc oracula excipiebant, quod illiterati fuissent, saepe ab accurata numerorum observatione aberrasse. Atque id causae esse dicebant, cur numerus nonnullis versibus desit: tum quod ipso afflatu destituta nihil eorum quae dixerat recordaretur, tum quod librarii ob imperitiam ab accurata numerorum observatione aberrassent. Qua de causa Platonem ad Sibyllae oracula respicientem idem de vatibus pronuntiasse liquet. Sic enim ait: *Quum prospere vaticinantur multa et magna dicentes nec quidquam eorum quae dicunt intelligentes.*

38. Sed quia nec in poeticis numeris, Graeci, vera religio sita est nec in ea, quae apud vos in pretio est, eruditione, omissa deinceps verborum et numerorum exquisita ratione citra contentionis studium quid a Sibylla dicatur animadvertentes perspicite, quanta vobis allatura sit bona, clare et aperte Servatoris nostri Jesu Christi adventum praenuntians; is qui Dei est Logos non comprehendendus potentia, hominem ad imagi-

phanus parum apte ὑπ' αὐτοῖς.

2. ἀχώρητος] Sic Cod. Reg. 2. et 4.. Ms. Pici: *Qui quum dei verbum incircumscriptum esset potestate;* Vimar.: *Qui tametsi sit dei sermo individuus potentia, hominem tamen* etc.. Vulgaris lectio ἀχώριστος exegema esse videtur vocabuli ἀχώρητος antiquo Cod. Reg. 2. firmati; utrumque enim eamdem fere significationem innuit, ita quidem, ut Christus sit Logos summa potestate praeditus, sive πᾶς ὁ λόγος (λογικὸν τὸ ὅλον), qui forma humana assumta ideo in terra apparuit, ut homines potentia

καὶ ὁμοίωσιν θεοῦ πλασθέντα ἀναλαβὼν ἄνθρωπον, τῆς τῶν
ἀρχαίων ἡμᾶς προγόνων ἀνέμνησε θεοσεβείας, ἣν οἱ ἐξ αὐτῶν
γενόμενοι ἄνθρωποι καταλιπόντες διδασκαλίᾳ βασκάνου δαίμονος
ἐπὶ τὴν τῶν μὴ θεῶν ἐτράπησαν θρησκείαν. Εἰ δέ τις ὄκνος ὑμῖν
ἐνοχλεῖ πίστεως περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου πλάσεως, πείσθητε τού-
τοις, οἷς ἔτι προσέχειν οἴεσθε δεῖν, καὶ γνῶτε ὅτι τὸ παρ᾽ ὑμῖν D
χρηστήριον, ἀξιωθὲν ὑπό τινος ὕμνον τοῦ παντοκράτορος ἐκδοῦ-
ναι [3] θεοῦ, οὕτως ἐν μέσῳ τοῦ ὕμνου ἔφη·

[4] Ὃς πρῶτον πλάσας μερόπων, Ἀδὰμ δὲ καλέσσας.

Καὶ τοῦτον σώζεσθαι τὸν ὕμνον παρὰ πολλοῖς ὧν ἴσμεν συμβαί-
νει εἰς ἔλεγχον τῶν μὴ πείθεσθαι τῇ ὑπὸ πάντων μαρτυρουμένῃ
ἀληθείᾳ βουλομένων. Εἰ τοίνυν, [5] ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, μὴ [6] προ- E
τιμοτέραν ἡγεῖσθε τῆς ὑμῶν αὐτῶν σωτηρίας τὴν περὶ τῶν μὴ
ὄντων θεῶν ψευδῆ φαντασίαν, πείσθητε, ὥσπερ ἔφην, τῇ ἀρ-
χαιοτάτῃ καὶ σφόδρα παλαιᾷ Σιβύλλῃ, ἧς τὰς βίβλους ἐν πάσῃ
τῇ οἰκουμένῃ σώζεσθαι συμβαίνει, περὶ μὲν τῶν λεγομένων θεῶν
ὡς μὴ ὄντων ἀπό τινος δυνατῆς ἐπιπνοίας διὰ χρησμῶν [7] ὑμᾶς 37
διδασκούσῃ, περὶ δὲ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μελ-
λούσης ἔσεσθαι παρουσίας καὶ [8] περὶ πάντων τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ γίνε-
σθαι μελλόντων σαφῶς καὶ φανερῶς προάναφωνούσῃ· ἔσται γὰρ
ὑμῖν ἀναγκαῖον προγύμνασμα ἡ τούτων γνῶσις τῆς τῶν ἱερῶν ἀν-
δρῶν προφητείας. Εἰ δέ τις οἴοιτο παρὰ τῶν πρεσβυτάτων παρ᾽
αὐτοῖς ὀνομασθέντων φιλοσόφων τὸν περὶ θεοῦ μεμαθηκέναι λό-
γον, [9] Ἄκμωνός τε καὶ Ἑρμοῦ ἀκουέτω, Ἄκμωνος μὲν ἐν τοῖς
[10] περὶ αὐτοῦ λόγοις πάγκρυφον τὸν θεὸν ὀνομάζοντος, Ἑρμοῦ B
δὲ σαφῶς καὶ φανερῶς λέγοντος· [11] Θεὸν νοῆσαι μέν ἐστι χαλεπόν,

daemoniaca liberaret reduceretque ad bonam frugem (Apol. II. c. 8. p. 46. D. coll. c. 10. p. 48. B.).

3. θεοῦ] Deest in Cod. Argentor..

4. Ὃς...καλέσσας] Vulgo ὅτι, Picus et Hutchinus ὅν; equidem ὃς scribo ad vocem θεοῦ proxime antecedentem referendum. Ms. Steph. ἀναπλάσας et Cod. Reg. 2. et Argentor. ἀδὰμ καλέσας.

5. ὦ] Deest in Cod. Argentor..

6. προτιμοτέραν] Cod. Reg. 4. προθυμοτέραν.

7. ὑμᾶς] Maranus ἡμᾶς contra omnes codices.

8. περὶ πάντων... σαφῶς κ. φανερῶς] Ex his verbis certo statuere possumus, si minus totam librorum Sibyllinorum complexionem, qualem hodie habemus, saltem eas partes ejusmodi librorum, quae cla-

nem et similitudinem Dei creatum assumens, revocavit nobis in memoriam priscorum parentum religionem, qua relicta eorum posteri invidi daemonis doctrina ad deos qui nulli sunt colendos deflexerunt. Si qua autem vobis obstrepit dubitatio, quominus fidem hominis creationi adhibeatis, iis credite, quos adhuc audiendos putatis, et scitote oraculum vestrum a quodam rogatum, ut hymnum in Deum omnipotentem ederet, sic in medio hymno dixisse:

Qui primum finxit hominem Adamumque vocavit.

Atque hunc hymnum a multis quos novimus servari contingit ad eos arguendos, qui veritati omnium testimonio confirmatae assentiri nolunt. Vestram igitur salutem, Graeci, si falso de diis qui nulli sunt commento potiorem ducitis, credite, ut jam dixi, Sibyllae antiquissimae et vetustissimae, quae in libris per totum orbem servatis ex potenti quodam afflatu deos qui dicuntur nullos esse per oracula vos docet, ac de futuro Servatoris nostri Jesu Christi adventu rebusque omnibus, quas gesturus erat, clare et aperte praenuntiat; erit enim vobis harum rerum cognitio necessaria quaedam ad sanctorum hominum vaticinia praemeditatio. Quodsi quis ab antiquissimis apud eos appellatis philosophis doctrinam sibi videatur accepisse de Deo, is Ammonem et Mercurium audiat: Ammonem quidem, qui Deum occultissimum in suis de illo scriptis vocat, Mercurium autem clare et aperte dicentem: *Deum intelligere per-*

ram et apertam Christi adventus et omnium rerum ab eo gerendarum praedictionem continent, jam tum scribente Justino in unum veluti corpus redactas fuisse. Nihil sane suspicatus est Justinus, quamvis omnes horum librorum paginae fraudem clamitent. *Maranus.*

9. *Ἄκμωνός*] Post Casaubonum Grabius et Maranus *Ἄμμωνος* legendum monuerunt.

10. *περὶ αὐτοῦ*] Cod. Argentor. *π. ἑαυτοῦ.*

11. *Θεὸν . . . δυνατόν*] Haec Platonis verba, ab apologetis fere omnibus laudata, etiam Lactantius Epitom. divin. institt. c. 4. (Opp. ed. le Brun et Dufresnoy Tom. II.) p. 4. et Cyrillus Alex. adv. Julian. I. (Opp. ed. Aubert Tom. VI.) p. 31. C. Hermeti Trismegisto tribuunt; in libros hermeticos multa ex Platonicis dialogis inserta fuisse constat (Tertull. de anima c. 2. [Opp. ed. Leopold. P. IV.] p. 171: Mercurium Aegyptium, cui praecipue Plato ad-

φράσαι δὲ ἀδύνατον, ᾧ καὶ νοῆσαι δυνατόν. Πανταχόθεν τοίνυν εἰδέναι προσήκει, ὅτι οὐδαμῶς ἑτέρως περὶ θεοῦ ἢ τῆς ὀρθῆς θεοσεβείας μανθάνειν [12] οἷόν τε, ἢ παρὰ τῶν προφητῶν μόνον τῶν διὰ τῆς θείας ἐπιπνοίας διδασκόντων [13] ὑμᾶς.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ

[1] ΠΕΡΙ ΜΟΝΑΡΧΙΑΣ.

---

1. Τῆς ἀνθροπίνης φύσεως τοκαταρχὴν συζυγίαν συνέσεως 10
καὶ σωτηρίας λαβούσης εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, θρησκείας τε τῆς εἰς τὸν ἕνα καὶ πάντων δεσπότην, [2] παρεισδῦσα εἰς εἰδωλοποιΐας ἐξέτρεψε βασκανία τὸ ὑπερβάλλον τῆς τῶν ἀνθρώπων μεγαλειότητος καὶ πολλῷ χρόνῳ μεῖναν τὸ περισσὸν ἔθος ὡς οἰκείαν καὶ ἀληθῆ τὴν πλάνην τοῖς πολλοῖς παραδίδωσι. Φιλανθρώπου δὲ C
[3] ἢ μᾶλλον φιλοθέου ἔργον ἐστίν, ὑπομνῆσαι τοὺς ἅπερ [4] ὤφελον εἰδέναι παραλελοιπότας. Ἦν μὲν γὰρ καθ' αὑτὴν ἀρκετὴ ἡ ἀλήθεια, δεικνύναι [5] ἐκ τῶν συνεχόντων ὑπὸ τὸν πόλον τὴν τοῦ δη-

suevit). Exstat locus in Timaeo p. 28. C. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. IX. p. 303.): *Τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν.* Similiter Justinus in Apol. II. c. 10. p. 48. D. E., ubi vero *ἀσφαλὲς* (coll. Cohort. ad Gr. c. 22. p. 20. D.) pro *ἀδύνατον* scribit.

12. *οἷον τε*] Cod. Argentor. *οἴονται — μόνων.*

13. *ὑμᾶς*] Ita Cod. Reg. 2., 3., Clarom. et Argentor. (c. 35. p. 32. D. *ὑμῖν ἀπαγγελλόντων*). Maranus *ἡμᾶς*.

1. *περὶ μοναρχίας*] Goezius *περὶ θεοῦ μον.*, Sylburgius et Morellus consideratius vocem *θεοῦ* uncis includunt; Stephanus enim ad editionis calcem: Suidas, inquit, et Eusebius citant *περὶ θεοῦ μοναρχίας*. Sic quoque Hieronymus de vir. illustr. c. 23. (Opp. ed. Vallars. T. II. P. 1.) p. 865. et Photius Biblioth. Cod. 125. (ed. Bekker. Tom. I.) p. 95. Eusebium Hist. eccles. IV. c. 18. (ed. Heinichen. Tom. I.) p. 377. secuti. Hujus vero lectionem Maranus jure in dubio ponit, quum Rufinus *θεοῦ* non reddiderit. Nec invenitur haec vox in libris Justini mstis eamque ipse in Dial. c. Tr. c. 1. p. 217.

difficile est, ac si quis intelligere possit, eloqui profecto non possit. Omnino igitur perspectum esse debet, nulla alia ratione Deum aut rectam religionem cognosci posse, nisi a solis prophetis, qui divino numine afflati vos docent.

EJUSDEM JUSTINI

DE MONARCHIA LIBER.

---

1. Quum humana natura initio conjunctionem intelligentiae et salutis ad veritatis et cultus uni omnium Domino debiti cognitionem accepisset, subrepens invidia humanae dignitatis praestantiam ad simulacra fingenda avertit ac postquam diu inveteravit superstitiosus ritus, errorem, ut vernaculum et verum quidpiam, multis commendat. Est autem hominis amore in homines vel potius in Deum accensi eos commonefacere, qui quae scire debebant praetermiserunt. Ac veritas quidem satis habet in seipsa virium, ut ex rebus sub polo concurrentibus

E. omittit, id quod postea alii apologetae fecere, ut Tatianus Orat. c. Graec. c. 14. p. 153. B. ed. Colon., Theophilus ad Autol. II. c. 8. p. 87. B. ed. Colon., Tertullianus adv. Prax. c. 3. (Opp. ed. Leopold. P. IV.) p. 250. sq.; c. 8. p. 256.. Etiam Irenaeus teste Eusebio l. c. V. c. 20. (Tom. II.) p. 97. ad Florinum epistolam περὶ μοναρχίας scripsit.

2. παρεισδ. εἰς εἴδωλ. ἐξέτρ.] Cod. Argentor. παρεισδ. εἴδωλ. ἐξέστρεψε. Illa βασκανία autem est diaboli, cujus monitu (διδασκαλίᾳ βασκάνου δαίμονος), ut Justinus in Cohort. ad Graec. c. 38. p. 36. C. ait, priscorum hominum posteri ad deos qui nulli sunt colendos deflexerunt.

3. ἢ μᾶλλον] Cod. Argentor. μᾶλλον δέ, Vimar.: *Est igitur ejus qui rebus humanis bene consultum cupiat,* ***imo vero***, *qui* etc.

4. ὤφελον] Ita Cod. Argentor. ope scribo pro vulgata ὤφειλον.

5. ἐκ τῶν συνεχόντων ... τάξιν] Melius fortasse legeretur συνεχομένων: *ex his quae sub coelo continentur.* — Creatoris ordo idem est ac ordo a creatore institutus. Sic infra c. 2. Sophocles dicitur ordinem unius Dei demonstrare. *Maranus.*

μιουργήσαντος ταῦτα τάξιν, λήθη δὲ διὰ τὸ μακρόθυμον τοῦ
θεοῦ περικρατήσασα τῆς τῶν ἀνθρώπων γνώμης ἐραδιούργησε, τὸ
μόνῳ τῷ ὄντως θεῷ πρέπον ὄνομα [6] ἐπὶ θνητοὺς μεταφέρουσα.
Καὶ δι' ὀλίγων νομὴν πονηρίας ἔσχον οἱ πολλοί, ἀμαυρούμενοι D
τῇ εἰς τὸ βέβαιον καὶ ἄτρεπτον γνώσει ὀχλικῇ συνηθείᾳ· οἱ μὲν
γὰρ τοκαταρχὴν εἰς τιμὴν τῶν ὑπερεχόντων τελετὰς καὶ λειτουργείας
τελοῦντες, ἀμνηστίαν τοῖς μετ' αὐτοὺς [7] τῆς καθολικῆς δόξης
ἐνέβαλον. Ἐγὼ δέ, [8] ὡς μικρῷ πρόσθεν ὑπέστην, φιλοθέῳ τῇ
γνώμῃ κεχρημένος φιλανθρώπῳ χρήσομαι τῇ φωνῇ καὶ παρίστημι E
τοῖς γε νοῦν ἔχουσι, δέον ὑπάρχειν πᾶσι τοῖς κεχρημένοις τῇ τῶν
ὅλων διοικήσει, ἄτρεπτον ἔχειν τὴν εἰς τὸν πάντων γνώστην θρη-
σκείαν. Τοῦτο δὲ οὐ λόγῳ καλλωπίζων φράσω, ἀποδείξει δὲ τῇ
ἐκ τῶν κατὰ τὸ παλαιὸν εἰς τὸ παντελὲς τῆς Ἑλληνικῆς ἱστορίας
ποιήσει κεχρημένος, ἐκ τῶν πᾶσι κοινῇ δεδομένων γραμμάτων· 104
ἐξ ὧν γὰρ οἱ πάνυ [9] τὰς τῶν εἰδώλων θρησκείας νόμον τοῖς πολ-
λοῖς παρέδοσαν, μαθόντες ἐξ αὐτῶν ἀγνῶτες νοῦ ἐλεγχθήσονται
ὑπὸ τῶν παρ' αὐτοῖς ποιητῶν καὶ [10] μελογράφων.

2. Πρῶτος μὲν γὰρ Αἰσχύλος τὴν τῶν καθ' αὐτὸν λόγων
[1] σύνταξιν ἐκθείς, καὶ τὴν περὶ θεοῦ τοῦ μόνου ἐξήνεγκε φω-
νήν, ὡς λέγει·

[2] Χώριζε θνητῶν [3] τὸν θεὸν καὶ μὴ δόκει
Ὅμοιον [4] αὐτῷ σάρκινον καθεστάναι.
Οὐκ [5] οἶσθα δ' αὐτόν· ποτὲ μὲν ὡς πῦρ φαίνεται B

6. *ἐπὶ θνητοὺς μεταφ. . . . πολλοί*] Primi enim homines a diabolo in errorem inducti se ipsos deos fieri posse credebant eorumque nomen etiam ad prognatos ex se deinceps propagabant. Ita praeparata est falsa de diis informatio, per malignos daemones, cupiditatum morbis emancipatos posthac aucta et ad summum perducta fastigium: Cohort. ad Graec. c. 21. p. 19. E. et 20. B. coll. Apol. I. c. 5. p. 55. D. E. al..

7. *τῆς καθολ. δόξης*] Catholicam opinionem appellat eam, quae de unius Dei cultu omnium animis insità, antequam simulacrorum cultus induceretur, ubique terrarum vigebat. *Maranus.* Similiter in Cohort. ad Graec. c. 38. p. 36. C. laudaverat Justinus *ἀρχαίων προγόνων θεοσεβείαν*, qua relicta homines ad polytheismum deflexerunt. Cod. Vimar.: *oblivionem r e c t a e persuasionis posteritati induxerunt.*

8. *ὡς μικρῷ πρόσθεν ὑπέστην*] Scil. verbis *φιλανθρώπου . . . παραλελοιπότας.*

9. *τὰς τῶν*] Etsi non necessaria, facilior tamen est scriptura

ejus qui illas creavit ordinem demonstret, sed postquam oblivio propter Dei patientiam mentes hominum occupavit, facinus aggressa est, quod nomen soli vero Deo congruens ad mortales transtulit. Et a paucis nequitiae contagio ad multos pervenit, in quibus stabilium et immutabilium rerum cognitionem consuetudo popularis obscuravit; nam qui initio in principum honorem mysteria et publica munera instituere, oblivionem catholicae opinionis posteris injecerunt. Ego autem, ut paulo ante posui, animo utens Deum amante utar voce hominibus amica ac copiam facio iis qui sana mente praediti sunt, quamquam id quidem omnibus qui universorum temperatione utuntur inesse deberet, ut omnium cognitorem immutabili cultu prosequantur. Hoc autem non pigmentis verborum exprimam, sed argumentis omnino utar ex vetusta Graecarum literarum poesi repetitis, ex contritis omnium usu monumentis; ex quibus enim monumentis optimates simulacrorum cultum plebi instar legis imposuerunt, ex his edocti desipere arguentur a suis ipsorum poetis et melographis.

2. Ac primus quidem Aeschylus operis a se compositi rationem exponens, haec etiam de singulari Deo pronuntiat:

Sejunge Deum a mortalibus nec puta
Simile ipsi esse aliquid carneum.
Haud scis illum; nunc velut ignis cernitur,

τῆς τῶν (*simulacrorum cultus legem tradiderunt*), quam Potterus proponit. Pariter Cod. Vimar.: *Nam quibus e libris optimates legem de simulacris colendis tulerunt.*

10. *μελογράφων*] Goezius sine causa scribit *μυθογράφων*.

1. *σύνταξιν ἐκθείς*] Adnotante Marano Justinus prologum aliquem indicare videtur.

2. *Χώριζε ... θεοῦ*] Recitant hunc locum etiam Clemens Alex. Strom. V. c. 11. §. 132. (Opp. ed. Klotz. Tom. III.) p. 89. et Eusebius Praeparat. evang. XIII. c. 13. p. 689. ed. Viger. Colon.. Cf. Grotius: Excerpta ex tragoediis et comoediis graecis (Paris. 1626. 4.) p. 53. coll. p. 951., qui versus omnino putat esse Aeschyli junioris. Christiani hominis quin sint, non dubitandum videtur.

3. *τὸν*] Articulus, quem editores exceptis Stephano et Goezio ex Clemente et Eusebio addiderunt ob numeros, Cod. Argentor. confirmatur.

4. *αὐτῷ*] Ita scribo Cod. Argentor. ope; editi et Eusebius *σαυτῷ*.

5. *οἶσθα δ'αὐτὸν*] Cod. Argentor. *οἶσθας αὐτόν*. Euseb. *γ'αὐτόν*.

[6] Ἄπλατος ὁρμή, ποτὲ δ' ὕδωρ, ποτὲ [7] δὲ γνόφος.
Καὶ θηρσὶν αὐτὸς [8] γίνεται παρεμφερής,
Ἀνέμῳ, [9] νεφέλη τε κἀστραπῇ, βροντῇ, βροχῇ.
Ὑπηρετεῖ δ' αὐτῷ θάλασσα καὶ πέτραι
Καὶ πᾶσα πηγὴ [10] χ' ὕδατος συστήματα.
Τρέμει δ' ὄρη καὶ γαῖα καὶ πελώριος
Βυθὸς θαλάσσης [11] κὤρέων ὕψος μέγα,
[12] Ὅταν ἐπιβλέψῃ γοργὸν ὄμμα δεσπότου·
[13] Πάντα δύναται γάρ. Δόξα δ' ὑψίστου θεοῦ! C

Οὐ μόνον δὲ οὗτος τὴν περὶ θεοῦ [14] ἐμυήθη γνῶσιν, ἀλλὰ καὶ Σοφοκλῆς τὴν τοῦ μόνου ποιητοῦ τῶν ὅλων καὶ ἑνὸς θεοῦ ἱστορεῖ τάξιν οὕτως·

[15] Εἷς ταῖς ἀληθείαισιν, εἷς ἐστὶν θεός,
Ὃς οὐρανόν [16] τ' ἔτευξε καὶ γαῖαν μακράν,
Πόντου τε χαροπὸν οἶδμα κἀνέμων βίας·
Θνητοὶ δὲ [17] πολλοὶ καρδίαν πλανώμενοι
Ἱδρυσάμεσθα [18] πημάτων παραψυχὰς
Θεῶν ἀγάλματ' ἐκ λίθων ἢ χαλκέων,
Ἢ χρυσοτεύκτων ἢ [19] 'λεφαντίνων τύπους·
Θυσίας τε τούτοις καὶ καλὰς πανηγύρεις D
[20] Τεύχοντες, οὕτως εὐσεβεῖν νομίζομεν.

Ἀλλὰ καὶ Φιλήμων τὰ ἀρχαῖα εὐπορήσας φράσαι, κοινωνεῖ τῇ περὶ τῶν ὄντων γνώσει, ὡς γράφει·

[21] Θεὸν δὲ ποῖον, εἰπέ μοι, [22] νομιστέον;

6. Ἄπλατος ὁρμή] Ita recte Codd. msti et editores praeter Maranum, qui cum Grotio scribit ἄπλαστον. Euseb. ἄπλατος ὁρμῇ.

7. δὲ] Hanc voculam Maranus restituit.

8. γίνεται] Goez. perverse γάρ. Clem. γίγνεται.

9. νεφέλῃ] Ita Codd. msti.. Νέφει substituit Maranus Grotium secutus.

10. χ' ὕδατος] Maranus κ' ὕδατος, ceteri editores καὶ ὕδατος (Eus.).

11. κὤρέων ὕψος μέγα] Euseb. καί ὀρέων ὕψος, ἐπί.

12. Ὅταν ... δεσπότου] Clem. ἐπάν, Euseb. μέγα ἐπὰν ἐπ. γ. ὄμμα.

13. Πάντα ... θεοῦ] Codd. msti et Stephanus δόξα δέ, Euseb. Δεσπότου πάντα· δυνατὴ γὰρ δόξα ὑψ. θεοῦ.

14. ἐμυήθη] Cod. Argentor. et ad marginem Clarom. ἐτιμήθη. Et sic Ms. Steph..

15. Εἷς ταῖς ... νομίζομεν] Hoc de loco adeas Cohort. ad Graec. c. 18. p. 17. E. 18. A.

Immensa vis, nunc aquae, nunc tenebrae.
Ipsis feris fit interdum par,
Vento, nubi, fulguri, tonitru, imbri.
Ministrant illi pontus et petrae,
Omnis fons et usquam quidquid undarum est.
Hunc montes, terra et immensi tremit
Maris profundum et collium cacumina,
Quum adspexerint domini servera lumina;
Nam omnia potest. Laus Deo sit altissimo!

Non hic solus Dei cognitione initiatus, sed et Sophocles singularis omnium creatoris et unius Dei sic ordinem describit:

Unus profecto est, unus est Deus,
Qui coelum fabricatus est et terram magnam,
Vadumque ponti caeruleum et ventorum vim:
At ducta caeco errore gens mortalium
Commenta est in suae cladis solatium
Simulacra deorum saxeas et aereas
Vel inauratas vel eburneas formas;
His victimarum sanguinem et festos dies
Facientes esse nos putamus pios.

Sed et Philemon, qui in antiquis rebus exponendis copiosus est, a veri cognitione alienus non est. Sic enim scribit:

Deus qualis, dic mihi, censendus est?

16. *τ᾽ἔτευξε*] Cod. Argentor. et ad marginem Clarom. *τ᾽ἔτευχε*. Et ita Ms. Steph..

17. *πολλοὶ καρδίαν*] Cod. Argentor. *πολυκαρδια* (haud dubie pro *πολὺ καρδίᾳ*), superaddito *ερ*, ut *πολυκερδίᾳ* legatur.

18. *πημάτων*] Cod. Argentor. *πεμάτων* et mox *ἀγάλματα*.

19. *'λεφαντίνων*] Libri msti et editi *ἐλεφαντίνων*.

20. *Τεύχοντες*] Ms.Steph. *στέφοντες*.

21. *Θεὸν . . . ὁρώμενον*] Servavit hos versus Clemens quoque Alex. Protrept. c. 6. §. 64. (Opp. ed. Klotz. Tom. I.) p. 59., qui Euripidi tribuit. Suppositos esse et e Christiani alicujus officina profectos suspicatur Meinekius: Menandri et Philemonis reliquiae (Berol. 1823. 8.) p. 434. coll. Fragmenta poetarum comoediae novae (ibid. 1841. 8.) p. 67. sq., refragante Matthiaeo: Euripidis tragoed. et fragm. Tom. IX. (Lips. 1829. 8.) p. 450. .

22. *νομιστέον*] Clemens *νοητέον*, Cod. Argentor. transpositis

Τὸν πάνθ' ὁρῶντα [23] καὐτὸν οὐχ ὁρώμενον.

Μαρτυρήσει δέ μοι καὶ Ὀρφεύς, ὁ παρεισάγων τοὺς τριακοσίους ἑξήκοντα θεούς, ἐν τῷ [24] Διαθήκαις ἐπιγραφομένῳ βιβλίῳ, ὁπότε E μετανοῶν ἐπὶ τούτῳ φαίνεται ἐξ ὧν γράφει·

[25] Μουσαί'· ἐξερέω γὰρ ἀληθέα, μηδέ σε τὰ πρὶν
Ἐν στήθεσσι [26] φανέντα φίλης αἰῶνος ἀμέρσῃ·
Εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας, τούτῳ προσέδρευε
Ἰθύνων κραδίης νοερὸν κύτος, εὖ τ' ἐπίβαινε
Ἀτραπιτοῦ, μοῦνον δ' ἐσόρα κόσμοιο ἄνακτα.
Εἷς ἔστ' [27] αὐτογενής, ἑνὸς [28] ἔκγονα πάντα τέτεκται,
Ἐν δ' αὐτοῖς αὐτὸς περιγίγνεται· οὐδέ τις αὐτὸν
Εἰσοράᾳ θνητῶν, [29] αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται.
Οὗτος δ' ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν θνητοῖσι δίδωσι
Καὶ πόλεμον κρυόεντα καὶ ἄλγεα δακρυόεντα.
Οὐδέ τις ἔσθ' ἕτερος χωρὶς [30] μεγάλοιο ἄνακτος.
Αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω· περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται, B
Πᾶσιν γὰρ θνητοῖς θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις,
[13] Ἀσθενέες δ' ἰδέειν [32] Δία τὸν πάντων μεδέοντα·
Οὗτος γὰρ χάλκειον ἐπ' οὐρανὸν ἐστήρικται
Χρυσέῳ [33] εἰνὶ θρόνῳ, γαίης δ' ἐπὶ ποσσὶ βέβηκε,
Χεῖρά τε δεξιτερὴν ἐπὶ τέρματος ὠκεανοῖο
Πάντοθεν ἐκτέτακεν· περὶ γὰρ τρέμει οὔρεα μακρὰ
Καὶ ποταμοὶ πολιῆς τε βάθος χαροποῖο θαλάσσης.

Καὶ ταῦτα [34] οὕτως φράζει, ὡς αὐτόπτης γεγονὼς τοῦ μεγέθους C θεοῦ. Κοινωνεῖ δ' αὐτῷ καὶ Πυθαγόρας ἐν οἷς γράφει·

verbis: θεὸν δέ, εἰπέ μοι, ποῖον νομιστέον;

23. καὐτὸν] Cod. Argentor. αὐτὸν δ'.

24. Διαθήκαις] Cod. Argentor. διαθῆκαι, Goez. male διαθήκης.

25. Μουσαῖ....θαλάσσης] De hoc loco adeas Cohort. ad Graec. c. 15. p. 15. D. E. 16. A., unde editores exceptis Stephano et Hutchino perperam duo apposuerunt versus principales: Φθέγξομαι... Μήνης, qui nostro loco in libris mstis (etiam in Cod. Vimar.) non inveniuntur. Praeterea quinque hujus fragmenti versus (Εἰς δὲ λόγον ... κόσμοιο ἄνακτα atque Οὗτος δ' ἐξ... δακρυόεντα) nihil ad rem facientes omittuntur in Cod. Argentor.: utrum ejiciendi sint nec ne doctis considerandum permitto; non ausus sum equidem expungere. Goezius ad suam voluntatem verbis σὺ δ' ἄκουε etc. incipit; idem cum

Qui cuncta cernit, sed ipse non cernitur.
Quin etiam ipse Orpheus, qui trecentos sexaginta deos induxerat, testis erit meae sententiae in libro, quem *Testamenta* inscripsit, ubi illum erroris poenituisse patet ex his quae scribit:

Musaee! Dicam enim vera; nec te, quae prius
In corde meo animadvertisti, privent beata vita:
Ad Logon divinum respiciens, ei asside
Dirigens cordis intelligens profundum, et rectam incede
Viam et solum respice mundi regem.
Unus est ex se genitus: ab uno, quaecumque sunt genita, creata sunt:
Inque his ipse versatur; nec quisquam eum
Videt mortalium, ipse autem omnes videt.
Hic post bonum hominibus dat malum
Et bellum horribile et dolores lacrimosos.
Nec ullus est alius praeter magnum regem.
Eum autem non video: nam circa eum nubes posita est,
Et omnibus mortalibus mortales sunt pupillae in oculis,
Infirmae videre Jovem omnium rectorem;
Hic enim aereo in coelo constitutus est
Aurato in solio ac terram pedibus calcat,
Manum autem dextram ad terminos oceani
Undique extendit. Circum enim tremunt montes magni
Et fluvii et cani profundum caerulei maris.

Atque haec ille ita eloquitur, quasi majestatem Dei oculis suis vidisset. Consentit autem ei et Pythagoras sic scribens:

Stephano et Marano minus recte *Μουσαῖε*.

26. *φανέντα*] Ms. Steph. *ῥηθέντα*.

27. *αὐτογενής ... τέτεκται*] Ms. Steph. *αὐτοτελής, αὐτοῦ δ' ὑπὸ π. τελεῖται* (ex Eusebio).

28. *ἔκγονα π. τέτ.*] Cod. Argentor. *ἔργον ἅπαντα τέτυκται*.

29. *αὐτὸς ... ὁρᾶται*] Cod. Argentor. *αὐτὸς δὲ πάντ' ἐορᾶται*.

30. *μέγ. ἄνακτ.*] Cod. Argentor. *βασιλῆός μεγάλοιο*.

31. *Ἀσθενέες ... μεδέοντα*] In Cod. Argentor. antecedit versus: *Μικταὶ ἐπεὶ σάρκες* ..... (marg. lacer.) *ὀστέα πεφύασιν*. Consentit ex parte Theodoretus: *Μικραί· ἐ. σ. τε καὶ ὀ. ἐμπεφύκασι*.

32. *Δία τὸν*] Cod. Argentor. *τὸν ἀεί*. Goez. male *τὸν Δία*.

33. *εἰνὶ*] Cod. Argentor. *ἐνί*.

34. *οὕτως*] Cod. Argentor. *οὗτος*. Mox *τ. μεγ. τοῦ θεοῦ*.

[35] Εἴ τις ἐρεῖ· Θεός εἰμι πάρεξ ἑνός, οὗτος ὀφείλει
Κόσμον ἴσον τούτῳ στήσας εἰπεῖν· Ἐμὸς οὗτος,
Κοὐχὶ μόνον στήσας εἰπεῖν ἐμός, ἀλλὰ [36] κατοικεῖν
Αὐτὸς ἐν ᾧ πεποίηκε· [37] πεποίηται δ' ὑπὸ τούτου.

3. [1] Καὶ περὶ τοῦδε ὅτι μόνος δυνατός ἐστι καὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ συντελουμένων πράξεων καὶ τῆς περὶ τὸ θεῖον ἀγνωσίας κρίσιν D ἐνστήσασθαι, οἰκείους μάρτυρας παραστῆσαι ἔχω, καὶ πρῶτόν γε Σοφοκλέα καὶ περὶ τούτου λέγοντα·

[2] Ἔσται γὰρ [3] ἔσται κεῖνος αἰώνων χρόνος,
Ὅταν πυρὸς γέμοντα θησαυρὸν σχάσῃ
Χρυσωπὸς αἰθήρ· ἡ δὲ βοσκηθεῖσα φλὸξ
Ἅπαντα [4] τἀπίγεια καὶ μετάρσια
[5] Φλέξει μανεῖσ'. [6] Ὅταν δὲ ἐκλίπῃ τὸ πᾶν,
[7] Φροῦδος μὲν ἔσται κυμάτων ἅπας βυθός, E
[8] Γῆ δ' ἑδράνων ἔρημος, οὐδὲ γὰρ τ' ἔτι
Πτερωτὰ φῦλα [9] βαστάσει πυρουμένη.
[10] Καὶ γὰρ καθ' ᾅδην δύο τρίβους [11] νομίζομεν,
Μίαν δικαίων [12] χἀτέραν ἀδίκων ὁδόν.
Κἄπειτα [13] σώσει πάνθ' ἃ [14] πρόσθ' ἀπώλεσεν.

Ἀλλὰ καὶ Φιλήμων πάλιν·

35. Εἴ τις ... ὑπὸ τούτου] Hos quatuor versus, quos ab interitu vindicavit solus Martyr, Pythagoraei cujusdam foetum existimat Goezius.

36. κατοικεῖν] Potterus praeter necessitatem vult κατειπεῖν.

37. πεποίηται δ' ὑπὸ] Scripsi ὑπὸ pro vulgata ἀπό. Cod. Argentor. πεπ. τ' ἀπό.

1. Καὶ περὶ τοῦδε] Haec verba Maranus merito non cum praecedentibus conjungit quasi Pythagorae hemistichium, id quod ceteri fecere editores.

2. Ἔσται ... ἀπώλεσεν] Hoc carmen tacito auctoris nomine citavit Clemens Alex. Strom. V. c. 14. §. 122. sq. (Opp. ed. Klotz. Tom. III.) p. 84. et inde Eusebius Praeparat. evang. XIII. c. 13. p. 684. ed. Viger. Colon.. Cf. Grotius: Excerpt. ex tragoed. et comoed. graec. p. 145. coll. p. 952..

3. ἔσται κεῖνος] Cod. Argentor. ἔστ' ἐκεῖνος.

4. τἀπίγεια] Sic Cod. Argentor. auxilio emendavimus; vulgo τὰ ἐπίγ..

5. Φλέξει μανεῖσ'] Steph. et Goez. μανεῖσα. Cod. Argentor. φλέξῃ μανεῖσαι (!).

6. Ὅταν δὲ ἐκλίπῃ] Cod. Argentor. ὅτ. δ' ἐκλείπῃ. — Φλέξει μανεῖσα et Ὅταν etc. distinctorum versuum hemistichia sunt apud Clementem et Eusebium, quorum hic

Si quis dicat: Deus sum praeter unum, hic debet
Mundum isti similem creare ac dicere: Hic meus est,
Nec solum creare ac suum dicere, sed etiam habitare
Ipse in eo quem fecit; certe ab eo factus est.

3. Hunc solum de rebus in vita gestis et de numinis ignoratione judicium instituere posse, domesticis testibus demonstrare possum, ac primo quidem Sophocle sic ea de re loquente:

Jam veniet ille, veniet haud dubie dies,
Quo ignis redundantes opes effundet
Auratus aether: tum rapax flamma
Omnia ima atque summa
Depascet furens. Inde quum defecerit hoc omne,
Carebit undis omnis alveus,
Terra sedes requiret nec jam amplius
Pennatas greges gestabit exusta.
Nam esse scimus duplicem ad Orcum viam,
Unam nefastis, alteram innocentibus.
Tum salva faciet cuncta quae destruxerat.

Rursus Philemon:

ἐπὰν δὲ ἐκλίπῃ, melius ille *ἐπὰν δ᾽ ἄρ᾽ ἐκλ.* (Grot. *ἐλλίπῃ*).

7. *Φροῦδος*] Cod. Argentor. *φροῦδον.*

8. *Γῆ δ᾽ ἑδρ.*] Cod. Argentor. *γῆ δὲ ἀνδρῶν*, Maranus Grotium secutus *γῆ δενδρέων*, Euseb. mendose *Δῆ δὲ ἐράνων.* Porro Clementis *οὐδὲ γὰρ τ᾽ ἔτι* ex levi mutatione scribo pro *οὐδὲ ἄρ᾽ ἔτι*, quod est in Codd. Justini mstis et editis; solus Maranus ex Grotio recepit *οὐδ᾽ ἀὴρ ἔτι . . . πυρούμενος.*

9. *βαστάσει*] Clem. et Euseb. *βλαστήσει*, quod Pottero elegantius videtur. Grot. *βλαστάνει.*

10. *Καὶ γὰρ . . . ὁδόν*] Hi duo versus desunt apud Clementem et Eusebium, ita quidem, ut legantur in sequenti Philemonis fragmento post verba: *ὃς τὰ πάνθ᾽ ὁρᾷ.*

11. *νομίζομεν*] Cod. Argentor. *γνωρίζομεν.*

12. *χἀτ. ἀδ. ὁδόν*] Cod. Argentor., Ms. Steph. et Theodoretus *ἑτέραν δ᾽ ἀσεβῶν* omisso *ὁδόν.* Stephan., Hutchin. et Goez. textui inseruerunt *χἀτ. τῶν ἀδίκων*, Sylburg. melius *χἀτ. ἀδ. ὁδόν* eamque lectionem cum Marano recepi. Pro *ὁδόν* additur in Codd. mstis *εἶναί τε ὅρον* (Clem. vulgo *εἶναι ὅρον*, Euseb. *εἶν᾽ ὅρον*); sic et Vimar.: *Haerebit tandem ille rerum terminus.*

13. *σώσει*] Cod. Argentor. *σώζει.*

14. *πρόσθ᾽*] Cod. Argentor. *ὁπόσ᾽* et in margine ab alia manu *ἃ προσαπόλωλεν.* Atque ita Stephan. (ex Reg.), Hutchin. et Goez..

[15] *Οἴει σὺ τοὺς θανόντας, ὦ* [16] *Νικόστρατε,*
Τρυφῆς ἁπάσης μεταλαβόντας ἐν βίῳ, 106
Καὶ γῆν καλύψειν, ὡς ἀπὸ τοῦ πάντ' εἰς χρόνον
Πεφευγέναι τὸ θεῖον ὡς λεληθότας;
Ἔστιν Δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς [17] *τὰ πάνθ' ὁρᾷ.*
Εἰ γὰρ [18] *δίκαιος κἀσεβὴς ἕξουσιν ἕν,*
[19] *Ἅρπαζ' ἀπελθὼν, κλέπτ', ἀποστέρει, κύκα.*
Μηδὲν πλανηθῇς, ἔστι [20] *κἀν ᾅδου κρίσις,*
Ἥνπερ ποιήσει θεὸς ὁ πάντων δεσπότης,
Οὗ τοὔνομα φοβερὸν οὐδ' ἂν [21] *ὀνομάσαιμ' ἐγώ.*

Καὶ Εὐριπίδης· B

[22] *Ἄφθονον* [23] *βίου μῆκος δίδωσι πρὸς κρίσιν.*
Ὅστις δὲ θνητῶν οἴεται τοὐφ' ἡμέραν
Κακόν τι πράσσων τὸν θεὸν λεληθέναι,
Δοκεῖ [24] *πονηρὰ καὶ δοκῶν ἁλίσκεται,*
Ὅταν σχολὴν ἄγουσα τυγχάνῃ Δίκη.
Ὁρᾶθ' ὅσοι νομίζετ' οὐκ εἶναι θεόν,
Δὶς ἐξαμαρτάνοντες οὐκ εὐγνωμόνως·
[25] *Ἔστιν γάρ, ἔστιν. Εἰ δέ τις πράσσει καλῶς,*
Κακὸς πεφυκώς, τὸν χρόνον κερδαινέτω·

15. *Οἴει... ἐγώ*] Diphilo tribuunt hos versus, quorum fides multis indiciis falsa tenetur, Clemens Alex. l. c. p. 83. et Eusebius l. c. p. 683. sq., coll. Theodoretus de curandis Graec. affectt. Serm. VI. (Opp. ed. Sirmond. Tom. IV.) p. 564.. De iis quum omnia administraverit Meinekius in Menandri et Philemonis reliqq. p. 433. sq. comp. Fragmenta poetarum comoediae novae p. 67., non afferemus nisi ea, quae ad ipsum Justinum pertinent; cetera qui in eas res inquirit, ex Meinekianis scriptis petat.

16. *Νικόστρατε*] Ms. Steph. *Νικήρατε* (ex ceteris qui locum citant) eamque lectionem amplecti malit Potterus.

17. *τὰ πάνθ'*] Cod. Argentor. *πάντα πάνθ'.*

18. *δίκαιος κἀσεβὴς*] Codd. msti *ὁ δίκαιος καὶ ἀσεβής.*

19. *Ἅρπαζ'... κύκα*] Cod. Argentor. *κρίμα, ἅρπαζ' ἀπελθὼν κλέπτ' ἀποστέρει.*

20. *κἀν*] Cod. Argentor. *καὶ ἐν.*

21. *ὀνομάσαιμ'*] Cod. Argentor. *ὀμόσαιμι.*

22. *Ἄφθονον... δίκην*] Continui hi versus uno excepto (*Δὶς ἐξαμαρτ... εὐγν.*) tamquam Diphili cum praecedentibus conjuncta inveniuntur apud Clementem l. c. p. 83. sq. et Eusebium l. c. p. 684.; Sextus Empir. adv. Mathem. I. 13. 274. et 287. Euripidis Phrixo tri-

An mortuos aestimas, Nicostrate,
Qui in luxu omni molliter vitam egerunt,
Latere terra conditos, ceu in omne tempus
Effugerint et fefellerint Deum?
Est justitiae oculus, qui intuetur omnia.
Nam si justum et impium una sors manet,
I, rape, furare, fraude, turba.
Ne erres, in ipsos Orco est judicium,
Quod peraget Deus omnium Dominus,
Cujus tremendum nomen haud ego dixerim.

Et Euripides:

Longos dat annos ad judicium.
Mortalium autem quisquis in diem
Mali aliquid admittens latere fidit Deum,
Is stulta sperat atque sperans tollitur,
Feriata tandem poena quum supervenit.
Cavete quicumque esse non vultis Deum,
Duplici errore non recte implicati;
Est enim ille, est. Si quis vero rebus prosperis utatur
Qui malus est, tempus apponat lucro:

buit. Valckenarius (Diatr. de Aristobulo Jud. ed. Luzac. Lugd. Bat. 1806. 4. p. 1. sqq.) eumque secutus Boeckhius (Aeschyli, Sophoclis, Euripidis num ea quae supersunt et genuina omnia sint etc. Heidelb. 1808. 8. p. 158. sq.) quatuor versus: *῞Οστις δὲ θνητῶν ... τυγχάνῃ Δίκη*, quibus addunt ex Stobaeo quintum: *Τιμωρίαν ἔτισεν ὧν ἦρξεν κακῶν* Euripidis genuinos esse, ceteros a Judaeo aliquo vel Christiano subditos recte contendunt. De scripturae diversitate cf. Matthiae: Euripidis tragoed. et fragm. Tom. IX. p. 297. sq.; equidem dumtaxat de Justino referam.

23. *βίον*] Steph. et Goez. *ἄφθον βίον*. Maranus mavult *βίον ἄφθονον*; sed totus versus male tornatus est.

24. *πονηρὰ*] Ita Maranus emendavit ex Clemente et Eusebio; codd. msti et editi *πονηρός*.

25. *῎Εστιν γάρ, ἔστιν* etc.] Deest hic versus in Cod. Argentor. propter homoeoteleuton aut propter sententiam minus commodam. Legitur enim vulgo *κακῶς*, quod ferri nequit. Neque enim Marano jam observante *πράσσει* hoc loco idem valet ac *perpetrat* (*πρ. κακὸν* vel *ποιεῖ κακῶς male agit*), sed res prosperas aut adversas significat (*πρ. κακῶς miser est*) et quum adversae hîc non congruant, legendum *καλῶς*. — Facile *κακῶς* scribi potuit ob sequens *κακός*.

Χρόνῳ γὰρ οὗτος ὕστερον δώσει δίκην.

4. Καὶ ὅτι οὐ σπονδῇ καὶ [1] θυμιάματι κακούργων προσφέρεται ὁ θεός, ἀλλ' εὐθύτητι τὰς τιμωρίας προσνέμει ἑκάστῳ, μαρτυρήσει μοι Φιλήμων πάλιν· C

[2] Εἴ τις [3] δὲ θυσίαν προσφέρων, ὦ Πάμφιλε,
Ταύρων τι πλῆθος ἢ [4] ᾽ρίφων ἢ νὴ Δία
Ἑτέρων τοιούτων, ἢ κατασκευάσματα,
Χρυσᾶς ποιήσας χλαμύδας ἤτοι πορφύρας
Ἢ δι' ἐλέφαντος ἢ σμαράγδου ζώδια,
Εὔνουν νομίζει τὸν θεὸν καθεστάναι,
Πλανᾶτ' ἐκεῖνος καὶ φρένας κούφας ἔχει. D
Δεῖ γὰρ τὸν ἄνδρα χρήσιμον καθεστάναι,
Μὴ παρθένους φθείροντα καὶ μοιχώμενον,
Κλέπτοντα καὶ σφάζοντα χρημάτων χάριν,
[5] Τἀλλότρια βλέποντα κἀπιθυμοῦντα
Ἤτοι γυναικὸς πολυτελοῦς ἢ δώματος
Ἢ [6] κτήσεως, παιδός τε, παιδίσκης θ' ἁπλῶς,
[7] Ἵππων, βοῶν τὸ σύνολον ἢ κτηνῶν. Τί δή;
[8] Μηδὲ βελόνης ἐν ἅμμ' ἐπιθυμῇς, Πάμφιλε· E
Ὁ γὰρ θεὸς βλέπει σε πλησίον παρών,
Ὃς ἔργοις ἥδεται δικαίοις, οὐκ ἀδίκοις·
Πονοῦντα δ' ἐᾷ τὸν ἴδιον [9] ὑψῶσαι βίον,
Τὴν γῆν ἀροῦντα νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν.

1. *θυμιάματι κακούργων*] Ita omnes Codd. msti (etiam Vimar.: *neque libaminibus consceleratorum hominum neque thuris suffitu affici deum*) praeter Argentor., in quo nescio an melius *θυμιάμασιν, οὐ θυσίᾳ, οὐκ ἀναθήμασι* exstet.

2. *Εἴ τις... παρών*] Eadem verba tantum non omnia Clemens Strom. V. c. 14. §. 120. sq. (Opp. ed. Klotz. Tom. III.) p. 82. sq. et Eusebius Praeparat. evang. XIII. c. 13. p. 682. sq. laudant Menandro assignantes. Quae spuria esse primus monuit Brunckius: *Ἠθικη ποιησις* sive gnomici poetae graeci (Argentor. 1784. 8.) p. 336.; in iis tamen Boeckhius (Gr. tragoediae principum Aesch., Soph., Eurip. num ea quae supersunt et genuina omnia sint etc. p. 137. sq.) non dubitat, quin nonnulla vere Menandri sint, alia ab interpolatore mutata aut adjecta videri. De lectionis varietate adeas Meinekium: Menandri et Philemonis reliqq. p. 307. sq..

3. *δὲ*] Voculam Maranus recte dedit. Mox Cod. Argentor. *προ-*

Aliquando enim poenas luet.

4. Libaminibus autem et incensis malorum non placari Deum, sed summa aequitate poenas ab eo cuique irrogari, testis iterum accedet Philemon:

Si quis offerens victimas, Pamphile,
Boum copiam caprumve vel per Jovem
Alia similia, aut arte facta munera
Aureasve proferens chlamides vel purpureas
Aut facta ex ebore vel smaragdo signa,
Placare sperat talibus donis Deum:
Errat ille ac levem mentem gerit.
Probum enim esse oportet virum,
Non inferentem stupra virgini et nuptae,
Non lucri causa furta et caedes patrantem,
Non aliena spectantem ac male appetentem
Conjugis vel superbarum aedium
Vel praediorum vel puellae vel servulae
Equûm, taurûm pecorisve. Quo haec pertinent?
Acus vel unum filum haud concupiscas, Pamphile;
Nam te videt Deus praesens,
Qui factis gaudet aequis, non iniquis;
Laboriosum sinit rebus uti prosperis,
Colentem rura nocte et die:

φέρων.

4. *'ρίφων*] Sic scribo metri gratia; vulgo *ἐρίφων*. Pro *ἢ νὴ Δία... κατασκευάσμ.* Cod. Argentor. nil nisi *ἢ δι' ἑτέρων κατασ..*

5. *Τἀλλότρια ... κἀπ.*] Cod. Argentor. *τῶν ἀλλοτρίων ... καὶ ἐπιθ..*

6. *κτήσεως*] Cod. Argentor. *κτίσεως.*

7. *Ἵππων* etc.] Meinekius legendum censet *ἵππων, βοῶν ἢ τὸ σύνολον κτηνῶν.*

8. *Μηδὲ... Πάμφιλε*] Stephan. et Goez. *ἐπιθυμήσῃς.* Ms. Steph. *Μηδὲ βελόνης, ὦ φίλτατ', ἐπιθυμήσῃς ποτὲ ἀλλοτρίας* (Clem.). Pro tribus versibus: *Μηδὲ... ἀδίκοις* Cod. Argentor. haecce tantum praebet: *μηδὲ βελόνης ὦ φ.* (margo arros.) *θυμῇς ὁ γὰρ θεὸς δικαίοις ἔργοις ἥδεται* (m. ar.) *δικοις* ambobus locis fere sex literarum spatio amisso; abest igitur medius versus, in fragmenti fine repetitus.

9. *ὑψῶσαι βίον*] Haec verba in Cod. Argentor. cum margine deleta sunt, sed linea sequens incipit: *τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν.*

Θεῷ δὲ θῦε διὰ τέλους δίκαιος ὤν,
Μὴ λαμπρὸς ὢν [10] ταῖς χλαμύσιν ὡς τῇ καρδίᾳ.
[11] *Βροντῆς ἀκούσας μηδαμῶς πόῤῥω φύγῃς,*
Μηδὲν συνειδὼς αὐτὸς [12] αὑτῷ, δέσποτα· 107
Ὁ γὰρ θεὸς βλέπει σε πλησίον παρών.

Πάλιν τε Πλάτων ἐν Τιμαίῳ· [13] Εἰ δέ τις τούτων [14] ἔργῳ σκοπούμενος [15] βάσανον λαμβάνοιτο, τῆς ἀνθρωπίνης καὶ θείας φύσεως ἠγνοηκὼς ἂν εἴη τὸ διάφορον, ὅτι θεὸς [16] μὲν ἅπαντα εἰς ἓν [17] συγκεράννυται ἱκανῶς ἐπιστάμενος ἅμα καὶ δυνατὸς ὤν, ἀνδρῶν δὲ οὐδεὶς οὐδέτερα τούτων [18] ἱκανὸς οὔτ' ἐστὶ νῦν οὔτ' εἰσαῦθις ἔσται ποτέ.

5. *Περὶ δὲ τῶν δοκούντων παρά τισι μετέχειν τοῦ ἁγίου*
καὶ τελείου ὀνόματος ὅπερ παραδόσει ματαίᾳ τινὲς ἀπηνέγκαντο B
ὡς [1] θεοί, Μένανδρος ἐν Ἡνιόχῳ λέγει·

[2] *Οὐδείς μ' ἀρέσκει περιπατῶν [3] ἔξω θεὸς*
[4] *(Μετὰ γραὸς) οὐδ' εἰς οἰκίας παρέρπων*
Ἐπὶ τοῦ σανιδίου· τὸν δίκαιον δεῖ θεὸν
Οἴκοι μένειν σώζοντα τοὺς ἱδρυμένους.

10. *ταῖς*] Deest in Stephan., Hutchin. et Goez. editione.

11. *Βροντῆς... φύγῃς*] Cod. Argentor. *βροντῆς ἐὰν ἀκούσῃς μὴ φύγῃς* (Clem. et Euseb.).

12. *αὑτῷ*] Ita Maranus ex Grotio (Excerpt. ex tragoed. et comoed. gr. p. 759.) pro vulg. *σαυτῷ* emendavit; confirmat Cod. Argentor., in quo *ἑαυτῷ* est.

13. *Εἰ δέ τις... ἔσται ποτέ*] Cf. Plat. Timaeus p. 68. D. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. IX. p. 384.).

14. *ἔργῳ*] Hanc a Marano ex Platonis contextu datam lectionem indicat Cod. Argentor., in quo *ἔργων* a librario imperito originem ducens legitur; in ceteris autem libris mstis et editis *τῶν* articulus est caute praefixus, qui si *ἔργων* scribitur vix deesse poterit.

15. *βάσανον*] Deest in Codd. mstis excepto Argentor.; probatur et Platonis textu, unde Maranus desumsit. Plato *λαμβάνοι, τὸ τῆς ἀνθρ.... εἴη διάφορον.*

16. *μὲν ἅπαντα*] Ita correxi vulgatam *μετὰ πάντα*, quae in Codd. mstis invenitur. Hutchinus vero *μὲν πάντα*, Maranus (ex Platone) *μὲν τὰ πολλά.*

17. *συγκεράννυται ἱκαν. ἐπιστάμ.*] Plato *ξυγκεραννύναι* ex eodemque Maranus textui Justiniano *καὶ πάλιν ἐξ ἑνὸς εἰς πολλὰ διαλύειν ἱκανὸς ὡς ἐπιστάμ.* etc. inseruit.

18. *ἱκανὸς*] Haec vox a Marano ex Platone desumta Cod. Argentor. confirmatur. Plato *ἀνθρώπων... ποτ' ἔσται.*

Deo lita aequitatem semper observans
Nec tam chlamidibus splendens quam corde.
Tonitru audito ne procul confugeris,
Nihil si ipse tibi consciveris, here;
Nam te videt Deus praesens.

Et rursus Plato in Timaeo: *Horum autem explorationem si quis ipso opere aggrediatur, is humanae ac divinae naturae ignoret discrimen, quod Deus quidem omnia in unum commiscet scientia simul et potestate abunde praeditus, hominum autem nullus, qui alterutrum valeat, aut est nunc aut umquam erit.*

5. De illis autem, qui apud nonnullos existimantur participes esse sancti et perfecti nominis, quod quidem vana traditione quidam tamquam dii acceperunt, Menander ait in Heniocho:

Non mihi placet ambulans foris Deus,
(Anum comitem habens) et irrepens in domos
Cum tabula; oportet vere Deum
Domi manere servantem colentes.

1. *θεοί*] Omnes libri msti et editi vitiose *θεῷ* (Vimar. omittit), quod nullus dubitavi emendare.

2. *Οὐδείς... ἱδρυμένους*] Eumdem locum servavit Clemens Alex. Protrept. c. 7. §. 75. (Opp. ed. Klotz. Tom. I.) p. 64. Vid. Meinekium: Menandri et Philomonis reliqq. p. 71. coll. Fragm. poetarum comoed. novae p. 127..

3. *ἔξω*] Cod. Argentor. *ἔξωθεν.* Antea et paulo post vulgo *οὐθείς.*

4. (*Μ. γραὸς*) *οὐδ'... παρέρπ.*] Verba *μ. γραὸς* ex Clemente ita apposui, ut, quum in Cod. mstis desint, uncis includerem. Stephanus *οὐδεὶς* (Ms. Steph. *οὐδ' εἰς*) *οἰκίαν παρειπὼν* (Vimar. *Non qui domum compellet a foribus procul*) et sic editores omnes praeter Maranum, qui ex Clemente edidit *Μετὰ γραὸς οὐδ' εἰς οἰκίας παρεισιών.* Non admodum probabile Sylburgius conjecit: *Οὐδ' οἰκίαν παρεισιὼν ἐπὶ σανιδίου* (*Neque is qui domum intrat super tabula* seu *assere* h. e. factitius deus, qui modo foris circumfertur, modo in domum introfertur) et sequentem versum ita expleri vult: *Τὸν γὰρ δίκαιον δεῖ κἀληθινὸν θεόν.* Cod. Argentor. secutus scripsi *οὐδ' εἰς οἰκ. παρέρπ..* Pottero autem observante perstringit comicus Cybeles sacerdotes, qui cum anu circumibant urbes in gratiam deae stipem petentes.

Ὁ αὐτὸς Μένανδρος ἐν Ἱερείᾳ·

[5] Οὐδεὶς δι' ἀνθρώπου θεὸς σώζει, γύναι,
Ἑτέρου τὸν ἕτερον· εἰ γὰρ [6] ἕλκει τινὰ θεὸν
Τοῖς κυμβάλοις ἄνθρωπος εἰς ὃ βούλεται, C
Ὁ τοῦτο ποιῶν ἐστὶ μείζων τοῦ θεοῦ.
Ἀλλ' ἔστι τόλμης καὶ [7] βίου ταῦτ' ὄργανα
Εὑρημέν' ἀνθρώποις ἀναιδέσιν, Ῥόδη,
Εἰς καταγέλωτα τῷ βίῳ πεπλασμένα.

Ἐν Μισουμένῳ δὲ πάλιν ἀποφαίνων [8] τῶν εἰς θεοὺς παραλαμβανομένων τὰς γνώμας, μᾶλλον δὲ ἐλέγχων ὡς οὐκ ὄντας ὁ αὐτὸς Μένανδρος·

[9] Εἰ γὰρ ἐπίδοιμι τοῦτο, καὶ ψυχὴν [10] πάλιν
Λάβοιμ' ἐγώ· [11] νυνὶ γὰρ — ἀλλὰ ποῦ θεοὺς
Οὕτως δικαίους ἐστὶν εὑρεῖν, ὦ Γέτα; D

Καὶ ἐν Παρακαταθήκῃ·

[12] Ἔστι κρίσις ἄδικος, ὡς ἔοικε, κἂν θεοῖς.

Καὶ Εὐριπίδης ὁ τραγῳδιογράφος ἐν Ὀρέστῃ·

[13] Φοῖβος [14] κελεύσας μητρὸς ἐκπρᾶξαι φόνον,
Ἀμαθέστερός γ' ὢν τοῦ καλοῦ καὶ τῆς δίκης.
Δουλεύομεν θεοῖς, ὅ τι ποτ' εἰσὶν θεοί.
[15] Ὁρᾷς δ' Ἀπόλλων', ὃς μεσομφάλους ἕδρας
Ναίων βροτοῖσι στόμα νέμει σαφέστατον;
Ὧι [16] πειθόμεσθα πάνθ' ὅσ' ἂν κεῖνος λέγῃ, E
Τούτῳ [17] πειθόμενος τὴν τεκοῦσαν ἔκτανον.

5. *Οὐδεὶς ... πεπλασμένα*] Nonnulla hujus fragmenti Clemens Alex. l. c. servavit. Vid. Meinekium: Menandri etc. p. 87. coll. Fragm. etc. p. 140. sq..

6. *ἕλκει τινὰ*] Grotius (Excerpt. ex tragoed. et comoed. gr. p. 725.) dedit *ἕλκοι τόν*.

7. *βίου*] Bentlejus notante Meinekio conjecit *βίας*, sed sine causa; nam quemadmodum *τόλμης* et *ἀναιδέσιν*, ita *βίου* et *βίῳ* sibi invicem respondent.

8. *τῶν εἰς*] Legendum *περὶ τῶν εἰς* monuit Maranus.

9. *Εἰ γὰρ ... Γέτα;*] Vid. Meinekium: Menandri etc. p. 119. coll. Fragm. etc. p. 170..

10. *πάλιν*] Hanc voculam metri explendi gratia conjecit Sylburgius eamque non dubitavi in textum recipere. Maranus *ανα-* ex Grotio recepit. Pro *καὶ* quod antecedit Meinekius *κἂν* fortasse scribendum existimat.

11. *νυνὶ γὰρ*] *Nam si hoc viderem* sc. puellam meam mihi recuperatam, *tum sane animum re-*

Idem Menander in Hierea:

Hominem Deus non servat, mulier, alterum
Per alterum; nam homo si quem Deum
Quocumque vult cymbalis trahit,
Hoc perpetrans fit Deo potentior.
Sed haec sunt audaciae et victus instrumenta
Inventa ab hominibus impudentibus, Rhode,
Conficta in ludibrium victus quaerendi causa.

Rursus in Misumeno de iis, qui in deos recepti sunt, sententiam exponens vel potius eos non esse demonstrans, sic idem Menander:

Nam si id viderem, redditum statim mihi
Animum putarem; nam nunc! — sed ubi gentium,
O Geta, justi inveniuntur dei?

Et in Paracatatheca:

Videtur jus iniquum apud ipsos deos.

Et Euripides Tragoedus in Oreste:

Phoebus jubendo, matri ut inferrem necem,
Ipse est honesti ac juris nescius.
Colimus deos, quicumque tandem sunt dii.
Vides Apollinem, qui sedem media in terra
Inhabitans hominibus oracula dat certissima?
Cui paremus, quidquid is pronuntiat,
Huic parens interfeci matrem.

ciperem; nam nunc quidem flaccescit. Hoc enim vel simile quid ad *νυνὶ γὰρ* subaudiendum esse monuit Bentlejus. *Meinekius.* Mox Codd. msti *ἐστί.*

12. *Ἔστι ... θεοῖς*] Vid. Meinekium: Menandri etc. p. 135. coll. Fragm. etc. p. 184.. Editi *ἔστιν.*

13. *Φοῖβος ... σῶσαι*] Cf. Euripid. Orest. 406.—408. et 580.—587. (ed. Matthiae. Tom. I. p. 87. et 95.). Inter utrumque locum Perionius et Goezius a librariis omissum putant: *Καὶ μικρῷ ὕστερον.* Sed videtur mihi Justinus conjunxisse.

14. *κελεύσας*] Cod. Argentor. *ὁ κελ..* Mox idem *γε ὢν* et Eurip. *εἰσὶν οἱ θεοί.*

15. *Ὁρᾷς δ' Ἀπ.*] Eurip. *Ὁρᾷς, Ἀπόλλων.*

16. *πειθόμεσθα* etc.] Cod. Argentor. *πειθόμεθα* et mox *ὅσα ἂν ἐκεῖνος.* Et sic Reg. et Clarom.; Steph. et Goez. *ἐκεῖνος.*

17. *πειθόμενος*] Metro convenientius aoristum *πιθόμενος.* *Sylburgius.*

Ἐκεῖνον ἡγεῖσθ' ἀνόσιον καὶ κτείνετε·
Ἐκεῖνος ἥμαρτ', οὐκ ἐγώ. Τί χρή με δρᾷν;
Ἢ οὐκ ἀξιόχρεως ὁ θεὸς ἀναφέροντί μοι
Μίασμα [18] σῶσαι;

Ὁ αὐτὸς καὶ ἐν Ἱππολύτῳ·

[19] Ἀλλ' οὐ γὰρ ὀρθῶς ταῦτα κρίνουσιν θεοί.

Καὶ ἐν τῷ Ἴωνι· 108

[20] Ἀτὰρ θυγατρὸς τῆς Ἐρεχθέως τί μοι
[21] Μέλει; Προσῆκε μ' οὐδέν. Ἀλλὰ χρυσέοις
[22] Πρόχοισιν ἐλθὼν εἰς ἀποῤῥαντήρια
Δρόσον καθήσω. [23] Νουθετητέος δέ μοι
Φοῖβος. Τί [24] παρέχει παρθένους βίᾳ γάμων;
Προδίδωσι [25] παῖδας ἐκτεκνούμενος λάθρα,
[26] Θνήσκοντας ἀμέλει. Μὴ σύ γ'· ἀλλ' ἐπεὶ κρατεῖς,
Ἀρετὰς δίωκε. Καὶ γάρ, ὅστις ἂν βροτῶν
Κακὸς πεφύκῃ, ζημιοῦσιν οἱ θεοί.
Πῶς οὖν δίκαιον, τοὺς νόμους ὑμᾶς βροτοῖς B
Γράψαντας αὐτοὺς [27] ἀδικίας ὀφλισκάνειν;
Εἰ δ' οὐ [28] πάρεστε, τῷ λόγῳ κεχρήσομαι·
Δίκας βιαίων δώσετ' ἀνθρώποις γάμων
Σὺ καὶ Ποσειδῶν Ζεύς θ' ὃς οὐρανοῦ κρατεῖ,
[29] Ναοὺς τίνοντες ἀδικίας [30] κενώσατε.
Τὰς ἡδονὰς γὰρ τῆς [31] προμηθείας πέρας
Σπεύδοντες ἀδικεῖτ'. Οὐκέτ' ἀνθρώπους [32] κακοὺς
Λέγειν δίκαιον, εἰ τὰ τῶν θεῶν [33] καλὰ

18. σῶσαι] Eurip. λῦσαι, quod Goezius in textum recepit. Cod. Vimar.: *An vero non idoneus satis deus Piaculum mihi offerenti solvere?*

19. Ἀλλ' ... θεοί] Codd. msti κρίνουσι (Vimar. *censent*), Matthiaeus (Euripidis tragoed. et fragm. Tom. IX. p. 188.) κραίνουσιν.

20. Ἀτὰρ ... τάδε] Cf. Euripid. Jon. 436.—441. (Tom. III. p. 226.).

21. Μέλει] Cod. Argentor. μέλλει. Mox vulgo οὐθέν et Eurip. δ' οὐδέν· ἀλλὰ χρυσέαις.

22. Πρόχοισιν ἐλθὼν] Cod. Argentor. πρόχυσιν (sic!), Goez. πρόχουσιν, Steph. τροχοῖσιν, Maranus vitiose πρόσχοισιν ἐλθώ.

23. νουθετητέος] Stephan. οὐ θετητής, Goez. οὐ θελητής.

24. παρέχει] Eurip. πάσχων.

25. παῖδας] Maranus τοὺς παῖδ. τεκνούμενος contra Codd. mstos, in quibus est παῖδας ἐκ-

Illum scelestum ducite et interficite:
Ille peccavit, non ego. Quid oportebat me facere?
An Deus, in quem transfero
Culpam, servare aptus non erit?

Idem in Hippolyto:

Sed rite haec non judicant dii.

Et in Jone:

Sed filia Erechthei quid mihi
Curae est? Nihil ad me pertinet. Sed aureis
Scyphis profectus ad adspersoria
Rorem emittam. Castigandus autem mihi
Phoebus. Quid agit, virgines vi comprimens?
Prodit liberos clanculum in lucem editos,
Morientes negligit. Ne tu haec facias; sed quando es dominus,
Sectare virtutem. Nam quisquis mortalium
Improbus est, puniunt illum dii.
Quî igitur aequum est, qui leges mortalibus
Scripsistis, ipsos injustitiae reos esse?
Quodsi haud adestis, verbis agam:
Poenas dabitis hominibus perfidi stupri
Tu et Neptunus et Jupiter coelo imperans,
Templa exhaurietis injustitias luentes.
Voluptates enim ultra modestiam
Studiose ponentes inique facitis. Non jam homines malos
Vocare justum est, si quae deos decet

τεκνούμενος (Argentor. ἐκτεκούμενος).

26. *Θνησκ. ἀμέλει*] h. e. ὑπερορᾷ. Edd. θνησκόντας· ἀμέλει etc.. Mox Steph. γε et ἐπικρατεῖς, quod et Goez. habet; Cod. Argentor. ἐπικρατεῖν, Vimar. *quoniam imperas.*

27. *ἀδικίας*] Eurip. ἀνομίαν.

28. *πάρεστε*] Eurip. γὰρ ἔσται. Paulo ante Codd. msti εἰ δὲ οὐ.

29. *Ναοὺς τίνοντες*] Ita Maranus textus ope Euripidei emendavit lectionem vulgarem ναὶ οἱ στένοντες (Cod. Reg. et Clarom.), Argentor. νέοι στένοντες, Vimar.: *Nullus futuru'st, vestra templa qui colat.*

30. *κενώσατε*] Eurip. κενώσετε.

31. *προμ. πέρας*] Eurip. προμηθίας πάρος.

32. *κακοὺς*] Eurip. κακῶς.

33. *καλὰ*] Eurip. κακά.

Μιμούμεθ', ἀλλὰ τοὺς [34] διδάξαντας τάδε. C
Καὶ ἐν Ἀρχελάῳ·
[35] Πολλ', ὦ τέκνον, σφάλλουσιν ἀνθρώπους θεοί.
[36] Καὶ ἐν Βελλεροφόντῃ·
[37] Εἰ θεοί τι δρῶσι φαῦλον, οὐκ εἰσὶν θεοί.
[38] Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ·
[39] Φησίν τις εἶναι δῆτ' [40] ἐν οὐρανῷ θεούς;
Οὐκ εἰσίν, [41] οὐκ εἴσ'· εἴ τις ἀνθρώπων θέλει,
Μὴ τῷ παλαιῷ μωρὸς ὢν [42] χρήσθω λόγῳ.
Σκέψασθε δ' αὐτά, [43] μὴ 'πὶ τοῖς ἐμοῖς λόγοις
Γνώμην ἔχοντες. Φήμ' ἐγὼ τυραννίδα D
Κτείνειν τε πλείστους, κτημάτων τ' ἀποστερεῖν,
Ὅρκους τε παραβαίνοντας ἐκπορθεῖν πόλεις.
Καὶ ταῦτα δρῶντες μᾶλλον εἴσ' εὐδαίμονες
Τῶν εὐσεβούντων ἡσυχῇ καθ' ἡμέραν·
Πόλεις τε μικρὰς οἶδα τιμώσας θεούς,
Αἳ μειζόνων κλύουσι [44] δυσσεβεστέρων,
Λόγχης ἀριθμῷ πλείονος [45] κρατούμεναι.
Οἶμαι δ' ἂν [46] ὑμῖν, εἴ τις ἀργὸς ὢν θεοῖς

34. διδάξαντας] h. e. θεοὺς κακοὺς λέγειν δίκαιον. Eurip. διδάσκοντας. Paulo ante Cod. Reg. et Clarom. μιμούμεθα. Sic etiam Steph. et Goez..

35. Πολλ' ... θεοί] Vid. Matthiaeum: Eurip. trag. et fragm. Tom. IX. p. 91.. Cod. Reg. et Clarom. πολλῷ τέκνων etc., Vimar.: *Erroris ansam saepe dant nobis dei.* Sylburg. conjicit πολλῶν τέκνων, ut σφάλλειν hîc idem sit quod νοσφίζειν s. ἀποστερεῖν; sed vulgatam tamen lectionem πολλῷ τέκνων subaudito adverbio μᾶλλον (*Homines dii fallunt magis quam liberi*) defendi posse censet. Maranus cum Grotio (Excerpt. p. 374.) πολλ' ὦ τέκνον, id quod probat Cod. Argentor., nisi quod πολλὰ habet; vulgaris scriptura margini adscripta est ab alia manu.

36. Καὶ] Deest in Cod. Argentor..

37. Εἰ ... θεοί] Hoc fragmentum tribus versibus auctum citat Stobaeus Florileg. Vol. III. p. 269. ed. Gaisf.; vid. Matthiaeum l. c. p. 114.. Pro τε, quod est in Codd. mstis et editis, Sylburgius τι suasit, edidit Maranus; etiam in Cod. Argentor. est τι a secunda manu pro τε quod fuerat. Stob. τι δρ. αἰσχρόν. Mox vulgo εἰσί.

38. Καὶ πάλιν] In Cod. Argentor. deest a prima manu, sed suppletur.

39. Φησίν ... συμφοραί] Vid. Matthiaeum l. c. p. 112. sq..

40. ἐν οὐρ.] Cod. Argentor.

Imitamur, sed illos qui haec docuere.

Et in Archelao:

Saepe, fili, dii homines fallunt.

Et in Bellerophonte:

Si turpe quid dii fecerint, non sunt dii

Et rursus in eodem:

Quis dicit esse in coelo deos?
Non sunt profecto; si quis esse existimat,
Ne prisca stultus ille dicta proferat.
Spectate rem ipsam, nec meis verbis
Firmate sententiam. Dico ego tyrannidem
Necare plurimos et opibus evertere
Et pejerata fide vastare urbes.
Atque haec patrantes multo agunt felicius,
Quam qui deos pacemque perpetuo colunt;
Urbes parvas quae verentur deos scio
Parere majoribus, quae impiae sunt,
Numerosioribus perditas mucronibus.
Vobis, opinor, si quis qui piger est

φησί ... ἐν τῷ οὐρ..

41. *οὐκ εἰσ'*] Codd. msti *οὐκ εἰσίν.* Mox iidem et Ms. Steph. *θέλει* pro vulg. *λέγει.*

42. *χρήσθω*] Cod. Argentor. *χρῆσθαι*, sic quidem nunc iterato calamo, an quoque olim, dubium.

43. *μὴ 'πὶ*] Libri *μὴ ἐπί.*

44. *δυσσεβεστέρων*] Vulgo *δυσσεβεστέρῳ.* Emendationem Maranus Grotio (Excerpt. p. 378.) debet.

45. *κρατούμεναι*] Cod. Argentor. *κρατούμενοι.*

46. *ὑμῖν* etc.] Maranus Grotium secutus edidit: *ὑμᾶς ... βίον Βραχεῖ παρ' αὐτῶν πραγμάτων λαβεῖν Τὰ θεῖ' ἀπείργουσιν εἰ κακὰς τὰς συμφοράς* (Matthiaeus aliud quid etiam excidisse opinatur, ut *αἱ ἔνδειαι τὰ θεῖα πυργοῦσ'* etc.), prorsus contra omnes Codd. mstos et editos, in quibus non exstant nisi haecce: *ὑμᾶς ... βίον, Τὰ θεῖα πυργοῦσιν αἱ κακαί τε συμφοραί.* Sylburgius et Hutchinus *πυργοῦσ'.* Ille non minus apte *ἡμᾶς* scribi dicit, *πυργοῦν* contendens si capiatur pro *tamquam turre superstructa onerare* sat bene constare sententiam. Quod me fateor haud intellexisse. Equidem existimabam ceteris non immutatis legi posse *ὑμῶν*, ut poeta auditores alloquatur: *Si quis vestrum* (h. e. hominum) *qui piger est deos precetur nec manu victum paret, ista, opinor, haec tristia infortunia deorum auctoritatem stabiliunt.* Verum enim vero nescio an praeferendum sit *ὑμῖν*, ut ipsi

Εὔχοιτο καὶ μὴ χειρὶ συλλέγοι βίον, E
Τὰ θεῖα πυργοῦσ' αἵ κακαί τε συμφοραί!

Καὶ Μένανδρος ἐν Διφίλῳ·

[47] *Διότι τὸν ὄντα κύριον πάντων ἀεὶ*
Καὶ πατέρα τοῦτον διὰ τέλους [48] *τιμᾶν μόνον,*
Ἀγαθῶν τοσούτων εὑρετὴν καὶ κτίστορα.

Ὁ αὐτὸς [49] *ἐν Ἁλιεῦσι·*

[50] *Τὸ γὰρ τρέφον με τοῦτ' ἐγὼ κρίνω θεόν.* 109
[51] *Τὸ δ' εἰθισμένον τρέφειν οὐ δεῖται* [52] *τῆς παρὰ τοῦ δεομένου χορηγίας.*

Ὁ αὐτὸς ἐν [53] *Ἀδελφοῖς·*

[54] *Θεός ἐστι τοῖς χρηστοῖς ἀεί,*
Ὁ νοῦς γάρ, ὡς ἔοικεν, ὦ σοφώτατοι.

[55] *Καὶ ἐν Αὐλητρίσι·*

[56] *Πάντ' ἐστὶ τῷ καλῷ λόγῳ*
Ἱερόν· ὁ νοῦς γάρ ἐστιν ὁ λαλήσων θεός.

Ἐν Φρίξῳ ὁ τραγικός·

dii compellentur: *Vobis* (h. e. diis), *opinor* (*οἶμαι* absolute cum indignatione quadam et ironia pronuntiatum est), *si quis piger deos precetur nec manu victum paret, divinam dignitatem ipsae tristes calamitates fulciunt* s. *augent.* Uterque enim significatus, qui in verbo *πυργόω* inest, quadrat ad sententiam. Nam vult poeta exprimere, ipsa inopia atque calamitatibus deorum opinionem non destrui, sed procreari potius vel erigi, quum qui in statu deteriore sunt, eo tantum solatio sustententur, quod exspectant a diis, deos credentes auxilia adjumentaque allaturos. Igitur recte Cod. Vimar.: *Quin et reor, si quis deos iners roget Victumque quaeritare negligat manu, Vel ipsa calamitas ei faciet deos.* Qua in translatione, id quod etiam potest fieri, *ὑμῖν* non ad deos, sed ad homines refertur; *θεῖον* enim non modo id, quod ad deos pertinet eorumque est h. e. divinitatem, majestatem vel simile quid valet, verum saepenumero etiam voce ista ipsum designatur numen divinum, deus.

47. *Διότι ... κτίστορα*] Hoc fragmentum Clemens quoque Alex. Strom. V. c. 14. §. 134. (Tom. III.) p. 89. et Eusebius Praeparat. evang. XIII. c. 13. p. 690. ed. Viger. Colon. Diphilo tribuunt; sed ea Meinekio (Menandri etc. p. 308. sq.) monente neque Diphili neque Menandri sunt: adeo omnia christianum hominem redolent. Ac scite quidem Sylburgius observat Diphili nomen e margine in textum venisse et ex poeta nomen fabulae factum fuisse ab imperito scriba.

Deos precetur nec manu victum paret,
Divinitatem construunt ipsi casus acerbi!

Et Menander in Diphilo:

Qui ergo Dominus rerum omnium semper est
Paterque, hunc solum semper cole,
Ut tot bonorum inventorem et conditorem.

Idem in Piscatoribus:

Nam quod nutrit me, illud arbitror Deum.

Quod autem nutrire suevit, id non indiget largitione precantis.

Idem in Adelphis:

Semper est Deus bonis,
Mens scilicet, ut videtur, sapientissimi.

Et in Tibicinis:

Cuncta sunt bonae rationi
Templum; mens enim est Deus qui disseret.

Et in Phrixo Tragicus:

48. τιμᾶν] Perionius mavult τίμα (Euseb.) imperativo modo, qui revera est in Cod. Argentor.; sed retinui infinitivum (Clem.), scripturam difficiliorem nec alibi inusitatam. Idem Cod. mox κτήτορα.

49. ἐν] Vulgo καὶ praemittitur, quod, praesertim quum non exstet in Cod. Argentor. et Vimar., delendum censui.

50. Τὸ γὰρ ... θεόν] Hunc versum ex Adelphis citat Stobaeus l. c. Vol. II. p. 356.. Vid. Meinekium l. c. p. 14. coll. Fragm. etc. p. 76..

51. Τὸ δ' ... χορηγίας] Haec verba, in exemplaribus sic distincta quasi Menandri essent et metro adstricta, Justini esse Sylburgio non est ullum dubium; idem existimat Meinekius.

52. τῆς] Sylburg. omittit.

53. Ἀδελφοῖς] Cod. Argentor. δελφοῖς.

54. Θεός ... σοφώτατοι] Vid. Meinekium: Menandri etc. p. 5. coll. Fragm. etc. p. 72. sq., ubi legit recte ὦ σοφ. pro οἱ σοφ., quod est in Codd. mstis et editis. Sed Vimar.: *Bonis viris suus hercle nunquam abest deus, Mens scilicet (si quid peritis credimus).* Sic et Grotius (Excerpt. p. 709.), unde Maranus τοῖς σοφωτάτοις.

55. Καὶ] Deest in Cod. Argentor..

56. Πάντ' ... θεός] Vid. Meinekium: Menandri etc. p. 28. coll. Fragm. etc. p. 90.; vult paulo ante legi Αὐλητρίδι et πάντῃ 'στὶ pro πάντ' ἐστί.

[57] *Εἰ δ' εὐσεβὴς ὢν τοῖσι δυσσεβεστάτοις* B
[58] *Εἰς ταὔτ' ἔπραττον, πῶς τάδ' ἂν καλῶς ἔχοι,*
Εἰ Ζεὺς ὁ λῷστος μηδὲν ἔνδικον φρονεῖ;

Ἐν Φιλοκτήτῃ·

[59] *Ὁρᾶτε δ' ὡς κἂν θεοῖσι κερδαίνειν καλόν,*
Θαυμάζεται δ' ὁ πλεῖστον ἐν ναοῖς ἔχων
Χρυσόν· τί δῆτα καί σε κωλύει [60] *λαβεῖν*
Κέρδος παρόν γε, κἀξομοιοῦσθαι θεοῖς;

Ἐν Ἑκάβῃ·

[61] *Ζεύς, ὅστις εἶ Ζεύς, οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ,* C
[62] *Ζεύς, εἴτ' ἀνάγκη φύσεος εἴτε νοῦς βροτῶν,*
Προσηυξάμην σε!

6. *Ἐνταῦθα τοίνυν ἐστὶν ἔλεγχος ἀρετῆς καὶ γνώμης σύνεσιν ἀγαπώσης, ἐπαναδραμεῖν ἐπὶ τὴν τῆς συζυγίας κοινωνίαν καὶ προσάψαι ἑαυτὸν συνέσει εἰς σωτηρίαν αἱρεῖσθαί τε τὴν τῶν κρεισσόνων ἐκλογὴν κατὰ τὸ ἐπ' ἀνθρώπῳ κείμενον αὐτεξούσιον, μὴ τοὺς ἀνθρωποπαθεῖς ἡγουμένους τῶν ὅλων δεσπότας, ὅπου γε οὐδὲ ἀνθρώποις* [1] *ἴσην ἔχοντες φανήσονται. Παρ' Ὁμήρῳ γὰρ* D
ὁ μὲν Δημοδόκος αὐτοδίδακτος φησὶν εἶναι·

[2] *Θεὸς δέ μοι ἔμβαλεν οἴμους,*

57. *Εἰ δ' εὐσ.... φρονεῖ*] Vid. Matthiaeum l. c. p. 299..

58. *Εἰς ταὔτ' ἔπρ.*] Ita Codd. msti, praeterquam quod *ταὐτὸ* in iis legitur. Stephan. et Goez. male *ἐστ' αὐτὸ ἔπρ.*, Sylburg. *ἐς ταὐτὸ ἔπρ.*, Maran. (ex Grot. Exc. p. 415.) *ἐς ταὐτὸ ἔπραττον.* Paulo ante Ms. Steph. *εὐσεβεστάτοις*. Pro *πῶς τάδ' ἂν καλ. ἔχοι*, quod sequitur, est in Cod. Argentor. *πῶς τάδε καλ. ἔχοι* et mox *λώϊστος*, Vimar. *Quid porro rectum est?* Goez. legit cum Stephano *πῶς τάδ' ἂ καλ. ἔχει.* Sylburgio magis placet *τόδε*, quod etiam est in Ms. Steph., sed V. D. pariter atque Maranus eamdem lectionem tenet, quam nos in textu dedimus. In eodem Ms. Steph. *ὁ Ζεὺς* pro *εἰ Ζεύς*.

59. *Ὁρᾶτε ... θεοῖς*] Vid. Matthiaeum l. c. p. 284.. Stephan. et Goez. singulos versus verbis incipiunt his: *Καλόν, Ἔχων, Κέρδος.*

60. *λαβεῖν*] Deest haec vox in Codd. mstis; demum Maranus ex Grotio (Except. p. 412.) recepit. Sed jam Sylburgius: Post *κωλύει*, inquit, desideratur *λαβεῖν* vel simile quid; deinde distingui etiam post *κέρδος* potest, ut sequens membrum *παρόν γε κἀξομοιοῦσθαι θεοῖς* significet: *Quippe quum ita liceat etiam diis similem fieri.* Edd. praeter Sylburg. *κ' ἐξομ.*, sed *κἀξομ.* est recte in Cod. Argentor..

Si pio cum impiis
Sors una est, quomodo res bene eant,
Si Jupiter optimus nil aequi sentit?

In Philoctete:

Videte ut ipsis diis lucra honesta sint;
Miramur in templis habentem plurimum
Auri: quid ergo te vetat sequi
Lucrum oblatum, similis ut fias diis?

In Hecuba:

Jupiter, quicumque es Jupiter — novi enim verbo tenus —
Jupiter, sive necessitas naturae sive mens mortalium,
Te invoco!

6. Hìc igitur indicium est virtutis ac animi prudentiam amantis, ad conjunctionis communionem recurrere seque ipsum prudentia ad salutem tradere ac meliora pro insito homini arbitrio eligere, non existimantem eos, qui humanis affectionibus obnoxii sunt, universorum dominos esse, quippe quum ne pares quidem hominibus deprehendantur. Nam apud Homerum Demodocus se a semetipso doctum ait:

Deus mihi afflavit cantus,

61. *Ζεύς ... λόγῳ*] Hunc versum praeter alios scriptores citat etiam Athenagoras Legat. p. Christ. c. 5. p. 6. A. ed. Colon.. Vid. Matthiaeum l. c. p. 213.. Argentor. Ζεὺς ὅστις ἦν Ζεύς, οὐ γὰρ οἶδα. πλλεγω (a secunda manu, prior evanuerat) καὶ Ζεύς. *Εἴτε ἀνάγκη* etc., Vimar.: *At o supreme, quisquis es, Diespiter, (Nam nil, nisi habeo nominis f a m a m tui).*

62. *Ζεύς ... σε*] Cf. Euripid. Troad. 879. sq. (Tom. II. p. 361. sq.). Pro *εἴτ'* Steph. et Goez. *εἴτε* et pro *φύσεος* vulgo contra metrum *φύσεως*.

1. *ἴσην*] Cod. Argentor. *ἴσην*, at in margine recte *ἴσην*. Cum hac voce Sylburgio notante subauditur *μοῖραν*, ut alibi saepe.

2. *Θεὸς ... οἴμους*] Hom. Od. XXII. 347.: *Αὐτοδίδακτος δ' εἰμί· θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶν οἴμας Παντοίας ἐνέφυσεν.* Sed Phemius loquitur, non Demodocus. Mox editores excepto Marano *θνητὸς* cum sequentibus copulant, unde coactus est Langus vertere *immortalis*, quod non prorsus improbat Sylburgius. Recte Cod. Vimar.: *Apud Homerum enim se Demodocus, mortalis ille quidem, tamen ab semetipso* etc.. Pro *οἴμους* = *οἴμας* Cod. Argentor. perverse *ὕμους*, quod sine dubio ex lectione primitiva ortum est.

θνητὸς ὤν, Ἀσκληπιὸς καὶ Ἀπόλλων παρὰ Χείρωνι τῷ κενταύρῳ ἰᾶσθαι διδάσκονται, τὸ καινότατον παρ' ἀνθρώπῳ θεοί. Τί γὰρ δίειμι περὶ Διονύσου, ὃν μαινόμενόν φησιν ὁ ποιητής, ἢ Ἡρακλέους, ὃν καὶ αὐτὸν σχέτλιον λέγει; [3] Τί δέ μοι ἀναγορεύειν Ἄρη E
καὶ Ἀφροδίτην, τοὺς τῆς μοιχείας ἀρχηγούς, καὶ ἐξ ἁπάντων τούτων κρίσιν ἐπάγειν τοῖς δεικνυμένοις; Εἰ γάρ τις μὴ μαθὼν τὰς περὶ τὰ λεγόμενα [4] θείας πράξεις μιμήσαιτο, κἂν ἔτι τῶν κιβδήλων ἀλλότριος βίου καὶ ἀνθρωπότητος λογισθείη· γνοὺς δέ τις εὔλογον ἕξει τὴν τῶν τιμωριῶν ἀποφυγήν, οὐ παρανομίαν δεικνύων τὴν τῶν [5] θεϊκῶν τολμημάτων μίμησιν. Εἰ δ' ἄρα τις τοῖς ἔργοις ἐπιμέμψαιτο, ἀνελεῖ καὶ τὰ ἐκ τούτων γνωσθέντα ὀνόματα καὶ μηδὲ πιθανωμέναις καὶ στωμύλοις ῥήσεσιν [6] ἐπισκεπάσει αὐτοῖς. [7] Ἀσπάζεσθαι δὲ χρὴ τὸ ἀληθινὸν καὶ ἄτρεπτον ὄνομα, [8] τὸ οὐχὶ διὰ τῆς ἐμῆς φωνῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν εἰσαγαγόντων [9] ὑμᾶς εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς παιδείας κηρυσσόμενον, ἵνα μὴ ἀργῶς τελειώσαντες τὸν ἐνταῦθα τοῦ ζῆν χρόνον οὐ μόνον ὡς ἀγνῶτες τῆς οὐρανίου δόξης, ἀλλὰ καὶ ὡς ἀχάριστοι τῷ κριτῇ τὰς εὐθύνας [10] παρέ- B
ξομεν.

3. *Τί δέ μοι*] Sylburgio docente subaudiendum χρεία ἐστὶ vel simile quid. Mox Cod. Argentor. Ἄρην.

4. *θείας*] Ita Codd. msti, Stephan. et Goez.; Sylburgius vero causa non allata edidit θεία eumque ceteri secuti sunt. — Quod sequitur κἂν ἔτι etc. ipse Maranus non intellexit, licet Sylburgius haud male monuerat, cum ἀλλότριος positivo, ut saepe, subaudiendum esse comparativum adverbium μᾶλλον. Magis placet explicatio a Pottero proposita: *Nam si quis eorum, qui dii dicuntur* (legit enim θεῖα), *facinora, cum ea non legerit, imitetur: etiam ab his, qui adhuc vitiis inquinati sunt*, nempe ab ethnicis, *a vita communi et humanitate alienus reputetur.* Non enim, ait V. D., insolens fuerit, si genitivus κιβδήλων sequatur λογισθείη subaudita praepositione ὑπὸ vel alia simili; sic enim apud Sophoclem legimus φίλων νικῶνται φίλοι: *amici ab amicis vincuntur* et apud Diodorum γυναικῶν πολλαὶ πράξεις ἐτελέσθησαν: *multa opera a mulieribus effecta sunt.* Eodem fere modo locum interpretatus est Lampsonus (in Cod. Vimar.): *Quorum quidem si quis actiones (qui has illis tribui nunquam audierit) imitetur, etiam ab improbissimis quibusque ab omni more vivendi alienus omnisque humanitatis expers judicabitur.* Ceterum Cod. Argentor.

quamvis mortalis sit, Aesculapius autem et Apollo apud Chironem Centaurum mederi discunt, quod maxime novum est, apud hominem dii. Quid enim de Baccho memorem, quem furentem poeta, aut de Hercule, quem miserum dicit? Quid attinet Martem et Venerem, illos adulterii principes, recensere ex iisque omnibus susceptam demonstrationem perficere? Etenim si quis in his, de quibus dictum est, deorum actiones quum non noverit imitetur, is etiam ab improbis a vita et humanitate alienus existimetur; si quis autem noverit, probabilem habebit poenae effugiendae ansam, delictum non esse demonstrans divinorum facinorum imitationem. Quodsi quis actiones vituperet, nomina quoque ex his nota tollet nec eas probabilibus et speciosis verbis obteget. Itaque complectendum est verum et immutabile nomen, non mea solum voce praedicatum, sed eorum etiam, qui vos in prima doctrinae elementa introducunt, ne, si hujus vitae tempus segniter traduxerimus, non modo ut gloriae coelestis ignari, verum etiam ut ingrati rationem judici reddamus.

priore scriptura *κἂν* obliterata male *καν ἔστι* a secunde manu.

5. *θεἴκῶν*] Cod. Argentor. *θειϊκῶν*. Idem mox *ἀνελη* pro *ἀνελεῖ* et *μὴ πεπινωμέναις* pro *μηδὲ πιθανωμέναις*. Ms. Steph. *πιθαναῖς*. Sylburg. vult *πιθανουμέναις*: *ad probabilitatem effictis.*

6. *ἐπισκεπάσει αὐτοῖς*] I. e. si quis a diis malas actiones arceat, simul cum actionibus deos ipsos tollet, qui ex his tantum rebus noti sunt; nec liberum erit scelera deorum ad physiologiam confugiendo delinire et Jovis ac Junonis v. g. flagitia ad terrae et aeris conjunctionem revocare. *Maranus.* Sic etiam Justinus Cohort. ad. Gr. c. 2. (not. 28.). Cod. Argentor. non male *αὐτοὺς* pro *αὐτοῖς*.

7. *Ἀσπάζεσθαι*] Maranus errore *ἀσπάσεσθαι*.

8. *τὸ*] Dedi ex Cod. Argentor..

9. *ὑμᾶς*] In libris mstis et editis *ἡμᾶς*, quod, quum prorsus sententiae repugnet, emendare non dubitavi. In Cod. Vimar. erat *vos*, sed in *nos* est a prima manu mutatum.

10. *παρέξομεν*] Ita Codd. msti, editi vero *παρέξωμεν*. Illud jam conjecerat Sylburgius, qui: Rectius fortasse, inquit, *παρέξομεν* indic. modo, quia subjunctivus modus futuro tempore caret et ubi aorist. subjunct. in usu non est, futurum indic. cum *ἵνα* jungi solet.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ

ΑΠΟΛΟΓΙΑ [1] ΠΡΩΤΗ ΥΠΕΡ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ

ΠΡΟΣ ΑΝΤΩΝΙΝΟΝ ΤΟΝ ΕΥΣΕΒΗ.

---

1. [2] *Αὐτοκράτορι Τίτῳ Αἰλίῳ Ἀδριανῷ Ἀντωνίνῳ Εὐσεβεῖ* 53
[3] *Σεβαστῷ Καίσαρι* [4] *καὶ Οὐηρισσίμῳ υἱῷ φιλοσόφῳ καὶ Λουκίῳ* [5] *φιλοσόφῳ Καίσαρος φύσει υἱῷ καὶ Εὐσεβοῦς εἰσποιητῷ, ἐραστῇ παιδείας, ἱερᾷ τε συγκλήτῳ καὶ* [6] *δήμῳ παντὶ Ῥωμαίων* [7] *ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων ἀδίκως μισουμένων καὶ ἐπηρεαζομένων Ἰουστῖνος Πρίσκου τοῦ* [8] *Βακχείου, τῶν ἀπὸ* [9] *Φλαουΐας νέας*

1. *πρώτη*] Uterque Cod. mstus (Reg. et Clarom.) *δευτέρα.* Sic etiam Stephanus, Sylburgius et Morellus, quos juxta atque librarios errasse liquet ex Eusebii Hist. eccl. IV. c. 8. (ed. Heinichen. Tom. I.) p. 312. sqq. coll. Apol. I. c. 29. p. 71. E. 72. A., c. 31. p. 72. E., c. 68. p. 99. C. — c. 11. p. 321. sqq. coll. Apol. I. c. 26. p. 70. A. B. C. — c. 12. p. 323. sqq. coll. Apol. I. c. 1. p. 53. A. B. — c. 18. p. 376.; add. Phot. Biblioth. Cod. 125. (ed. Bekker. Tom. I.) p. 94.. Quapropter ordine utriusque apologiae mutato cum ceteris editoribus *πρώτην* hic inscribere placuit.

2. *Αὐτοκράτορι . . . πεποίημαι*] Citat hunc locum Euseb. l. c. IV. c. 12. (Tom. I.) p. 323. sqq..

3. *Σεβ. Καίσ.*] Euseb. *Καίσ. Σεβ.*. Sylburgius et Ritterus (Animadvv. in primam S. Just. apolog. p. 4. sq.) pro *Καίσ. καὶ Οὐηρ.* (Annio Verissimo h. e. *M. Aurelio*, Annii Veri filio ab Antonino Pio adoptato) scribi volunt *καὶ Καίσαρι Οὐηρισσίμῳ*, sed vulgatam lectionem bene defendit Semisch. *Justin der Märtyr.* Tom. I. p. 68. sqq..

4. *καὶ*] Male omiserunt Maranus et Braunius.

5. *φιλοσόφῳ*] Euseb. *φιλοσόφου*, sed de eodem filio Antonini Pii adoptivo l. c. IV. c. 17. p. 375. ut Justin. Apol. II. c. 2. p. 43. B.: *οὐδὲ φιλοσόφῳ Καίσαρος παιδί.* — Philosophi titulus *Lucio Vero* (*Καίσαρος* — h. e. L. Aelii Veri, qui ab Hadriano adoptatus, ut Spartian. vit. Ael. Ver. c. 2. narrat, primus *Caesar* est appellatus — *φύσει υἱῷ*) adhuc puero a Martyre tributus nihil sane offensionis habet, ut concedunt editores. Adeas etiam quae Semischius hac de re exposuit in Ullmanni et Umbr. *Theolog. Studien u. Kritik.* Hamb. 1835. fasc. 4. p. 921. sqq..

EJUSDEM JUSTINI

APOLOGIA PRIMA PRO CHRISTIANIS

AD ANTONINUM PIUM.

---

1. Imperatori Tito Aelio Adriano Antonino Pio Augusto Caesari, et Verissimo filio Philosopho, et Lucio Philosopho Caesaris natura filio ac Pii adoptivo, doctrinae amatori, sacroque Senatui et universo Populo Romano, pro his qui ex omni hominum genere praeter aequum odio habentur et vexantur, Justinus Prisci filius, Bacchii nepos, Flaviae Neapolis in Syria

6. *δήμῳ παντὶ*] Euseb. *παντὶ δήμῳ*.

7. *ὑπὲρ . . . ἐπηρεαζ.*] Justinus istum quem expressimus sensum intendisse videtur, praesertim quum observante Grabio et in Dial. c. Tr. c. 117. p. 345. C. D. dicat, ne unum quidem omnino esse genus hominum, in quo religio christiana non exerceatur; qua propositione Justinus intentionem forte excitare voluit, dicens, se non paucorum homuncionum, sed magnae ubique terrarum multitudinis causam agere.

8. *Βακχείου*] Rectius *Βακχίου* scribendum censet Thirlbius. Hieronymum de vir. illustr. c. 23. (Opp. ed. Vallars. T. II. P. 1.) p. 863. et Photium l. c. p. 95., patrem Justini Priscum Bacchium dictum esse scribentes, errasse in aprico est. Probe Rufinus: *Justinus Prisci filius Bacchiadis*.

9. *Φλαουΐας*] Euseb. *Φλαυΐας*. Cf. Joseph. Antiqq. jud. II. c. 2. §. 4. (Opp. ed. Richter. Tom. I.) p. 65., V. c. 7. §. 2. p. 266. et de bell. jud. IV. c. 8. §. 1. (Tom. V.) p. 393. coll. Plin. Hist. natur. V. 13. sect. 14. — Erat autem haec Flavia Neapolis non vetus illa et celebris Samaria (qui Stephani Byzantii aliorumque error jamdudum abunde refutatus est) neque adeo quae Sichem et Sychar vocabatur (quod Hieronymus aliique minus accurate scripserunt et vulgo credunt viri docti), sed potius revera *νέα πόλις* juxta ruinas urbis Sichem condita. Euseb. Onomast.: *Συχὲμ — πόλις Ἰακώβ, νῦν ἔρημος, δείκνυται δὲ ὁ τόπος ἐν προαστείοις Νέας πόλεως*. Antea Mamortha dicebatur, quod nos Plinius docet l. c.. *Thirlbius*. Coll. Winer: *Biblisch. Real-Wörterbuch* ed. 2. (Lips. 1838. 8.) Tom. II. p. 532..

πόλεως [10] τῆς Συρίας Παλαιστίνης, [11] εἷς αὐτῶν ὧν τὴν προσφώ- C
νησιν καὶ ἔντευξιν [12] πεποίημαι.

2. [1] Τοὺς κατ' ἀλήθειαν εὐσεβεῖς καὶ φιλοσόφους μόνον τἀλη-
θὲς τιμᾶν καὶ στέργειν ὁ λόγος ὑπαγορεύει, παραιτουμένους δόξαις
[2] παλαιῶν ἐξακολουθεῖν, ἂν φαῦλαι ὦσιν· οὐ γὰρ μόνον μὴ ἕπε-
σθαι τοῖς ἀδίκως τι πράξασιν ἢ δογματίσασιν [3] ὁ σώφρων λόγος
ὑπαγορεύει, ἀλλ' ἐκ παντὸς τρόπου καὶ πρὸ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς
τὸν φιλαλήθη, κἂν θάνατος ἀπειλῆται, τὰ δίκαια [4] λέγειν τε καὶ D
πράττειν αἱρεῖσθαι δεῖ. Ὑμεῖς μὲν οὖν [5] ὅτι λέγεσθε εὐσεβεῖς καὶ
φιλόσοφοι καὶ φύλακες δικαιοσύνης καὶ ἐρασταὶ παιδείας, ἀκούετε
πανταχοῦ, εἰ δὲ καὶ ὑπάρχετε, [6] δειχθήσεται. Οὐ γὰρ κολακεύ-
σοντες ὑμᾶς διὰ τῶνδε τῶν [7] γραμμάτων οὐδὲ πρὸς χάριν ὁμιλή-
σοντες, ἀλλ' ἀπαιτήσοντες κατὰ τὸν ἀκριβῆ καὶ ἐξεταστικὸν λόγον E
τὴν κρίσιν ποιήσασθαι [8] προσεληλύθειμεν, μὴ προλήψει μηδ' ἀν-
θρωπαρεσκείᾳ τῇ δεισιδαιμόνων κατεχομένους ἢ ἀλόγῳ ὁρμῇ καὶ
χρονίᾳ προκατεσχηκυίᾳ φήμῃ κακῇ τὴν καθ' ἑαυτῶν ψῆφον φέ-
ροντας. Ἡμεῖς μὲν γὰρ πρὸς οὐδενὸς πείσεσθαί τι κακὸν δύνα-
σθαι λελογίσμεθα, ἢν μὴ κακίας ἐργάται ἐλεγχώμεθα ἢ πονηροὶ
διεγνώσμεθα· [9] ὑμεῖς δ' ἀποκτεῖναι μὲν δύνασθε, βλάψαι δ' οὔ. 54

10. τῆς Συρίας Παλαιστ.] Etiam apud Eusebium ante Συρ. articulus ex Codd. mstis ponendus est. Sylburg. [τῆς] Παλαιστ. (ex Euseb.) eumque sequitur Morellus, licet non opus sit articulo; nam Thirlbio monente nummi hujus urbis magno consensu ΦΛ. Ν. Π. ΣΥΡΙΑΣ ΠΑΛ.. Vetus lapis apud Gruterum p. CCCCXCV. 2.: ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΝ. ΣΥΡΙΑΣ. ΠΑΛΑΙΣΤΕΙΝΗΣ.

11. εἷς αὐτῶν] Stephanus male comma post εἷς posuit, ut ad τῶν ἀπὸ Φλ. referatur. Post αὐτῶν ex Eusebio restitui ὧν, quod Thalemannus probat et Grabio jam observante occasione ejusdem syllabae proxime praecedentis excidisse videtur.

12. πεποίημαι] Euseb. ποιοῦμαι, quae scriptura melius placet Grabio, mihi autem cum Thirlbio non item. Cf. c. 68. p. 99. D. Ceterum ἐντυγχάνειν, ut Valesius ad Euseb. l. c. uberius docet, Graeci dicunt *adire imperatorem et preces ad eum deferre*, quod plerumque fiebat scripto.

1. Τοὺς κατ'... αἱρεῖσθ. δεῖ] Citat hunc locum Joannes Damasc. Sacr. Parallel. (Opp. ed. Lequien Tom. II.) p. 753..

2. παλ. ἐξακ., ἂν] Joann Dam. minus recte π ο λ λ ῶ ν ἐπακολ., ἐάν. Mox omittit μόνον, ponit vero articulum ante θάνατος.

3. ὁ σώφρ. λόγος] H. Stephan. (in edit. epist. ad Diogn. p. 90.) minus belle legit ὁ σώφρ. λογισμός.

Palaestinae civium, unus ex illorum numero orationem et supplicationem conscripsi.

2. Praescribit ratio, ut vere pii et philosophi verum unice colant et diligant, recusantes majorum opiniones sequi, si pravae sint; neque enim id solum sana ratio praecipit, ut ne eos sequamur, qui injuste quid fecere aut docuere, sed omnino vel prae sua ipsius anima veritatis amatori, quamvis mors intentetur, eligendum est, ut aequa dicat et faciat. Quod igitur pii et philosophi appellamini et justitiae custodes ac doctrinae amatores, ubique auditis; utrum vero tales sitis, demonstrabitur. Non enim adulaturi vos hoc scripto neque ad gratiam dicturi, sed postulaturi accessimus, ut judicium ad accuratam et diligentem in inquirendo rationem faciatis, nec anticipata opinione et superstitiosis hominibus placendi studio aut impetu a ratione alieno et dudum insidente animis malo rumore detenti sententiam in vosmetipsos feratis. Censemus enim nihil nos mali a quoquam perpeti posse, nisi maleficii arguamur aut improbi deprehendamur; vos autem occidere quidem potestis, laedere vero nequaquam.

4. *λέγ. τ. κ. πράτ.*] Joann. Dam. haud male *πράτ. τ. κ. λέγ.*.

5. *ὅτι λέγεσθε*] H. Stephan. (l. c. p. 79.) conjicit haec Justini non esse, sed quum is scripsisset *ὑμεῖς μὲν οὖν εὐσεβεῖς ... ἀκούετε πανταχοῦ*, aliquem in margine ad *ἀκούετε* adnotasse: *ὅ ἐστι λέγεσθε* idque postea in textum irrepsisse. Thirlb. vult *οὖν ἐπιλέγεσθε* pro *ὅτι λέγ.* et Heumanno (Miscell. Lips. nov. Vol. III. P. 2. p. 224.) tantummodo *ὅτι* ejiciendum videtur. Melius sane pro *οὖν ὅτι* scriberetur *οἶδ' ὅτι*. Sed omnibus istis conjecturis non opus est.

6. *δειχθήσεται*] H. Stephan. (l. c. p. 90.) frustra mavult *δείξετε*. — Justinus exprimit: postquam lecta apologia imperatores sententiam de Christianis tulissent, manifestum fore, num reapse an nomine tantum philosophi et justi et pii sint.

7. *γραμμάτων*] Codd. msti ad marginem *πραγμάτων* et inde Ms. Steph.; Sylburg. commendat *προσαγορευμάτων*, sed textus bene habet.

8. *προσεληλύθειμεν*] Sylburg., Thalemann. et Braun. convenientius legendum contendunt *προσεληλύθαμεν*. Sed cf. etiam paulo infra modi variationem in *ἐλεγχώμεθα* et *διεγνώσμεθα*. — Quae Justinus hîc postulat, ea ipsa videntur Athenagoras Legat. p. Christ. c. 2. p. 4. B. ed. Colon. et Theophilus ad Autol. III. c. 4. p. 119. A. ed. Colon. imitati esse.

9. *ὑμεῖς ... δ' οὔ*] Respicit Ju-

3. Ἀλλ᾽ ἵνα μὴ ἄλογον φωνὴν καὶ τολμηρὰν δόξῃ τις ταῦτα εἶναι, ἀξιοῦμεν τὰ κατηγορούμενα αὐτῶν ἐξετάζεσθαι, καὶ ἐὰν οὕτως ἔχοντα ἀποδεικνύωνται, [1] κολάζεσθαι ὡς πρέπον ἐστί· εἰ δὲ μηδὲν ἔχοι τις ἐλέγχειν, οὐχ ὑπαγορεύει ὁ ἀληθὴς λόγος διὰ φήμην πονηρὰν ἀναιτίους ἀνθρώπους ἀδικεῖν, μᾶλλον δὲ ἑαυτούς, οἳ οὐ κρίσει, ἀλλὰ πάθει [2] τὰ πράγματα ἐπάγειν ἀξιοῦτε. Καλὴν δὲ B
καὶ μόνην δικαίαν [3] πρόκλησιν ταύτην πᾶς ὁ σωφρονῶν ἀποφανεῖται, τὸ τοὺς ἀρχομένους τὴν εὐθύνην τοῦ ἑαυτῶν βίου καὶ λόγου ἄληπτον παρέχειν, ὁμοίως δ᾽ αὖ καὶ τοὺς ἄρχοντας μὴ βίᾳ μηδὲ τυραννίδι, ἀλλ᾽ εὐσεβείᾳ καὶ φιλοσοφίᾳ ἀκολουθοῦντας τὴν ψῆφον τίθεσθαι. Οὕτως γὰρ ἂν καὶ οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ ἀρχόμενοι ἀπολαύοιεν τοῦ ἀγαθοῦ. Ἔφη γάρ που καί τις τῶν παλαιῶν· [4] Ἂν μὴ οἱ ἄρχοντες φιλοσοφήσωσι καὶ οἱ ἀρχόμενοι, οὐκ ἂν εἴη τὰς C

stinus ad Socratis dictum apud Platon. Apolog. p. 30. C. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. I. p. 71.).

1. κολάζεσθαι, ὡς πρέπον ἐστί] His verbis vulgo additur μᾶλλον δὲ κολάζειν. Sed ita locum corruptum esse, omnes editores viderunt. Quare Sylburgius, Langi versione (*seu potius ut acrius puniantur*) ductus, legi vult μᾶλλον δὲ κολάζεσθαι πικρότερον (ac sic fere habet Athenagor. Legat. p. Christ. c. 2. p. 3. A. ed. Colon.), Grabius vero additione illa rejecta reddit: *Si crimina Christianis objecta fuerint probata, puniantur, quin* (vel *seu*) *potius vos ipsi puniatis.* Porro Fabricius (Biblioth. gr. ed. Harl. Vol. VII. p. 59. sq.) Grabium corrigens ita interpretatur: *Volumus in crimina Christianis objecta inquiri, atque si ita se habere probata fuerint, pro eo atque par est puniri, seu potius (ipsimet nos) illa punire.* Sed haec quoque interpretatio non satisfacit. Maranus igitur pro ὡς πρέπον ἐστί, μᾶλλον δὲ κολάζειν legit ὡς πρέπον ἐστὶν ἄλλον δὲ κολάζειν: *ut quemlibet alium punire decet, ita puniantur.* At vero, ut jam Thalemannus intellexit, obstat δέ; debebat esse τινά. Quae quum ita sint, recte omnino Thirlbius verba μᾶλλον δὲ κολάζειν delenda esse existimavit. Nam, ut Heumannus (Miscell. Lips. nov. Vol. III. P. 2. p. 223. sq.) observat, aliquis hujus loci lector, qui κολάζεσθαι perperam scriptum esse putavit, adscripsit in margine μᾶλλον κολάζειν, quae verba librarius in textum recepit et connexionis causa δὲ inseruit. Sed erravit V. D. in eo, quod correctorem recte mutasse censet; etenim Braunio notante κολάζεσθαι (sc. αὐτούς) hoc loco vim obtinet passivam, id quod ex antecedente ἐξετάζεσθαι apparet aliisque ex locis, quorum hunc tantummodo afferemus nostro haud dissimilem: κολάζεσθαι δὲ τοὺς οὐκ ἀκολούθως τοῖς διδάγμασιν αὐτοῦ βιοῦντας — ἀξιοῦμεν (c. 16. p. 64. C.).

3. Sed ne haec quis alienam a ratione et temerariam vocem esse existimet, oramus quaeratur de criminibus, quae Christianis objiciuntur, ac si rem ita se habere pateat, puniantur ut par est; sed si nihil arguere quisquam habeat, ratio vera non praecipit, ut ob malum rumorem hominibus innocentibus injuriam faciatis, vel potius vobismetipsis, qui non judicio, sed affectu negotia facessere in animum inducitis. Atque hanc quidem praeclaram esse solamque justam conditionem sanus quisque pronuntiabit, ut innoxiam quidem privati et inculpatam vitae et doctrinae suae rationem exhibeant, itidem vero etiam principes, non vim et tyrannidem, sed pietatem et philosophiam sequentes, sententiam dicant. Sic enim et principes et ii, qui parent, bono perfruantur. Dixit enim alicubi quidam veterum: *Nisi philosophentur et qui regunt et qui*

2. *τὰ πράγμ. ἐπάγειν*] Billius (Observv. sacr. II. c. 6.) vult *τ. πρ. ἐτάζειν* (*examinare*); quod si voluisset Justinus, haud dubie *ἐξετάζειν* scripsisset, veluti c. 5. p. 55. D.: *οὐ κρίσεις ἐξετάζετε, ἀλλὰ ἀλόγῳ πάθει . . . ἐξελαυνόμενοι.* Sylburg. conjicit *τὰς εἰσπράξεις* seu *τὰς τιμωρίας*. Aliis fortasse magis placebit *τ. πρ. ὑπάγειν* h. e. *deferre res in judicium*, quae quidem conjectura minoris mutationis commendationem habet. Sed quavis possumus emendatione supersedere, si cum Grabio *πράγματα* pro *δυσχερείαις* (*vexationibus*) accipimus; valet igitur *τ. πρ. ἐπάγ.* *alicui negotium facessere*, quemadmodum Fabricio (l. c.) adnotante *ἐπάγειν κίνδυνον* in graecis scriptoribus obvium est.

3. *πρόκλησιν*] Haud male conjicit Thirlb. *πρόσκλησιν* (*provocatio in jus*), quod jam Cohort. ad Gr. c. 30. p. 30. A. ex optimis Codd. restituimus (provocat Hector ad singularem pugnam tamquam ad *judicium*); sed et vulgata lectio bene se habet, quia Marano docente illa voce saepius denotatur lata ad componendam aut avertendam discordiam *conditio*.

4. *Ἂν . . . εὐδαιμονῆσαι*] Est Platonis de republ. p. 473. D. E. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. p. 52. sq.) dictum — quum apud veteres mirifice celebratum tum imperatoribus Antonino Pio (Aurel. Victor.: Hist. rom. breviar. p. 258. ed. Lugd. Bat.) et Marco Antonino (Jul. Capitolinus: vit. M. Ant. c. 27.) admodum familiare: ergo a Justino prudenter usurpatum — de felicitate urbium, quibus qui imperant sunt philosophi. Quum igitur Plato hîc paulo aliter locutus sit, H. Stephanus (in edit. epist. ad Diogn. p. 79.) a Justino fortasse alium quemdam ex veteribus censet designari et Thalemanno verba *καὶ οἱ ἀρχόμενοι* insititia videntur esse.

πόλεις εὐδαιμονῆσαι. Ἡμέτερον οὖν ἔργον, καὶ βίου καὶ μαθημάτων τὴν ἐπίσκεψιν πᾶσι παρέχειν, [5] μήπως ὑπὲρ τῶν ἀγνοεῖν τὰ ἡμέτερα νομιζόντων τὴν τιμωρίαν, ὧν ἂν πλημμελῶσι τυφλώττοντες αὐτῶν, αὐτοῖς ὀφλήσωμεν· ὑμέτερον δέ, ὡς αἱρεῖ λόγος, ἀκούοντας ἀγαθοὺς εὑρίσκεσθαι κριτάς. Ἀναπολόγητον γὰρ λοι- D
πὸν μαθοῦσιν, ἢν μὴ τὰ δίκαια ποιήσητε, ὑπάρξει πρὸς θεόν.

4. Ὀνόματος μὲν οὖν [1] προσωνυμίᾳ οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακὸν κρίνεται ἄνευ τῶν ὑποπιπτουσῶν τῷ ὀνόματι πράξεων· ἐπεί, [2] ὅσον γε ἐκ τοῦ κατηγορουμένου ἡμῶν ὀνόματος, χρηστότατοι ὑπάρχομεν. Ἀλλ' ἐπεὶ οὐ τοῦτο δίκαιον ἡγούμεθα, διὰ τὸ ὄνομα, ἐὰν κακοὶ ἐλεγχώμεθα, αἰτεῖν ἀφίεσθαι, πάλιν, εἰ μηδὲν διά τε
τὴν προσηγορίαν τοῦ ὀνόματος καὶ διὰ τὴν πολιτείαν εὑρισκόμεθα E
ἀδικοῦντες, ὑμέτερον ἀγωνιᾶσαί ἐστι, μὴ ἀδίκως κολάζοντες τοὺς μὴ ἐλεγχομένους τῇ δίκῃ κόλασιν ὀφλήσητε. Ἐξ ὀνόματος μὲν γὰρ ἢ ἔπαινος ἢ κόλασις οὐκ ἂν εὐλόγως γένοιτο, ἢν μή τι ἐνάρετον ἢ φαῦλον δι' ἔργων ἀποδείκνυσθαι δύνηται· καὶ γὰρ τοὺς κα-
τηγορουμένους ἐφ' ὑμῶν [3] πάντας πρὶν ἐλεγχθῆναι οὐ τιμωρεῖτε, 55
ἐφ' ἡμῶν δὲ τὸ ὄνομα ὡς ἔλεγχον λαμβάνετε, καίπερ, ὅσον γε ἐκ τοῦ ὀνόματος, τοὺς κατηγοροῦντας μᾶλλον κολάζειν ὀφείλετε. Χριστιανοὶ γὰρ εἶναι κατηγορούμεθα· [4] τὸ δὲ χρηστὸν μισεῖσθαι οὐ δίκαιον. Καὶ πάλιν, ἐάν μέν τις τῶν κατηγορουμένων ἔξαρνος

5. μήπως ὑπὲρ τῶν etc.] Vulgo ὅπως ὑπὲρ τῶν etc., quae verba editores vehementer vexarunt. Billius (l. c.) post ὅπως addit μὴ et delet αὐτῶν eique adstipulatur Thirlbius, nisi quod μήπως pro ὅπως commendat; Grabius insuper pro αὐτοῖς legit αὐτοὶ idemque amplectitur Maranus, ita tamen, ut vulg. αὐτῶν recte approbet h. e. *qui ex iis* sive *inter illos caecutiunt*. Denique Thalemannus sic scribendum opinatur: *ὅπως μὴ τῶν ἀγνοεῖν τὰ ἡμέτερα νομιζόντων τὴν τιμωρίαν ὧν ἂν πλημμελῶσι τυφλώττοντες, αὐτοὶ ὀφλήσωμεν*. Equidem censeo nihil ejiciendum esse nihilque mutandum, nisi forte ὅπως in μήπως, quum cetera omnia ferri possint. Nec dubitavi illam emendationem, qua locus sanatur, textui inserere.

1. προσωνυμίᾳ] Huic voci subscriptum jota Grabius deleri vult ita vertens: *Nominis sane quidem appellatio neque bona neque mala sine factis sub nomen ipsum cadentibus judicatur*. Atque ita locum accepisse videtur Athenagoras Legat. p. Christ. c. 2. p. 3. ed. Colon.: *Οὐδὲν δὲ ὄνομα ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ οὐ πονηρὸν οὔτε χρηστὸν νομίζεται* etc.. Sed tamen etiam Justini scriptura Codd. mstis

reguntur, fieri non possit ut beatae sint civitates. Nostrum igitur munus est, ut vitae et doctrinae nostrae inspiciendae copiam omnibus faciamus, ne pro his, qui res nostras sibi videntur ignorare, poenam eorum, quae peccaverint caecutientes inter illos, nobis ipsis contrahamus; vestrum autem, ut audita, quemadmodum ratio praescribit, causa boni judices reperiamini. Nihil enim deinceps excusationis re cognita apud Deum relinquetur, si aequa non feceritis.

4. Nominis quidem appellatione nec bonum nec malum dijudicatur sine subjectis nomini actionibus; etenim, quantum ad nomen quo appellamur attinet, optimi sumus. Sed quia aequum esse non censemus, ut propter nomen, si mali esse arguamur, absolutionem petamus, rursus, si nec ob nominis appellationem nec ob vivendi rationem quidquam peccamus, vestrum est elaborare, ne plectendis injuste hominibus non convictis poenas justitiae vobis contrahatis. Ex nomine enim nec laus nec poena merito exstiterit, nisi quid egregie possit aut improbe factum probari. Nam quicumque vestrum accusantur, eos poena non afficitis antequam convincantur, in nobis autem nomen argumenti loco sumitis, quamvis, quantum ad ipsum nomen attinet, in delatores potius animadvertere deberetis. Accusamur enim quod Christiani simus; bonum autem odio haberi contra justitiam est. Deinde vero si quis ex his qui accusantur negatorem se prae-

firmata bene habet.

2. ὅσον γε] Ita Grabio et Braunio frustra repugnantibus Sylburgius recte scribendum censet pro vulgari ὅσον τε, quod Thalemannus Jonicum et poeticum esse dicit. Literae γ et τ quadrata scriptura exaratae facile inter se confunduntur. Huc accedit, quod paulo post (p. 55. A.) in simillimo loco ὅσον γε repetitur. Utrobique Sylburg. subaudit κρίνειν ἐστὶ vel simile quid.

3. ἐφ' ὑμῶν πάντας] Thalemannus conjectat ἐξ ὑμῶν. Morellus male πάντων.

4. τὸ δὲ χρηστὸν] Non ignorat S. Martyr veram nominis christiani originem, ut apparet ex Apol. I. c. 12. p. 60. A. et II. c. 6. p. 44. E.; nec ideo cum Sylburgio, Lango et Grabio legendum Χρηστιανοί. Vehementer vero antiqui tum sacri tum profani scriptores, Attici imprimis, Plato et Demosthenes in ejusmodi lusibus etymologicis et quidem in hac ipsa voce χρηστὸς elaborarunt. Cf. Grotius ad Matth. I. 21. et Dionys. Petav. in Epiph. Tom. II. p. 53. *Braunius.*

γένηται τῇ φωνῇ μὴ εἶναι φήσας, ἀφίετε αὐτὸν ὡς μηδὲν ἐλέγχειν B ἔχοντες ἁμαρτάνοντα, ἐὰν δέ [5] τις ὁμολογήσῃ εἶναι, διὰ τὴν ὁμολογίαν κολάζετε· δέον καὶ τὸν τοῦ ὁμολογοῦντος βίον εὐθύνειν καὶ τὸν τοῦ ἀρνουμένου, ὅπως διὰ τῶν πράξεων ὁποῖός ἐστιν ἕκαστος φαίνηται. Ὃν γὰρ τρόπον παραλαβόντες τινὲς παρὰ τοῦ διδασκάλου Χριστοῦ μὴ ἀρνεῖσθαι ἐξεταζόμενοι [6] παρακελεύονται, τὸν αὐτὸν τρόπον κακῶς ζῶντες ἴσως ἀφορμὰς παρέχουσι [7] τοῖς ἄλλως καταλέγειν τῶν πάντων Χριστιανῶν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν αἱρουμένοις. C Οὐκ ὀρθῶς μὲν οὐδὲ τοῦτο πράττεται. Καὶ γάρ τοι φιλοσοφίας ὄνομα καὶ σχῆμα ἐπιγράφονταί τινες, οἳ οὐδὲν ἄξιον τῆς ὑποσχέσεως πράττουσι· γινώσκετε δ᾽ ὅτι καὶ οἱ τὰ ἐναντία δοξάσαντες καὶ δογματίσαντες τῶν παλαιῶν τῷ ἑνὶ ὀνόματι προσαγορεύονται φιλόσοφοι. Καὶ τούτων τινὲς ἀθεότητα ἐδίδαξαν, καὶ τὸν Δία ἀσελγῆ ἅμα τοῖς αὐτοῦ παισὶν οἱ γενόμενοι ποιηταὶ καταγγέλλουσι· κἀκείνων τὰ διδάγματα οἱ μετερχόμενοι οὐκ εἴργονται πρὸς ὑμῶν, D ἆθλα δὲ καὶ τιμὰς τοῖς εὐφώνως ὑβρίζουσι [8] τούτους τίθετε.

5. [1] Τί δὴ οὖν τοῦτ᾽ ἂν εἴη; Ἐφ᾽ ἡμῶν ὑπισχνουμένων μηδὲν ἀδικεῖν μηδὲ τὰ ἄθεα ταῦτα δοξάζειν, [2] οὐ κρίσεις ἐξετάζετε, ἀλλ᾽ ἀλόγῳ πάθει καὶ μάστιγι δαιμόνων φαύλων ἐξελαυνόμενοι ἀκρίτως κολάζετε μὴ φροντίζοντες. Εἰρήσεται γὰρ τἀληθές· ἐπεὶ τὸ παλαιὸν δαίμονες φαῦλοι, ἐπιφανείας ποιησάμενοι, καὶ γυναῖκας ἐμοίχευσαν καὶ παῖδας διέφθειραν καὶ φόβητρα ἀνθρώποις ἔδειξαν, E ὡς καταπλαγῆναι [3] τοὺς οἳ λόγῳ τὰς γινομένας πράξεις οὐκ ἔκρινον, ἀλλὰ δέει συνηρπασμένοι καὶ μὴ ἐπιστάμενοι, δαίμονας εἶναι φαύλους, θεοὺς προσωνόμαζον καὶ ὀνόματι ἕκαστον προσηγόρευον,

5. τις] Stephanus mendose τι.

6. παρακελεύονται] Cohortantur, excitant patientia et constantia sua alios ad christianam religionem amplectendam vel saltem admirandam. *Grabius*. Tertullian. Apolog. c. 50. (Opp. ed. Leopold. P. I.) p. 128.: Illa ipsa obstinatio, quam exprobratis, magistra est. Thirlb. (in Addend.) vult παρακρoῶνται.

7. τοῖς ἄλλως] Ita recte Codd. msti, Stephan., Sylburg., Maran. et Braun., ceteri Billii (Observv. sacr. II. c. 6.) conjecturam amplexi vocula ἄλλως non intellecta τοῖς ἄλλοις, insuper Thirlb. et Davis. legere malunt: καταλ. τ. πάντ. Χρ., ὡς ἀσ. κ. ἀδικ. αἱρουμένων.

8. τούτους] Editi ante Maranum τούτοις; sed jam Bill. (l. c.), Sylburg. et Grabius recte animadverterunt melius accusativum poni, qui revera est in Codd. mstis.

beat, verbo negans se esse Christianum, dimittitis tamquam nihil habentes quod eum peccare arguatis, si quis autem confiteatur, poenam ob ipsam confessionem irrogatis; quamquam et confitentis et negantis vitam excutere oportet, ut ex actionibus qualis quisque sit intelligatur. Quemadmodum enim quidam, quum a magistro Christo didicerint non negare, interrogati hortatorum munere funguntur: sic qui male vivunt, ansam fortasse iis praebent, qui temere ad affingendam omnibus Christianis impietatem et injustitiam parati sunt. Neque id recte fit. Quidam enim philosophiae nomen et habitum prae se ferunt, qui nihil dignum hoc promisso faciunt; nec vos latet eos, qui contraria olim inter se sensere ac docuere, nomine uno appellari philosophos. Ac eorum quidem nonnulli nullos deos esse docuerunt, Jovem etiam poetae una cum ejus filiis impudicum decantant, quorum fabulas qui agunt, non prohibentur a vobis, sed deos eleganti sono exagitantibus praemia et honores ponitis.

5. Quid haec igitur sibi volunt? Erga nos, qui nihil mali facturos nec impia illa opinaturos pollicemur, non judicia accurate exercetis, sed affectu a ratione alieno ac malorum daemonum flagello agitati animadvertere indicta causa parvi penditis. Dicetur enim id quod res est: Pravi daemones, quum praesentiam suam exhiberent, mulieres stuprarunt et pueros imminuerunt et terricula hominibus monstrarunt ita, ut percellerentur qui res quae fiebant non ratione dijudicabant, sed metu correpti et ignari, malos daemones esse, deos appellabant et eo quemque designabant nomine, quod sibi quisque

1. *Τί... εἴη;*] Ita interpungunt Maranus et Braunius. Stephanus vero *Τί... εἴη ἐφ' ... δοξάζειν. οὐ* etc. et Fabricius (Biblioth. gr. ed. Harl. Vol. VII. p. 60.) *Τί... ἡμῶν;* h. e. *Quare igitur ita agitur nobiscum? Ut nempe a vobis prohibeamur.* Ceteri habent post *δοξάζειν* signum interrogationis. Grabio incidit, *οὐ* post *οὖν* forte excidisse: *Quare ergo non nobis ista fit gratia?* cujus scilicet modo mentionem fecerat Justinus.

2. *οὐ κρίσεις*] Grabius scribendum suspicatur *οὐ κρίσει* (coll. c. 3. p. 54. B.), Pearson. *οὓς οὐ κρίσει.* Nihil mutamus.

3. *τοὺς*] Pearson. vult *αὐτούς.*

ὅπερ ἕκαστος [4] αὑτῷ τῶν δαιμόνων ἐτίθετο. Ὅτε δὲ Σωκράτης
λόγῳ ἀληθεῖ καὶ [5] ἐξεταστικῶς ταῦτα εἰς φανερὸν ἐπειρᾶτο φέρειν 56
καὶ ἀπάγειν τῶν δαιμόνων τοὺς ἀνθρώπους, [6] καὶ αὐτοὶ οἱ δαίμο-
νες διὰ τῶν χαιρόντων τῇ κακίᾳ ἀνθρώπων ἐνήργησαν ὡς ἄθεον
καὶ ἀσεβῆ ἀποκτεῖναι, λέγοντες [7] καινὰ εἰσφέρειν αὐτὸν δαιμόνια.
Καὶ ὁμοίως ἐφ' ἡμῶν τὸ αὐτὸ ἐνεργοῦσιν· οὐ γὰρ μόνον [8] ἐν
Ἕλλησι διὰ Σωκράτους ὑπὸ λόγου ἠλέγχθη ταῦτα, ἀλλὰ καὶ ἐν
βαρβάροις ὑπ' αὐτοῦ τοῦ λόγου μορφωθέντος καὶ ἀνθρώπου γενο-
μένου καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ κληθέντος, ᾧ πεισθέντες ἡμεῖς τοὺς B
ταῦτα πράξαντας δαίμονας οὐ μόνον μὴ ὀρθοὺς εἶναί φαμεν, ἀλλὰ
κακοὺς καὶ ἀνοσίους δαίμονας, οἳ οὐδὲ τοῖς ἀρετὴν ποθοῦσιν ἀν-
θρώποις τὰς πράξεις ὁμοίας ἔχουσι.

6. Ἐνθένδε καὶ ἄθεοι κεκλήμεθα. Καὶ ὁμολογοῦμεν τῶν
τοιούτων νομιζομένων θεῶν ἄθεοι εἶναι, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ ἀληθεστά-
του καὶ πατρὸς δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης καὶ τῶν ἄλλων ἀρε-
τῶν, ἀνεπιμίκτου τε κακίας θεοῦ· ἀλλ' ἐκεῖνόν τε, καὶ τὸν παρ' C
αὐτοῦ υἱὸν ἐλθόντα [1] καὶ διδάξαντα ἡμᾶς ταῦτα, καὶ τὸν τῶν

4. αὑτῷ] Braun. αὐτῷ scribendum esse dicit, sed jam Heumann. (Miscell. Lips. nov. Vol. III. P. 2. p. 225.) monet Justinum haud dubie αὑτῷ scripsisse, cujus rei exempla etiam apud scriptores extraneos sat ampla sunt. Ceterum in simili loco Apol. II. c. 10. p. 44. C. ἑαυτῷ legitur.

5. ἐξεταστικῶς] Arcerius mavult ἐξεταστικῷ, ad λόγῳ sc. facta relatione.

6. καὶ αὐτοὶ] Thirlbius acute legit αὐτὸν idemque cum Davisio, quocum Braunius facit, paulo post μὴ θεοὺς s. οὐ θεοὺς pro μὴ ὀρθούς, Heumannus (l. c.) autem, recte monens Thirlbium, unde ὀρ natum sit, minus verisimiliter docere, vult μὴ ὁρατούς. Nihil sane, ut Marani verbis utar, incommodi esset, si Justinus ita scripsisset, sed quum aliter scriptum habeamus et utraque scriptura apte et commode posita sit, quid opus est sana ac minime corrupta emendare? — Contendit enim Justinus, a Christianis daemones neutiquam ὀρθοὺς vocari — id quod a gentibus fiebat, apud quos, ut inter omnes constat, plerumque ἀγαθοὶ δαίμονες appellabantur — sed potius (ἀλλά, cui recte non additum est καί) κακούς.

7. καινὰ ... δαιμόνια] Cf. Xenoph. Memorabil. c. 1. p. 3. sq. ed. Herbst. et Plat. Apolog. Socr. p. 24. B. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. I. p. 56.).

8. ἐν Ἕλλησι] Vulgo omittitur praepositio, sed eam legendam esse (respondet ἐν βαρβάροις; coll. c. 7. p. 56. D. al.) post Perionium omnes observarunt. Quare restitui.

1. καὶ διδάξαντα ἡμᾶς etc.]

daemon imposuisset. Postquam autem Socrates vera et exquisita ratione haec in lucem proferre et a daemonibus homines abducere conatus est, ipsi daemones hominum nequitia gaudentium opera perfecerunt, ut velut atheus et impius necaretur, dictitantes: *nova ab eo daemonia induci.* Hoc idem contra nos pariter moliuntur; neque enim apud Graecos solum haec a Logo per Socratem sunt convicta, sed apud barbaros quoque ab ipso illo Logo forma induto et homine facto et Jesu Christo appellato, cui nos credentes, daemones, qui haec perpetrarunt, non modo non bonos esse dicimus, sed malos et nefandos daemones, qui nec hominibus quidem virtutis cupidis similes actiones habeant.

6. Inde ortum, ut athei appellaremur. Atque atheos quidem nos esse confitemur, si de opinatis ejusmodi diis agatur, secus vero si de verissimo illo et justitiae et temperantiae et ceterarum virtutum Patre nullaque admixto vitiositate Deo; sed eum, et Filium qui ab eo venit ac nos illa docuit, et cetero-

Langus, Grabius et Thalemannus *ἀγγέλων στρατὸν* atque *ἡμᾶς* sic jungunt cum *διδάξαντα*, ut Christus non homines modo, sed etiam angelos dicatur docuisse; Roesslerus (*Biblioth. der Kirchenvät.* Tom. I. p. 106. sq.) et Moehlerus (*Tübing. theol. Quartalschr.* 1833. fasc. 1. p. 53. sqq.) copulant *ἀγγέλ. στρ.* et *ταῦτα* cum *διδάξαντα*: *Filius Dei nos non solum de his, sed etiam de angelis edocuit*; Keilius (Opuscc. acad. ed. Goldhorn. Lips. 1821. p. 556. sq.) mavult *στρατηγὸν* pro *στρατόν*, ut Christus dux appelletur angelorum, quin imo Muenterus (*Handb. d. ältest. christl. Dogmen-Gesch.* ed. Ewers. Gotting. 1804. Vol. II. P. 1. p. 7. sq.) etiam *ἄλλων* mutandum dicit in *ἁπάντων*. Verum enim vero recte Maranus, Braunius (coll. Achterfeldti al. *Zeitschrift für Philos. u. kathol. Theologie.* Colon. 1833. fasc. 5. p. 91. sqq.), Neander (in Ullmanni et Umbr. *Theolog. Studien u. Kritik.* Hamb. 1833. fasc. 3. p. 774. sqq.), Georgii (in Stirmii *Studien d. evangel. Geistlichk. Würtembergs.* Stuttg. 1838. Vol. X. fasc. 2. p. 76. sqq.) et Hasselbach (in U. et U. *Th. Stud. u. Kr.* 1839. fasc. 2. p. 329. sqq.) verba *καὶ τὸν τῶν ἄλλων … στρατὸν* ita pendere censent a *σεβόμεθα καὶ προσκυνοῦμεν*, ut revera de angelorum cultu disseratur. *Ταῦτα* autem non referendum est ad id, quod antea de paganis daemonibus, sed ad id, quod modo de veri Dei attributis (*δικαιοσ. καὶ σωφροσ.* etc.) erat expositum. — Hoc de loco vexatissimo plura si vis, adeas librum meum: De Justini Martyr. scriptis et doctrina p. 143. sqq.

ἄλλων ἑπομένων καὶ ἐξομοιουμένων ἀγαθῶν ἀγγέλων στρατόν,
πνεῦμά τε τὸ προφητικὸν σεβόμεθα καὶ [2] προσκυνοῦμεν, λόγῳ καὶ
ἀληθείᾳ τιμῶντες καὶ παντὶ βουλομένῳ μαθεῖν, [3] ὡς ἐδιδάχθημεν,
ἀφθόνως παραδιδόντες.

7. Ἀλλὰ φήσει τις· Ἤδη τινὲς ληφθέντες ἠλέγχθησαν κακοῦρ-
γοι. [1] Καὶ γὰρ πολλοὺς πολλάκις, ὅταν ἑκάστοτε τῶν κατηγορουμέ- D
νων τὸν βίον ἐξετάζητε, ἀλλ᾽ οὐ διὰ τοὺς προλεχθέντας καταδικά-
ζετε. Καθόλου μὲν οὖν κἀκεῖνο ὁμολογοῦμεν, ὅτι ὃν τρόπον οἱ ἐν
Ἕλλησι τὰ αὐτοῖς ἀρεστὰ δογματίσαντες ἐκ παντὸς τῷ ἑνὶ ὀνόματι
φιλοσοφίας προσαγορεύονται, καίπερ τῶν δογμάτων ἐναντίων ὄν-
των, οὕτως καὶ τῶν ἐν βαρβάροις γενομένων καὶ δοξάντων σοφῶν
τὸ ἐπικατηγορούμενον ὄνομα κοινόν ἐστι· Χριστιανοὶ γὰρ πάντες
προσαγορεύονται. Ὅθεν πάντων τῶν καταγγελλομένων ὑμῖν τὰς E

coll. 138. sq. et Semisch.: *Justin der Märtyr.* P. II. p. 350. sqq. coll. 319. sq.. Non ad manus erant anonymi auctoris dissertatio in Biblioth. litter., being a collection of inscriptions, medals, dissertations etc. Lond. 1724. 4. No. VIII., qua (p. 1. sqq.) hic Justini locus sub examen vocatur, et [James Bryant] Observations on a controverted passage in Just. M. p. 47. ed. Bened. Lond. 1793. 4.

2. προσκυν. λόγῳ κ. ἀληθ. τιμ.] Coll. ev. Joann. IV. 24..

3. ὡς ἐδιδ.] Erunt fortasse qui omnino legendum putent ὅσα; nos nihil mutamus. *Thirlbius.*

1. *Καὶ γὰρ* ... καταδικάζετε] Haec verba admodum tentata sunt. Perionius, Maranus et Braunius pro διὰ τοὺς προλεχθέντας volunt διὰ τοὺς προελεγχθέντας legi: Multos sane condemnatis, quum de cujusque vita inquiritis, sed eos non condemnatis propter eos qui jam convicti fuere; quare etiamsi nonnulli ex Christianis convicti fuerint, non idcirco ceteri condemnandi. Ita quoque Billius (Observ. sacr. II. c. 6.), nisi quod πάντας ante διὰ τοὺς inserendum opinatur. Grabius, qui ad πολλάκις perperam ἐλέγχετε subintelligit, nil nisi τοὺς in τοῦτο vertit, quod rei non propter malefacta, quorum sint convicti, damnentur, sed propterea, quod sint Christiani. Davisio reponendum videtur: *Καὶ γὰρ* π ο λ λ ο ὶ πολλάκις... ἀλλ᾽ οὔ, διὰ τοὺς προλεχθέντας, π ά ν τ α ς καταδικάζετε. Scriptor anonymus in Miscellan. observatt. in auctores veteres et recentiores Vol. I. Tom. 3. p. 365. sq. corrigit: *Καὶ γὰρ* π ο λ λ ο ὶ πολλάκις, ὅταν ... ἐξετάζητε· ἀλλ᾽ οὐ διὰ τ ο ῦ τ ο τοὺς προλεχθέντας καταδικάζετε h. e. inter eos, quos Christianos creditis, non solummodo aliqui, sed multi malefici inveniuntur et a vobis hac de causa condemnantur; sed sciatis has personas non esse veros Christianos, non sunt οἱ προλεχθέντες veri adoratores perfectissimi Dei ejusque Filii et sancti Spiritus. Lego equi-

rum assectantium et assimilatorum bonorum Angelorum exercitum, Spiritumque propheticum colimus et adoramus, ratione et veritate venerantes et cuique discere volenti, ut edocti sumus, citra invidiam impertientes.

7. Sed dicet aliquis: Jam nonnulli, quum comprehensi fuissent, convicti sunt malefacti. Sane multos quidem persaepe, quum singulatim in vitam reorum inquiritis, sed non propter praedictos condemnatis. Illud ergo generatim confitemur, quemadmodum ii, qui apud Graecos arridentes sibi opiniones docuere, uno omnino philosophiae nomine appellantur, quamvis contrariae sint eorum sententiae, ita et iis, qui apud barbaros exstitere aut existimati sunt sapientes, commune impositum esse nomen; Christiani enim appellantur omnes. Rogamus itaque ut omnium, qui apud vos accusantur, dijudicentur actio-

dem, ut est in textu, hoc fere modo explicans: *Sed dicet aliquis: Jam aliquot Christiani, postquam comprehensi sunt, criminis sunt convicti. Ita est; nam sane* (Καὶ γὰρ enim ponitur ad rem, quae jam per se non dubia est, magis affirmandam) *multos* (h. e. haud paucos scil. Christianos) *saepe* (nam πολλάκις quoque ad sententiam augendam appositum est: et saepe quidem, sive: id quod saepenumero solet fieri), *quum in judicio vitam eorum singulatim disquiritis, condemnatis, sed non* (scil. condemnatis; etenim struendum, ut jam Maranus vidit: πολλοὺς πολλάκις καταδικάζετε, ἀλλ᾽ οὐ διὰ τ. προλ. scil. καταδικάζετε) *ob illos, de quibus antea locutus sum,* h. e. bonos verosque Christianos; hi scilicet nihil peccantes non in causa sunt. Est enim discrimen inter Christianos faciendum, quum eorum sint alii boni et reapse Christiani, qui Deum perfectissimum ejusque Filium etc. λόγῳ et ἀληθείᾳ colunt, alii mali, qui dumtaxat nomine tenus Christiani sunt. Res igitur nequaquam a solo nomine pendet. Nam, inquit Justinus, quemadmodum apud Graecos variae sectae reperiuntur, multum suis dogmatis a se invicem differentes, et tamen omnes uno eodemque communi nomine vocantur Philosophi, sic apud nos plane idem casus est: multi nomine Christianorum utuntur, quorum dogmata et actiones a nobis condemnantur (ad hos praeter alios etiam Menandri et Marcionis discipuli [c. 26. p. 70. A. B.], Marciani, Valentiniani, Basilidiani, Saturniliani [Dial. c. Tr. c. 35. p. 253. E. 254. A.] referuntur). Nemo ergo — ita Martyr recte concludit — a judicibus ethnicis puniatur tamquam Christianus (ὡς Χριστιανός); sin inculpatus quis comperiatur, absolvatur tamquam innocens Christianus.

πράξεις κρίνεσθαι ἀξιοῦμεν, ἵνα ὁ ἐλεγχθεὶς ὡς ἄδικος κολάζηται, ἀλλὰ μὴ ὡς Χριστιανός, ἐὰν δέ τις ἀνέλεγκτος [2] φάνηται, ἀπολύηται ὡς Χριστιανὸς οὐδὲν ἀδικῶν. [3] Οὐ γὰρ τοὺς κατηγοροῦν-
τας κολάζειν ὑμᾶς ἀξιώσομεν· ἀρκοῦνται γὰρ τῇ προσούσῃ πονη- 57
ρίᾳ καὶ τῇ τῶν καλῶν ἀγνοίᾳ.

8. Λογίσασθε δ' ὅτι ὑπὲρ [1] ὑμῶν ταῦτα ἔφημεν, ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν εἶναι ἀρνεῖσθαι ἐξεταζομένους. Ἀλλ' οὐ βουλόμεθα ζῆν ψευδολογοῦντες· τοῦ γὰρ αἰωνίου καὶ [2] καθαροῦ βίου ἐπιθυμοῦντες τῆς μετὰ θεοῦ τοῦ πάντων πατρὸς καὶ δημιουργοῦ διαγωγῆς ἀντιποιούμεθα, καὶ σπεύδομεν ἐπὶ τὸ ὁμολογεῖν οἱ πεπεισμένοι καὶ πιστεύοντες τυχεῖν τούτων δύνασθαι τοὺς τὸν θεὸν δι' ἔργων πεί-
σαντας, ὅτι αὐτῷ εἵποντο καὶ τῆς παρ' αὐτῷ διαγωγῆς ἤρων, ἔν- B
θα κακία οὐκ ἀντιτυπεῖ. [3] Ὡς μὲν οὖν διὰ βραχέων εἰπεῖν, ἅ τε προσδοκῶμεν καὶ μεμαθήκαμεν διὰ τοῦ Χριστοῦ καὶ διδάσκομεν, ταῦτά ἐστι. Πλάτων δὲ ὁμοίως ἔφη [4] Ῥαδάμανθυν καὶ Μίνω κολάσειν τοὺς ἀδίκους παρ' αὐτοὺς ἐλθόντας· ἡμεῖς δὲ τὸ αὐτὸ πρᾶγμά φαμεν γενήσεσθαι, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, [5] καὶ τοῖς αὐτοῖς σώμασι μετὰ τῶν ψυχῶν γινομένων καὶ αἰωνίαν κόλασιν κολασθησομένων, ἀλλ' οὐχὶ [6] χιλιονταετῆ περίοδον, ὡς ἐκεῖνος ἔφη,
μόνον. Εἰ μὲν οὖν ἄπιστον ἢ ἀδύνατον τοῦτο φήσει τις πρὸς C
ἡμᾶς, [7] ἥδε ἡ πλάνη ἐστὶν ἄλλου πρὸς ἕτερον, μέχρις οὗ ἔργῳ μηδὲν ἀδικοῦντες ἐλεγχόμεθα.

2. φάνηται] Hoc jam indicavit Sylburg. recteque Braun. in textum recepit pro vulgata φανῆται.

3. Οὐ γὰρ . . . ἀξιώσομεν] Respexit, nisi fallor, Justinus rescriptum Adriani imp. huic apologiae subnexum, cujus clausula poenam minatur iis, qui per calumniam Christianis crimen intentarint. *Grabius*.

1. ὑμῶν] Frustra Perionius legendum putat ἡμῶν.

2. καθαροῦ] Scriptor anonymus in Miscell. observatt. in auctores veteres et recentiores Vol. I. Tom. 3. p. 366. scribendum notat μακαρίου, quia Justinus omnibus locis, ubi loquatur de futuro bonorum statu, nihil περὶ τῆς καθαρότητος dicat. Sed vita futura cur nequeat vocari p u r a v i t a ex oppositione vitae hujus vitiis contaminatae equidem non video.

3. Ὡς . . . εἰπεῖν] Annon hîc articuli fidei desunt? An nondum symbolum fidei confectum est? *Pearson*. Respicit Justinus ad antecedentia.

4. Ῥαδάμ. κ. Μίνω etc.]. Cf. Plat. Gorgias p. 523. E. 524. A. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. IV. p. 165. sq.). Thalemann. male Ῥαδάμανθον.

nes, ut, qui convictus fuerit, puniatur ut improbus, nequaquam autem ut Christianus, si quem autem extra noxiam esse pateat, dimittatur ut innocens Christianus. Nam ut in ipsos delatores animadvertatis, minime rogabimus; satis enim illis est supplicii sua ipsorum nequitia ac bonarum rerum ignoratio.

8. Vestra autem causa haec a nobis dicta esse ex eo intelligite, quod in nobis situm sit negare quum inquirimur. Sed vivere nolumus obstricti mendacio; aeternae enim ac purae vitae cupidi ad domicilium cum Deo universorum patre et opifice promissum contendimus, ac properamus ad confitendum, quum persuasum habeamus et credamus, haec bona ab illis comparari posse, qui factis suis testati Deo fuerint, se illum sectatos esse ac illud apud eum domicilium adamasse, ubi nulla vitiositas reluctatur. Ut igitur brevissime dici potest, haec sunt quae exspectamus quaeque a Christo didicimus et docemus. Similiter quidem Plato improbos, postquam ad Minoem et Rhadamanthum venerunt, punitum iri ab illis dixit; nos autem idem illis eventurum dicimus, sed a Christo, idque exsistentibus in iisdem corporibus una cum suis animabus, ut poena aeterna puniantur, non mille annorum, ut iste dixit, circuitu definita. Quodsi quis incredibile vel impossibile dicat, communis est hic error, quamdiu re ipsa nullius malefacti arguimur.

5. *καὶ . . . κολασθησομένων*] Davis. mavult *Κἀν* (vel *καὶ ἐν*) *τοῖς αὐτ. σώμ. μὲν τῶν ψυχ. γινομ.* etc., Thirlb. *καὶ τοῖς . . . γινομένοις . . . κολασθησομένοις*. Maranus vero ad vulg. *γινομένων* supplet *αὐτῶν* vel *ἀνθρώπων γινομένων αὐτοῖς σώμασι*, vel *ἐν αὐτοῖς σώμασι μετὰ τῶν ψυχῶν*.

6. *χιλιονταετῆ περίοδον*] Cf. Plat. Phaedrus p. 249. A. (Vol. X. p. 326.) coll. de republ. p. 615. A. (Vol. VII. p. 324.).

7. *ἥδε ἡ πλάνη . . . ἐλεγχόμεθα*] Maranianus textus contra Codd. mstos *ἡ δὲ πλάνη*. Perionius sic reddit: *error hic unus est cum altero, quoad re ipsa nihil nos sceleris admittere doceatur;* Langus: *in errorem hoc alium ex alio seductio fuerit.* His interpretationibus improbatis Fabricio (Biblioth. gr. ed Harl. Vol. VII. p. 60.) *πλάνη ἄλλου πρὸς ἕτερον* est error, quo quis decipitur in subjecto: *Si hoc quisquam incredibile esse nobis dixerit aut ita fieri posse negaverit, error noster saltim consistet in eo, quod nos alii cuidam* (Christo nempe) *tribuimus, quod vos* (ethnici) *Rhadamantho et Minoi vindicatis, dum interim in re ipsa nihil peccasse aut*

9. Ἀλλ' οὐδὲ θυσίαις πολλαῖς καὶ πλοκαῖς ἀνθῶν [1] τιμῶμεν,
οὓς ἄνθρωποι μορφώσαντες καὶ ἐν ναοῖς ἱδρύσαντες θεοὺς προσ-
ωνόμασαν, ἐπεὶ ἄψυχα καὶ νεκρὰ ταῦτα γινώσκομεν καὶ θεοῦ
μορφὴν μὴ ἔχοντα ([2] οὐ γὰρ τοιαύτην ἡγούμεθα τὸν θεὸν ἔχειν τὴν
μορφήν, ἥν φασί τινες εἰς τιμὴν μεμιμῆσθαι), ἀλλ' ἐκείνων τῶν D
φανέντων κακῶν δαιμόνων καὶ ὀνόματα καὶ σχήματα ἔχειν. Τί γὰρ
δεῖ εἰδόσιν ὑμῖν λέγειν, ἃ τὴν ὕλην οἱ τεχνῖται διατιθέασι ξέοντες καὶ
τέμνοντες καὶ χωνεύοντες καὶ τύπτοντες; Καὶ ἐξ ἀτίμων πολλάκις
σκευῶν διὰ τέχνης τὸ σχῆμα μόνον ἀλλάξαντες καὶ [3] μορφοποιήσαν-
τες θεοὺς ἐπονομάζουσιν. Ὅπερ οὐ μόνον ἄλογον ἡγούμεθα, ἀλλὰ
καὶ ἐφ' ὕβρει τοῦ θεοῦ γίνεσθαι, ὃς ἄῤῥητον δόξαν καὶ μορφὴν
ἔχων ἐπὶ φθαρτοῖς καὶ δεομένοις θεραπείας πράγμασιν ἐπονομάζε- E
ται. Καὶ ὅτι οἱ τούτων τεχνῖται ἀσελγεῖς τε καὶ πᾶσαν κακίαν,
ἵνα μὴ καταριθμῶμεν, ἔχουσιν, ἀκριβῶς ἐπίστασθε· καὶ τὰς ἑαυ- 58
τῶν παιδίσκας συνεργαζομένας φθείρουσιν. Ὢ τῆς ἐμβροντησίας,
ἀνθρώπους ἀκολάστους θεοὺς εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι πλάσσειν [4] λέ-
γεσθαι καὶ μεταποιεῖν, καὶ τῶν ἱερῶν, ἔνθα ἀνατίθενται, φύλακας
τοιούτους καθιστάναι, μὴ συνορῶντας ἀθέμιτον καὶ τὸ νοεῖν ἢ
λέγειν ἀνθρώπους θεῶν εἶναι φύλακας.

10. Ἀλλ' οὐ [1] δέεσθαι τῆς παρὰ ἀνθρώπων ὑλικῆς προσ-

absurdi statuisse a vobis convinci possumus. Davisius et Thirlbius adstipulante Braunio argutius quam verius deleto post ἡμᾶς signo distinctivo minimo s. commate interpungunt post τις et mutant ἄλλον in ἀλλ' οὐ: *ad nos ille error attinet, non ad alium quemvis, dummodo* (?) *re ipsa* etc.. At tum vero nescio an Justinus πρὸς ἑτέρους s. ἄλλους scripserit, nedum sententia satis Justiniana sit. Recte igitur Thalemanno quoque suffragante Maranus: Voces, inquit, illae ἥδε ἡ πλάνη ἐστὶν ἄλλου πρὸς ἕτερον idem sonant ac πλάνη ἀλλοπρόσαλλος *error communis* et *quotidianus*, quem si quis nobis objiciat, facile sit in ipso censore simile aliquod vitium castigare. Non inusitata, addit V. D., est Justino et aliis apologetis haec ratiocinatio. Postulat in eadem apologia c. 20. — 22. p. 66. — 68., ut Christiani, dum corporum resurrectionem atque filium Dei natum et crucifixum praedicant, non absurdiora dicere videantur, quam ethnicorum philosophi et poetae, qui de filiis deorum multa finxerint. Coll. c. 68. p. 99. B. Tertullianus Apolog. c. 21. (Opp. ed. Leopold. P. I.) p. 88. de Logi incarnatione loquens: *Recipite interim*, inquit, *hanc fabulam, similis est vestris.* Sylburg., si id magis placet, pro ἐλεγχόμεθα vult ἐλεγχώμεθα.

1. τιμῶμεν οὓς] Hoc modo legendum esse omnes editores ante

9. Neque etiam victimarum copia et florum coronis colimus, quos homines, postquam effinxere et in fanis collocavere, deos appellarunt, siquidem inanimata et mortua haec esse nec Dei forma praedita (neque enim talem Deo inesse formam putamus, qualem quidam colendi causa simulatam dicunt), sed malorum illorum, qui apparuerunt, daemonum et nomina et figuras referre novimus. Quid enim attinet vobis, qui probe scitis, exponere, ad quod artifices materiam tractent scalpendo et caedendo et fundendo et tundendo? Imo saepe ex vasis inhonestis forma tantum artificiose immutata atque effigie inducta deos cognominant. Quod quidem non solum a ratione alienum esse, sed etiam contumeliose in Deum fieri censemus, qui quum gloriam et formam non enarrabilem habeat, ejus nomen rebus corruptioni obnoxiis et assiduam curam requirentibus imponitur. Atque horum artifices vitio omni, ne singula recenseam, deditos esse accurate nostis; etiam suas ancillas, dum secum laborant, constuprant. O stuporem, incontinentes homines deos ad colendum fingere dici et transformare, ac fanorum, in quibus illi collocantur, tales constituere custodes: quippe non intelligentes, et cogitatu et dictu nefas esse, homines deorum esse custodes!

10. Neque etiam materialibus hominum donis Deum in-

Maranum observarunt, sed is primus illud ex Cod. Clarom. in textum recepit pro vulg. *τιμωμένους* (Reg.). Nemini sane persuadebunt H. Stephanus, qui (in edit. epist. ad Diogn. p. 48.) *τιμωμένους ἀνθρώπους*... *προσωνομάσαμεν* legit, et Sylburgius, qui *τιμ. ἀνθρωπομορφώσαντες*... *προσωνομάκαμεν* vult.

2. *οὐ γὰρ τοιαύτην ἡγ. τὸν θεὸν*] Frustra Perionius ob sequentia *ἀλλ᾽ ἐκείνων* etc. neque parenthetice illa dicta esse intelligens mavult: *οὐ γὰρ τοιαῦτα ἡγούμεθα τοῦ θεοῦ* etc.

3. *μορφοποιήσαντες*] H. Stephanus (l. c. p. 50.) praeter necessitatem vel *ἀνθρώπους* vel *ἀνθρώπων εἰκόνας* ante vel post *μορφοπ.* positum arbitratur: *postquam hominum figuras repraesentarunt.* Recte Maranus opponit, paulo ante legi *οὓς ἄνθρωποι μορφώσαντες* et c. 5. p. 56. A. *λόγου μορφωθέντος.*

4. *λέγεσθαι*] Sic H. Stephanus (l. c. p. 49.) bene pro *λέγεσθε* conjectat in Codd. mstis obvio; textui inseruerunt Morell., Maran., Thalemann. et Braun..

1. *δέεσθαι*] Thalemann. vult scribi *δεῖσθαι.*

φορᾶς [2] προσειλήφαμεν τὸν θεόν, αὐτὸν παρέχοντα πάντα ὁρῶν- B
τες· ἐκείνους δὲ προσδέχεσθαι αὐτὸν μόνον δεδιδάγμεθα καὶ πε-
πείσμεθα καὶ πιστεύομεν, τοὺς τὰ προσόντα αὐτῷ ἀγαθὰ μιμου-
μένους, σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην καὶ φιλανθρωπίαν, καὶ ὅσα
οἰκεῖα θεῷ ἐστί, τῷ μηδενὶ ὀνόματι θετῷ καλουμένῳ. Καὶ πάντα
[3] τὴν ἀρχὴν ἀγαθὸν ὄντα δημιουργῆσαι αὐτὸν [4] ἐξ ἀμόρφου ὕλης
δι' ἀνθρώπους δεδιδάγμεθα· οἱ ἐὰν ἀξίους τῷ ἐκείνου [5] βουλεύ-
ματι ἑαυτοὺς δι' ἔργων δείξωσι, τῆς μετ' αὐτοῦ ἀναστροφῆς κατ- C
αξιωθῆναι προσειλήφαμεν συμβασιλεύοντας, ἀφθάρτους καὶ ἀπα-
θεῖς γενομένους. Ὃν τρόπον γὰρ τὴν ἀρχὴν οὐκ ὄντας ἐποίησε,
τὸν αὐτὸν ἡγούμεθα τρόπον διὰ τὸ ἑλέσθαι τοὺς αἱρουμένους τὰ
αὐτῷ ἀρεστὰ καὶ ἀφθαρσίας καὶ συνουσίας καταξιωθῆναι· τὸ μὲν
γὰρ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι, οὐχ ἡμέτερον ἦν, τὸ δ' ἐξακολουθῆσαι οἷς
φίλον αὐτῷ αἱρουμένους, δι' ὧν αὐτὸς ἐδωρήσατο λογικῶν δυνά- D
μεων, πείθει τε καὶ εἰς πίστιν ἄγει ἡμᾶς. Καὶ ὑπὲρ πάντων ἀνθρώ-
πων ἡγούμεθα εἶναι [6] τῷ μὴ εἴργεσθαι ταῦτα μανθάνειν, ἀλλὰ καὶ
προτρέπεσθαι ἐπὶ ταῦτα· [7] ἅπερ γὰρ οὐκ ἠδυνήθησαν οἱ ἀνθρώ-
πειοι νόμοι πρᾶξαι, ταῦτα [8] ὁ λόγος θεῖος ὢν εἰργάσατο, εἰ μὴ

2. *προσειλήφαμεν*] Hîc et paulo infra Grabius post H. Stephanum (in edit. epist. ad Diogn. p. 52.) et Sylburgium mallet *προειλήφαμεν*, Thalemann. *παρειλήφαμεν*. Sed Justinus Marano jam observante saepius hanc vocem usurpat ad ea significanda, quae a Christo ejusque apostolis edocti sunt Christiani.

3. *τὴν ἀρχὴν*] Langus, Grabius et Thirlb. vertunt *in principio* (*anfangs*), Maranus *ab initio* (*von Anfang an*), Braunius *omnino* (*überhaupt*, *schlechthin*: coll. c. 19. p. 65. D.; non semper tamen, si id significat, locum negativam continere sententiam necesse est, cf. ev. Joann. VIII. 25., Herod. Histor. I. c. 9. al.). Haec tria verbis *τὴν ἀρχὴν* inesse, quis negaverit? Sed recte vidit Ritterus (Animadvv. in primam S. Justini apolog. p. 12.), dumtaxat primitivam significationem nostro loco valere; praesertim quum in eadem fere sententia c. 59. p. 92. D. (*πῶς τὴν ἀρχὴν καὶ ἐκ τίνων ἐδημιούργησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον, ἔφη οὕτως· Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν* etc.) nihil aliud nisi *primitus* (*ἐν ἀρχῇ*) denotare queat (coll. Apol. II. c. 6. p. 44. D.). Praeterea bis occurrit in eodem nostro capite, ubi etiam prima significatio praeferenda videtur, ita quidem, ut *τὴν ἀρχὴν οὐκ ὄντας ἐποίησε* creationem generis humani initio mundi et *τὴν ἀρχὴν γενέσθαι, οὐχ ἡμέτερον ἦν* creationem innuat singulorum hominum, quorum tempore procedente cuivis fuit initium; quod si

digere accepimus, ipsum omnia largiri cernentes; eos vero solos illi probari didicimus et persuasum habemus et credimus, qui insita illi bona imitantur, temperantiam, justitiam et humanitatem, et quaecumque Dei, qui nullo imposito nomine vocatur, propria sunt. Et quum bonus sit, omnia eum initio ex informi materia propter homines condidisse didicimus; quos quidem, si dignos se operibus illius consilio exhibuerint, adepturos accepimus, ut cum eo degant atque una regnent corruptionis et perpessionis expertes. Quemadmodum enim initio non exsistentes creavit, eodem modo futurum credimus, ut ii, qui elegerint quae ipsi placent, ob hanc eligendi rationem immortalitate et Dei convictu et consuetudine dignentur; nam ut initio fieremus, in nobis situm non erat: ut autem ea, quae ipsi placent, sequamur adhibitis ad eligendum rationalibus facultatibus, quas ab eo accepimus, nobis persuadet et ad fidem nos adducit. Atque id quidem ad omnes homines pertinere arbitramur, eo quod non arceantur ab his discendis, sed potius hortatu ad ea incitentur. Quod enim non potuerant leges humanae perficere, id Logos divinus praestitisset, nisi mali

non statueris, illam particulam priori loco *omnino* vertendam esse et altero certe abundare concedas oportet.

4. *ἐξ ἀμόρφου ὕλης*] Haec verba Halloixius (S. Justini Phil. et Mart. vita et docum. Duaci 1622. Fol. p. 329.) tamquam spuria ejicit, quod materiam Deo coaeternam supponant. Langus: *ex nihilo et non ex informi materia.* Sed vid. librum meum: De Justini Matyr. scriptis et doctrina p. 130. sq. et Semisch.: *Justin der Märtyr.* P. II. p. 334. sqq..

5. *βουλεύματι*] Sylburg. aptius (?) dicit *βουλήματι* et mox *συμβασιλεύσοντας*.

6. *τῷ*] Sylburg. praeter necessitatem vult *τό*.

7. *ἅπερ*] Hoc pro vulg. *ὅπερ* legendum probe Davisius notavit adstipulantibus Gallandio et Braunio; ergo recepi. Minus probabile Perionius mutat *ταῦτα* in *τοῦτο*, ut respondeat singulari *ὅπερ*.

8. *ὁ λόγος θεῖος ὢν*] Perion. et Thalemann. legunt *ὁ λ. θ. ἅν*; sed tum monente Sylburgio scribendum erat *ὁ θεῖος λόγος*. Thirlb. et Maran. mallent *ὁ λόγ. θεὸς ὤν*; at non necessaria est ea emendatio, quum *θεὸς* (sine artic.) et *θεῖος* idem valeant (nimirum opponitur *ὁ θεὸς* s. *ὁ ὄντως θεός*: c. 13. p. 60. D. al.; jam a Philone de somn. I. p. 655. ed. Mang. distinguuntur *λόγος ὁ ἐν καταχρήσει θεὸς* — *δεύτερος θεὸς* sive simpliciter *θεός*, *εἰκών*, *σκιὰ τ. θεοῦ* — et *εἷς ἐν*

οἱ φαῦλοι δαίμονες κατεσκέδασαν πολλὰ ψευδῆ καὶ ἄθεα κατηγορήματα, σύμμαχον λαβόντες τὴν ἐν ἑκάστῳ κακὴν πρὸς πάντα καὶ ποικίλην φύσει ἐπιθυμίαν, ὧν οὐδὲν πρόσεστιν ἡμῖν. E

11. Καὶ ὑμεῖς ἀκούσαντες βασιλείαν προσδοκῶντας ἡμᾶς, ἀκρίτως ἀνθρώπινον λέγειν ἡμᾶς ὑπειλήφατε, ἡμῶν τὴν μετὰ θεοῦ λεγόντων, ὡς καὶ ἐκ [1] τοῦ ἀνεταζομένους ὑφ' ὑμῶν ὁμολογεῖν εἶναι Χριστιανούς, [2] γινώσκοντες τῷ ὁμολογοῦντι θάνατον τὴν ζημίαν κεῖσθαι, φαίνεται. Εἰ γὰρ ἀνθρώπινον βασιλείαν προσε- 59
δοκῶμεν, κἂν ἠρνούμεθα, ὅπως μὴ ἀναιρώμεθα, καὶ λανθάνειν ἐπειρώμεθα, ὅπως τῶν προσδοκωμένων τύχωμεν· ἀλλ' ἐπεὶ οὐκ εἰς [3] τὸ νῦν τὰς ἐλπίδας ἔχομεν, ἀναιρούντων οὐ πεφροντίκαμεν, [4] τοῦ καὶ πάντως ἀποθανεῖν ὀφειλομένου.

12. [1] Ἀρωγοὶ δ' ὑμῖν καὶ σύμμαχοι πρὸς εἰρήνην ἐσμὲν πάντων μᾶλλον ἀνθρώπων, οἳ ταῦτα δοξάζομεν, ὡς λαθεῖν θεὸν κακόεργον ἢ πλεονέκτην ἢ ἐπίβουλον ἢ ἐνάρετον ἀδύνατον εἶναι, καὶ B
ἕκαστον ἐπ' αἰωνίαν κόλασιν ἢ σωτηρίαν κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων πορεύεσθαι· εἰ γὰρ οἱ πάντες ἄνθρωποι ταῦτα ἐγίνωσκον, οὐκ ἄν τις τὴν κακίαν πρὸς ὀλίγον ᾑρεῖτο, γινώσκων πορεύεσθαι ἐπ' αἰωνίαν διὰ πυρὸς καταδίκην, ἀλλ' ἐκ παντὸς τρόπου ἑαυτὸν συνεῖχε καὶ ἐκόσμει ἀρετῇ, ὅπως τῶν παρὰ τοῦ θεοῦ [2] τύχῃ ἀγαθῶν C
καὶ τῶν κολαστηρίων ἀπηλλαγμένος εἴη. [3] Οὐ γὰρ διὰ τοὺς ὑφ'

ἀληθείᾳ θεός, coll. Augustin. in Genes. XXXIII. 10.: *Articulo evidentissime solet veri Dei unius fieri significatio.* Quem usum si observaveris, facile expedies locum Joann. I. 1.: καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος). Braunius servat quidem vulgarem lectionem, sed, non respiciens ὧν appositum, minus recte de divina doctrina s. religione christiana interpretatur. Revera intelligendus est Logos divinus, id quod insuper arguit locus simillimus in Orat. ad Gr. c. 5. p. 40. C. (ἐπιστατῶν ἡμῖν ὁ θεῖος λόγος), ubi etiam de Logo sermo est. Participium ὧν autem nequaquam abundat, sed per aetiologiam capiendum est: *divinus quum sit.*

1. τοῦ ἀνεταζ.] Thalemann. legit τοῦ τοὺς ἀνεταζ..

2. γινώσκοντες] Non est, cur cum Perionio et Pearsono legamus γινώσκοντας. Vid. Cohort. ad Gr. c. 4. p. 5. D., c. 7. p. 8. C. al..

3. τὸ νῦν] Thirlbius τὰ νῦν conjicit.

4. τοῦ καὶ πάντως] H. Stephan. (in edit. epist. ad Diogn. p. 46.) post τοῦ addit σώματος. Alii fortasse, inquit Thirlbius, argutiores legent τὸ καὶ πάντως ἀπ. ὀφειλόμενον. Grabius vocem παντὸς ob proximum illud πάντως excidisse

daemones, sociam ad omnia et adjutricem adhibentes malam in unoquoque et variam natura cupiditatem, multa falsa et impia crimina, quorum nullius conscii nobis sumus, in vulgus sparsissent.

11. Vos autem, regnum a nobis exspectari audientes, humanum perperam suspicamini, quum illud, quod cum Deo est, dicamus, ut vel ex eo patet, quod a vobis interrogati fateamur nos esse Christianos, quamvis mortis poenam confitenti positam sciamus. Nam si humanum regnum exspectaremus, negaremus profecto interitus vitandi causa, et latere conaremur ad ea quae exspectamus consequenda; sed quia spes in rebus praesentibus positas non habemus, interfectores parvi pendimus, praesertim quum mors omnino declinari nequeat.

12. Vobis autem adjutores omnium hominum maxime et auxiliarii ad pacem sumus, qui haec docemus, fieri omnino non posse, ut Deum lateat maleficus aut avarus aut insidiator aut virtute praeditus, ac unumquemque ad aeternam sive poenam sive salutem pro meritis actionum suarum proficisci; nam si haec cognita omnibus hominibus essent, nemo vitium ad breve tempus eligeret, quum se ad aeternam ignis condemnationem proficisci sciret, sed sese omnino contineret ac virtute exornaret, ut bona quae a Deo promittuntur consequeretur et fugeret supplicia. Neque enim propter positas a

putat. Quid si dixeris *πάντως* mutandum esse in *παντός*? Sed Marano scite opponente si quid addendum huic loco, qui profecto mendosus non est, addendum esset *παντί*, ut in Apol. II. c. 11. p. 49. A.; ejusdem sententiae est Davisius.

1. *Ἀρωγοὶ*] Stephan. *ἀῤῥωγοί*. — Adeo non regnum affectamus aut novis rebus studemus (quod temere suspicamini), ut etiam auxilio vobis magno simus in administrando orbis vestri imperio. *Thirlbius*. Mox Perion. pro *ὡς λαθεῖν* vult *τὸ λαθ.*, Sylburg. *καὶ λαθ.*, sine causa.

2. *τύχῃ . . . εἴη*] Sylburgio *τύχοι* scriptum videtur, sed haec modi varietas non est quod nos offendat; vid. c. 2. not. 8..

3. *Οὐ γὰρ διὰ* etc.] Davis. et Thirlb. legunt *Οἱ γὰρ διὰ* etc.: *Qui enim propter leges et poenas a vobis constitutas contendunt latere injuste agentes (quoniam vero sciunt fieri posse ut vos, utpote qui homines estis, lateant, injuste agunt) si edocti essent* etc.. Braun. post *ἀδικοῦντες* vult interrogandi si-

ὑμῶν κειμένους νόμους καὶ κολάσεις πειρῶνται λανθάνειν ἀδικοῦν-
τες, ἀνθρώπους δ' ὄντας λανθάνειν ὑμᾶς δυνατὸν ἐπιστάμενοι
ἀδικοῦσιν· εἰ ἔμαθον καὶ ἐπείσθησαν θεὸν ἀδύνατον εἶναι λα-
θεῖν τι οὐ μόνον πραττόμενον, ἀλλὰ καὶ βουλευόμενον, κἂν διὰ τὰ
ἐπικείμενα ἐκ παντὸς τρόπου κόσμιοι ἦσαν, ὡς καὶ [4] ὑμεῖς συμφή-
σετε. Ἀλλ' ἐοίκατε δεδιέναι, μὴ πάντες δικαιοπραγήσωσι καὶ ὑμεῖς
οὓς [5] κολάσετε ἔτι οὐχ ἕξετε· δημίων δ' ἂν εἴη τὸ τοιοῦτον ἔργον, D
ἀλλ' οὐκ ἀρχόντων ἀγαθῶν. Πεπείσμεθα δ' ἐκ δαιμόνων φαύ-
λων, οἳ καὶ παρὰ τῶν ἀλόγως βιούντων αἰτοῦσι θύματα καὶ θε-
ραπείας, [6] καὶ ταῦτα, ὡς προέφημεν, ἐνεργεῖσθαι· ἀλλ' οὐχ ὑμᾶς,
οἵ γε εὐσεβείας καὶ φιλοσοφίας ὀρέγεσθε, ἄλογόν τι [7] πρᾶξαι ὑπει-
λήφαμεν. Εἰ δὲ καὶ ὑμεῖς ὁμοίως τοῖς ἀνοήτοις τὰ ἔθη πρὸ τῆς
ἀληθείας τιμᾶτε, πράττετε ὃ δύνασθε. [8] Τοσοῦτον δὲ δύνανται E
καὶ ἄρχοντες πρὸ τῆς ἀληθείας δόξαν τιμῶντες, ὅσον καὶ λησταὶ
ἐν ἐρημίᾳ. Ὅτι δ' [9] οὐ καλλιερήσετε, ὁ λόγος ἀποδείκνυσιν, [10] οὗ
βασιλικώτατον καὶ δικαιότατον ἄρχοντα μετὰ τὸν γεννήσαντα θεὸν
οὐδένα οἴδαμεν ὄντα. Ὃν γὰρ τρόπον διαδέχεσθαι πενίας ἢ πά-
θη ἢ ἀδοξίας πατρικὰς ὑφαιροῦνται πάντες, οὕτως καί, ὅσα ἂν 60
ὑπαγορεύσῃ ὁ λόγος μὴ δεῖν αἱρεῖσθαι, ὁ νουνεχὴς [11] οὐχ αἱρή-

gnum poni et cum Sylburgio particulam adversativam δὲ post εἰ (Thalemann. etiam excidisse putat οὖν; Perion. καὶ εἰ ἔμ.) hoc modo: *Nonne ob leges ac poenas a vobis constitutas latere student ii, qui iujuste agunt? Homines autem* etc.. At, Ritterus (Animadvv. in primam S. Justini apolog. p. 13.) recte ait, magnopere veremur, ne haec mutatio signorum significationi οὐ γὰρ vim inferat, quae in serie orationis, qualis nostra est, interrogationi haud inservire possit. — Intellexit locum Maranus. Hic enim, inquit, Justinus quam potentior sit humanis legibus christiana doctrina demonstrat hoc argumento, quod spem fallendi ista praeripiat, hae vero relinquant. Statuit itaque latendi studio in hominibus improbis non auctoritatem legum commendari, sed infirmitatem argui, nec legum metu ac reverentia latebras ad facinus quaeri, sed spe facinoris abscondendi, quae si tollatur, non jam facinus comittetur.

4. ὑμεῖς] Ita pro vulg. ἡμεῖς legendum esse jam Perionius observavit, in textum primus recepit Braunius.

5. κολάσετε] Ita recte Braunius post Sylburgium, qui et commendat κολάζητε pro vulg. κολάζετε.

6. καὶ ταῦτα] Nempe absurdissimam illam cogitationem et metum, ne omnes aequa faciant. *Maran.* in Addend..

7. πρᾶξαι] H. Stephan. (in edit.

vobis leges et poenas latere conantur injuste agentes, sed quum se consequi posse sciant, ut vos utpote homines lateant, injuste agunt; at si didicissent et persuasum haberent fieri non posse, ut Deum quidquam lateat non modo factum, sed etiam cogitatum, saltem propter impendentia supplicia honestatem omnino colerent, id quod et a vobis concedetur. Sed speciem datis metuentium, ne omnes aequa faciant nec jam habeatis, in quos animadvertatis. Carnificum sane id foret, non bonorum principum. Persuasum autem habemus, malorum daemonum operatione, qui hostias et cultum ab hominibus praeter rationem viventibus petunt, haec quoque, ut jam diximus, fieri. Vos autem, qui pietatis et philosophiae studiosi estis, nihil praeter rationem facturos arbitramur. Quodsi ipsi quoque, itidem ut homines insipientes, veritati consuetudinem anteponitis, facite quod penes vos est. Plus autem non possunt ne ipsi quidem principes, si veritati opinionem anteponant, quam latrones in solitudine. At vos minime litaturos Logos declarat, quo magis regium magisque justum principem secundum genitorem ejus Deum novimus neminem. Quemadmodum enim nemo est, qui paupertatem aut morbos aut ignominiam haereditate a parentibus accipere non refugiat, sic quaecumque Logos

epist. ad Diogn. p. 82.) frustra ponit *πράξειν*.

8. *Τοσοῦτον ... ἐρημίᾳ*] Citat hunc locum Joannes Damasc. Sacr. Parallel. (Opp. ed. Lequien Tom. II.) p. 446.. Non autem habet prius *καί*.

9. *οὐ καλλιερήσετε*] Perspicuum est Justinum de injusta Christianorum nece expostulare ac imperatores litaturos (h. e. prosperos successus habituros) negare, si veritatem consuetudini posthabeant et, ut solent latrones in solitudine, Christianos furori suo immolent —: idque ab ipso Logo demonstratum esse declarat. *Maranus.*

10. *οὗ βασιλικ.*] Jam Langus interpres pro vulg. *οὐ* relative legit *οὗ*, quod, licet ab omnibus posthac sit probatum, nemo tamen praeter Thalemannum et Braunium in textum reposuit. — De gradu superlativo comparativi locum obtinente cf. Cohort. ad Gr. c. 9. p. 9. D. (*πρεσβύτατος*), c. 12. p. 12. E. (*ἀρχαιοτάτην*), c. 21. p. 19. D. (*πρώτους*), c. 35. p. 32. C. (*πρεσβ.* coll. Apol. I. c. 44. p. 81. E.) al..

11. *οὐχ αἱρήσεται*] Grabius non male subintelligit: *etiamsi patrio more sint recepta.* Frustra Sylburg. conjecit fortasse legendum *οὐχ ἀρνήσεται.*

σεται. Γενήσεσθαι ταῦτα πάντα προεῖπε, [12] φημί, ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος καὶ τοῦ πατρὸς πάντων καὶ δεσπότου θεοῦ υἱὸς καὶ [13] ἀπόστολος ὢν Ἰησοῦς Χριστός, ἀφ' οὗ καὶ τὸ Χριστιανοὶ ἐπονομάζεσθαι ἐσχήκαμεν. Ὅθεν καὶ βέβαιοι γινόμεθα πρὸς τὰ δεδιδαγμένα ὑπ' αὐτοῦ πάντα, ἐπειδὴ ἔργῳ φαίνεται γινόμενα, ὅσα φθάσας γενέσθαι προεῖπεν· ὅπερ θεοῦ ἔργον ἐστί, πρὶν ἢ γενέ- B
σθαι [14] εἰπεῖν καὶ οὕτως δειχθῆναι γινόμενον ὡς προείρηται. Ἦν μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τούτοις παυσαμένους μηδὲν προστιθέναι, λογισαμένους ὅτι δικαιά τε καὶ ἀληθῆ ἀξιοῦμεν, ἀλλ' [15] ἐπεὶ γνωρίζομεν οὐ ῥᾷον ἀγνοίᾳ κατεχομένην ψυχὴν συντόμως μεταβάλλειν, ὑπὲρ τοῦ πεῖσαι τοὺς φιλαλήθεις μικρὰ προσθεῖναι προεθυμήθημεν, εἰδότες ὅτι οὐκ ἀδύνατον ἀληθείας παρατεθείσης ἄγνοιαν φυγεῖν.

13. Ἄθεοι μὲν οὖν ὡς οὐκ ἐσμεν, τὸν δημιουργὸν τοῦδε τοῦ C
παντὸς σεβόμενοι, ἀνενδεῆ αἱμάτων καὶ σπονδῶν καὶ θυμιαμάτων, ὡς ἐδιδάχθημεν, λέγοντες, λόγῳ εὐχῆς καὶ εὐχαριστίας ἐφ' οἷς προσφερόμεθα πᾶσιν, ὅση δύναμις, αἰνοῦντες, μόνην ἀξίαν αὐτοῦ τιμὴν ταύτην παραλαβόντες, τὸ τὰ ὑπ' ἐκείνου εἰς διατροφὴν γενόμενα οὐ πυρὶ δαπανᾶν, ἀλλ' ἑαυτοῖς καὶ τοῖς δεομένοις προσφέρειν, ἐκείνῳ δὲ εὐχαρίστους ὄντας διὰ λόγου [1] πομπὰς καὶ ὕ- D
μνους πέμπειν ὑπέρ τε τοῦ γεγονέναι καὶ τῶν εἰς εὐρωστίαν πόρων πάντων, ποιοτήτων μὲν γενῶν καὶ μεταβολῶν ὡρῶν, καὶ τοῦ πάλιν ἐν ἀφθαρσίᾳ γενέσθαι διὰ πίστιν τὴν ἐν αὐτῷ [2] αἰτήσεις πέμ-

12. φημί] Refertur hoc verbum ad ea, quae paulo ante dixit Justinus, nempe imperatores non litaturos, si Christianos mactent, idque a Logo demonstrari et doceri. Quare non incommode illud *inquam* usurpat, ubi explicare instituit, quomodo Logos docuerit i n a n e s f o r e p e r s e c u t o r u m c o n a t u s (contra Christianos). Duplici enim rationis momento veritatem Christi praedictionis demonstrat. Ac primum quidem repetit ex ipsius Christi majestate, qui, quum summum exerceat cum patre imperium, Christianos suos ita roborabit, ut quaecunque fugere praeceperit, ab iis refugiant, ut alii homines a paupertate et morbis et ignominia refugere solent. Sed quia de Christi divinitate non fatebantur ethnici, aliud argumentum repetit Justinus ex ipso praedicationis eventu, quo Christianos ita firmari et roborari docet, ut ipsa persecutio addat animos, nedum persecutores optatos sibi successus polliceri possint. Grabius quum sententiae seriem minus videret, lacunam et hiatum suspicatus est. *Maranus.*

13. ἀπόστολ. ὢν Ἰησ.] Coll. ep. ad Hebr. III. 1.

14. εἰπεῖν] Infinitivum, quem omnes probant, jam Langus in ver-

eligi non debere docuerit, ea vir sanae mentis haud eliget. Futura haec, inquam, omnia praedixit magister noster, parentis et domini omnium Dei filius et apostolus Jesus Christus, a quo etiam habuimus, ut Christiani appellaremur. Unde et confirmamur in omnibus, quae ille docuit, quandoquidem re ipsa videmus evenire, quaecumque futura praedixit; quod quidem Dei opus est, res antequam fiant praedicere easque, quemadmodum praedictae fuerunt, ita factas exhiberi. Licebat igitur nobis hoc loco desinentibus nihil amplius addere, justa a nobis et vera postulari cogitantibus, sed quia difficile esse novimus mentem ignoratione obsessam subito immutari, pauca statuimus adjicere ad veritatis amatores persuadendos, haud ignari posse fieri, ut veritate proposita ignoratio profligetur.

13. Quis igitur sanae mentis homo non fateatur atheos nequaquam nos esse, qui opificem hujusce universitatis colimus, eum sanguine et libaminibus et suffimentis non indigere, ut edocti sumus, asserentes, verbis, precationem gratiarumque actionem habentibus, pro omnibus quibus vescimur eum, quantum possumus, laudamus (quippe quum hunc solum honorem eo dignum esse acceperimus, quae ab eo ad alendum creata sunt, non igne consumere, sed nobis et indigentibus offerre, et ei gratos nos exhibentes verbis pompas et hymnos celebrare pro creatione, omnibus ad bonam valetudinem adjumentis, diversarum rerum qualitatibus tempestatumque vicissitudinibus) et ut rursus incorrupti fiamus, per fidem quae nobis in eum est

sione expressit; fluxit scriptura vulgaris εἶπε, quam equidem e textu ejeci, a praecedente προεῖπεν.

15. ἐπεὶ . . . φυγεῖν] Haec, ut ante observavit Grabius, ad verba fere descripsit Irenaeus adv. haeres. III. c. 2. §. 3. p. 175. ed. Massuet.: Si non facile est, ab errore apprehensam resipiscere animam, sed non omnimodo impossibile est, errorem effugere apposita veritate.

1. πομπὰς] Grabio observante hîc non ritus sunt vel ceremoniae (ita intelligit Maranus), sed solemnes cum magno spiritu recitatae preces, quales potissimum in mysteriorum celebratione fundebantur; eodem modo πομπή ad orationis splendorem transfertur in Plat. Axioch. p. 369. D. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. XI. p. 192.).

2. αἰτήσεις] Thirlb. haud male conjectat αἰνέσεις, ut etiam verba ὑπέρ τε τοῦ γεγονέναι etc. ad αἰν. πέμπ. queant referri.

πόντες, τίς σωφρονῶν οὐχ ὁμολογήσει; Τὸν διδάσκαλόν τε τού-
των γενόμενον ἡμῖν καὶ εἰς τοῦτο γεννηθέντα Ἰησοῦν Χριστόν,
τὸν σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, τοῦ γενομένου ἐν Ἰου-
δαίᾳ ἐπὶ χρόνοις Τιβερίου Καίσαρος ἐπιτρόπου, [3] υἱὸν αὐτοῦ τοῦ E
ὄντως θεοῦ μαθόντες καὶ ἐν δευτέρᾳ χώρᾳ ἔχοντες, πνεῦμά τε
προφητικὸν ἐν τρίτῃ τάξει ὅτι [4] μετὰ λόγου τιμῶμεν, ἀποδείξομεν.
Ἐνταῦθα γὰρ μανίαν ἡμῶν καταφαίνονται, δευτέραν χώραν μετὰ
τὸν ἄτρεπτον καὶ ἀεὶ ὄντα θεὸν καὶ [5] γεννήτορα τὸν ἁπάντων ἀν- 61
θρώπῳ σταυρωθέντι διδόναι ἡμᾶς λέγοντες, ἀγνοοῦντες τὸ ἐν τού-
τῳ μυστήριον, ᾧ προσέχειν ὑμᾶς ἐξηγουμένων ἡμῶν προτρεπό-
μεθα.

14. Προλέγομεν γὰρ ὑμῖν φυλάξασθαι, μὴ οἱ προδιαβεβλη-
μένοι ὑφ' ἡμῶν δαίμονες ἐξαπατήσωσιν ὑμᾶς καὶ ἀποτρέψωσι τοῦ
ὅλως ἐντυχεῖν καὶ [1] συνεῖναι τὰ λεγόμενα (ἀγωνίζονται γὰρ ἔχειν
ὑμᾶς δούλους καὶ ὑπηρέτας, καὶ ποτὲ μὲν δι' ὀνείρων ἐπιφανείας, B
ποτὲ δ' αὖ διὰ μαγικῶν στροφῶν χειροῦνται πάντας τοὺς οὐκ ἔσθ'
ὅπως ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας ἀγωνιζομένους), [2] ὃν τρόπον καὶ
ἡμεῖς μετὰ τὸ τῷ λόγῳ πεισθῆναι ἐκείνων μὲν ἀπέστημεν, θεῷ δὲ
μόνῳ τῷ ἀγεννήτῳ διὰ τοῦ υἱοῦ ἑπόμεθα· οἱ πάλαι μὲν πορ-
νείαις χαίροντες, νῦν δὲ σωφροσύνην μόνην ἀσπαζόμενοι· οἱ δὲ
καὶ μαγικαῖς τέχναις χρώμενοι, ἀγαθῷ καὶ ἀγεννήτῳ θεῷ ἑαυτοὺς
ἀνατεθεικότες· χρημάτων δὲ καὶ κτημάτων οἱ πόρους παντὸς C
μᾶλλον στέργοντες, νῦν καὶ ἃ ἔχομεν εἰς κοινὸν φέροντες καὶ
παντὶ δεομένῳ κοινωνοῦντες· οἱ μισάλληλοι δὲ καὶ ἀλληλοφόνοι
καὶ πρὸς τοὺς οὐχ ὁμοφύλους διὰ τὰ ἔθη [3] καὶ ἑστίας κοινὰς
μὴ ποιούμενοι, νῦν μετὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ ὁμοδίαιτοι

3. *υἱὸν αὐτοῦ τοῦ ὄντως θεοῦ*] Thirlb. frustra commendat *υἱὸν αὐτὸν τοῦ ὄντως ὄντος θεοῦ*.

4. *μετὰ λόγου*] Fortasse *μετὰ (τὸν) λόγον (post Logon)*, praesertim quum statim sequatur: *μετὰ τὸν ἄτρεπτον κ. ἀ. ὄ. θεόν*. Sed nihil mutamus.

5. *γεννήτορα τὸν ἁπάντων*] Notat Sylburg. cuipiam fortasse legendum videri *τῶν πάντων*, sed probe addit, illam quoque constructionem in Justino saepius occurrere.

1. *συνεῖναι*] Davis., Maran. (in Addend.), Galland. et Braun. *συνιέναι* censent legendum esse. Cur autem, Ritterus (Animadvv. in pri-

preces fundimus? Nostrum autem harum rerum doctorem et natum ad hoc munus Jesum Christum, sub Pontio Pilato, Judaeae temporibus Tiberii Caesaris procuratore, crucifixum, quem veri Dei filium esse edocti sumus et secundo loco habemus, Spiritum autem propheticum tertio ordine non sine ratione a nobis coli demonstrabimus. In hoc enim insaniae nos accusant, post immutabilem et sempiternum Deum et parentem omnium homini crucifixo alterum locum a nobis dictitantes deferri, mysterium hujus rei ignorantes, quod dum exponimus, ut attente audiatis hortamur.

14. Nam ne supra exagitati a nobis daemones vos decipiant atque ab his, quae dicimus, omnino legendis atque intelligendis avertant, cavendum vobis denuntiamus (contendunt enim summopere, ut vos servos et ministros habeant, ac nunc quidem per somniorum visa, nunc per magicas praestigias eos omnes capiunt, qui de sua salute nihil laborant), quemadmodum et nos, postquam Logo credidimus, ab istis quidem descivimus, solum vero ingenitum Deum per ejus filium sequimur: qui olim stupris gaudebamus, nunc castimoniam unice amplectimur; qui magicis etiam artibus utebamur, bono et ingenito nos consecravimus Deo; qui pecuniarum et possessionum vias prae omnibus adamabamus, nunc etiam ea quae possidemus in commune conferimus et cum indigentibus quibusque communicamus; qui mutuis odiis et caedibus pugnabamus et cum iis, qui tribules nostri non essent, ob diversa instituta etiam communem focum non habebamus, nunc, postquam Christus appa-

mam S. Justini M. apolog. p. 14.) recte dicit, forma Aoristi II. verbi *συνίημι* mutanda sit cum praesenti tempore, non intelligimus, imprimis praecedente Aoristo *συντυχεῖν*.

2. *ὃν τρόπον*] H. e. Marano notante: dum fraudes daemonum perspiciunt et christianae doctrinae assentiuntur.

3. *καὶ ἑστίας*] Ita Codd. msti; voculam *καὶ* post Grabium Maranus, Thalemannus et Braunius causa non allata omiserunt. H. Stephan. (in edit. epist. ad Diogn. p. 58. sq. et 72.) scribi vult *τραπέζας καὶ ἑστίας*, praesertim quum mox sequatur *ὁμοδίαιτοι γινόμενοι*. Sed monente Sylburgio nostra scriptura bene se habet, si *καὶ* capiatur *ἐπιτατικῶς* = etiam.

γινόμενοι καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν εὐχόμενοι, καὶ τοὺς ἀδίκως μι-
σοῦντας πείθειν πειρώμενοι, ὅπως [4] οἱ κατὰ τὰς τοῦ Χριστοῦ κα- D
λὰς ὑποθημοσύνας βιώσαντες εὐέλπιδες ὦσι, σὺν ἡμῖν τῶν αὐτῶν
παρὰ τοῦ πάντων δεσπόζοντος θεοῦ τυχεῖν. Ἵνα δὲ μὴ σοφίζε-
σθαι ὑμᾶς δόξωμεν, ὀλίγων τινῶν τῶν παρ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ
διδαγμάτων ἐπιμνησθῆναι καλῶς ἔχειν πρὸ τῆς ἀποδείξεως ἡγησά-
μεθα, καὶ ὑμέτερον ἔστω [5] ὡς δυνατῶν βασιλέων ἐξετάσαι, εἰ
ἀληθῶς ταῦτα δεδιδάγμεθα καὶ διδάσκομεν. Βραχεῖς δὲ καὶ σύν-
τομοι παρ' αὐτοῦ λόγοι γεγόνασιν· [6] οὐ γὰρ σοφιστὴς ὑπῆρχεν, ἀλλὰ E
δύναμις θεοῦ ὁ λόγος αὐτοῦ ἦν.

15. *Περὶ μὲν οὖν σωφροσύνης, τοσοῦτον εἶπεν· [1] Ὅς ἂν
ἐμβλέψῃ γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσε τῇ
καρδίᾳ παρὰ τῷ θεῷ. Καί· [2] Εἰ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκαν-
δαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτόν· συμφέρει γάρ σοι μονόφθαλμον εἰσελ-
θεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἢ μετὰ τῶν δύο πεμφθῆ-
ναι εἰς τὸ αἰώνον πῦρ. Καί· [3] Ὅς γαμεῖ ἀπολελυμένην ἀφ' ἑτέρου 62
ἀνδρός, μοιχᾶται. Καί· [4] Εἰσί τινες οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ
τῶν ἀνθρώπων, εἰσὶ δὲ οἳ ἐγεννήθησαν εὐνοῦχοι, εἰσὶ δὲ οἳ [5] εὐ-
νούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· πλὴν οὐ
πάντες τοῦτο χωροῦσιν. [6] Ὥσπερ καὶ οἱ νόμῳ ἀνθρωπίνῳ [7] διγα-
μίας ποιούμενοι, ἁμαρτωλοὶ παρὰ τῷ ἡμετέρῳ διδασκάλῳ εἰσί,*

4. *οἱ κατὰ* etc] Maranus illud *οἱ*, quamvis non repugnet, commode tamen expungi posse censet.

5. *ὡς δυνατῶν*] Legendum putavit H. Stephan. (l. c. p. 90.) *ὡς δὴ συνετῶν*, quia ad ejusmodi rerum considerationem non potentia opus est, sed sapientia. Sed quo major erat imperatorum potestas, eo magis illos decebat veritatis inquisitio, praesertim in his rebus ob quas homines innocentes damnabantur. *Maranus.*

6. *οὐ... ἦν*] Coll. ev. Matth. VII. 29..

1. *Ὅς... θεῷ*] Ev. Matth. V. 28..

2. *Εἰ ... πῦρ*] Ev. Matth. V. 29. coll. XVIII. 9. et Marc. IX. 47..

3. *Ὅς... μοιχᾶται*] Ev. Matth. V. 32. coll. Luc. XVI. 18..

4. *Εἰσί... χωροῦσιν*] Ev. Matth. XIX. 12..

5. *εὐνούχισαν*] Stephan. errore *εὐνούχησαν*.

6. *Ὥσπερ*] Davis. vult *ὥστε*, quod quae sequuntur colligantur ex loco proxime antecedente.

7. *διγαμίας*] Hac voce Maranus opinatur nuptias a Justino vituperari, quae non soluto priore vinculo contrahantur (theologi p o l y g a m i a m s i m u l t a n e a m vocant), Braunius secundum contendit matrimonium (*τοὺς δευτέρους γάμους* s. b i g a m i a m s u c c e s s i-

ruit, convictores sumus et pro inimicis oramus, et qui nos iniquis odiis prosequuntur, eos suadendo flectere conamur, ut qui secundum praeclara Christi praecepta vixerint, bonam spem habeant eadem se ac nos a dominatore omnium Deo consecuturos. Sed ne vobis verba dare videamur, operae pretium esse duximus, pauca quaedam ex ipsius Christi praeceptis, antequam ad demonstrationem veniamus, commemorare, ac vobis convenit ut potentibus regibus dispicere, an revera haec docti simus et doceamus. Breve autem et concisum fuit illius dicendi genus; non enim sophista erat, sed ejus oratio virtus Dei fuit.

15. Itaque de castitate tantumdem dixit: *Qui inspexerit mulierem, ut eam concupiscat, jam moechatus est in corde apud Deum.* Et: *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum; conducit enim tibi potius unum oculum habentem ingredi in regnum coelorum, quam cum duobus mitti in ignem aeternum.* Et: *Qui ducit repudiatam ab altero viro, moechatur.* Et: *Sunt quidam qui eunuchi facti sunt ab hominibus, sunt qui nati sunt eunuchi, sunt qui seipsos eunuchos fecerunt propter regnum coelorum; sed non omnes hoc capiunt.* Quemadmodum etiam ii qui ex lege humana digamiam ineunt et qui mulierem adspiciunt, ut eam concupiscant, pecca-

vam) improbari, Thirlbius et Ritterus melius intelligunt secundas nuptias post divortia contractas nec vetitas legibus humanis. Hic enim (Animadvv. in primam S. Justini M. apolog. p. 14. sq.): „Non, inquit, negamus S. Justinum improbasse secunda matrimonia successiva, quae mortua altera parte ineuntur, quemadmodum plerique veteres ecclesiae patres fecere; verum ex eo non sequitur, scriptorem hoc loco illa prae oculis habuisse et nomine peccati notasse, nam improbare aliquid et pro peccato habere plurimum inter se differunt. — Notum est, patres voce διγαμία triplici significatione uti, et primum quidem cum quis binas habeat uxores, deinde cum quis matrimonio prioris conjugis morte soluto ad secundas nuptias transierit, denique tertio loco si quis uxore secundum leges dimissa aliam duxerit. Tantum de tertii matrimonii genere hoc loco Justinum agere ex eo patet, quod in praecedenti oratione ex verbis Christi ad moechiam spectantia duo notaverat atque edixerat, primum si quis adspexisset mulierem ad concupiscendam eam, jam eum moechatum esse in corde suo, et si quis dimissam ab alio uxorem duxisset, eum item adulterium commisisse. Duo haecce genera repetit hoc addens, secundum doctri-

καὶ οἱ προσβλέποντες γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς· [8] οὐ
γὰρ μόνον ὁ μοιχεύων ἔργῳ ἐκβέβληται παρ' αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ ὁ μοι-
χεῦσαι βουλόμενος, ὡς οὐ τῶν ἔργων φανερῶν μόνον τῷ θεῷ, B
ἀλλὰ καὶ τῶν ἐνθυμημάτων. Καὶ πολλοί τινες καὶ πολλαὶ ἑξηκον-
τοῦται καὶ ἑβδομηκοντοῦται, οἳ ἐκ παίδων ἐμαθητεύθησαν τῷ
Χριστῷ, ἄφθοροι διαμένουσι, καὶ εὔχομαι κατὰ πᾶν γένος ἀν-
θρώπων τοιούτους δεῖξαι. Τί γὰρ καὶ λέγομεν τὸ ἀναρίθμητον
πλῆθος τῶν ἐξ ἀκολασίας μεταβαλόντων καὶ ταῦτα μαθόντων;
Οὐ γὰρ τοὺς δικαίους, οὐδὲ τοὺς σώφρονας εἰς μετάνοιαν ἐκάλεσεν
ὁ Χριστός, ἀλλὰ τοὺς ἀσεβεῖς καὶ ἀκολάστους καὶ ἀδίκους. Εἶπε
δὲ οὕτως· [9] Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς C
μετάνοιαν. [10] Θέλει γὰρ ὁ πατὴρ ὁ οὐράνιος τὴν μετάνοιαν τοῦ
ἁμαρτωλοῦ, ἢ τὴν κόλασιν αὐτοῦ. Περὶ δὲ τοῦ στέργειν ἅπαντας
ταῦτα ἐδίδαξεν· [11] Εἰ ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, τί καινὸν
ποιεῖτε; Καὶ γὰρ οἱ πόρνοι τοῦτο ποιοῦσιν. [12] Ἐγὼ δὲ ὑμῖν λέγω·
Εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ὑμῶν καὶ ἀγαπᾶτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς
καὶ εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμῖν καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπη-
ρεαζόντων ὑμᾶς. Εἰς δὲ τὸ κοινωνεῖν τοῖς δεομένοις καὶ μηδὲν D
πρὸς δόξαν ποιεῖν ταῦτα ἔφη· [13] Παντὶ τῷ αἰτοῦντι δίδοτε καὶ
τὸν βουλόμενον δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῆτε· εἰ γὰρ δανείζετε παρ'
ὧν ἐλπίζετε λαβεῖν, τί καινὸν ποιεῖτε; Τοῦτο καὶ οἱ τελῶναι
ποιοῦσιν. [14] Ὑμεῖς δὲ μὴ θησαυρίζητε ἑαυτοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπου
σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει καὶ λῃσταὶ διορύσσουσι· θησαυρίζετε δὲ
ἑαυτοῖς ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφανίζει. E
[15] Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἂν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν
δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ἀπολέσῃ; Ἢ τί δώσει αὐτῆς ἀντάλλαγμα; Θησαυ-

nam christianam alterum quoque hoc adulterium esse, quamvis leges humanae soluto inter vivos matrimonio ad aliud procedere permittant."

8. οὐ γὰρ ... βουλόμενος] Irenaeus quoque adv. haeres. II. c. 32. §. 1. p. 165. ed. Massuet. S. Martyris vestigiis: Apud quem, inquit, non solum qui moechatur expellitur, sed et qui moechari vult.

9. Οὐκ ... μετάνοιαν] Ev. Matth. IX. 13. (Marc. II. 17.) et Luc. V. 32..

10. Θέλει ... αὐτοῦ] Coll. Ezech. XXXIII. 11..

11. Εἰ ... ποιοῦσιν] Ev. Matth. V. 46.. — Lucas (VI. 32.) οἱ ἁμαρτωλοί, unde fortasse putet aliquis legendum hîc (pro οἱ πόρνοι) οἱ πονηροί; sed vulgatam lectionem retinere nihil vetat. *Thirlbius*. Idem V. D. licet pro τοῦτο mallet τὸ

tores sunt apud magistrum nostrum; non enim is solum ab eo ejicitur, qui re ipsa moechatur, sed etiam qui moechari vult, quum Deo non facta solum, sed etiam cogitata pateant. Ac multi quidem et multae annos sexaginta et septuaginta nati, qui a pueris Christi disciplina imbuti sunt, incorrupti perseverant; talesque in omni hominum genere monstraturum me profiteor. Quid enim innumerabilem eorum multitudinem dicam, qui ex lascivia se receperunt atque haec didicerunt? Non enim justos neque castos ad poenitentiam vocavit Christus, sed impios et incontinentes et injustos. Sic enim inquit: *Non veni vocare justos, sed peccatores ad poenitentiam.* Poenitentiam namque mavult quam poenam coelestis pater. De cunctis autem hominibus diligendis ita docuit: *Si diligitis eos qui vos diligunt, quid novi facitis? Hoc enim et fornicatores faciunt. Ego vero dico vobis: Orate pro inimicis vestris et diligite eos qui odio vos persequuntur et benedicite maledicentibus vobis et orate pro calumniantibus vos.* Ut autem nostra communicemus cum egentibus nec quidquam gloriae causa faciamus, haec dixit: *Omni petenti date et mutuo sumere volentem ne aversemini; si enim mutuo datis a quibus vos recepturos speratis, quid novi facitis? Faciunt hoc et publicani. Vos autem nolite colligere vobis thesauros in terra, ubi tinea et rubigo eos perdunt et praedones effodiunt; colligite potius vobis thesauros in coelo, ubi neque tinea neque rubigo perdunt. Quid enim prodest homini, si mundum totum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur? Aut quod pro*

αὐτό, non tamen mutandum existimat.

12. *Ἐγὼ ... ἐπηρ. ὑμᾶς*] Ev. Matth. V. 44. coll. Luc. VI. 27. sq..

13. *Παντὶ ... ποιοῦσιν*] Ev. Matth. V. 42. et Luc. VI. (30.) 34..

14. *Ὑμεῖς ... ἀφανίζει*] Ev. Matth. VI. 19. sq..

15. *Τί ... ἀφανίζει*] Ev. Matth. XVI. 26. et VI. 20.. Altero hoc loco (*Θησ. ... ἀφαν.*) non opus esse Thirlbius observat: commodius fortasse, inquit, repeti potuisset infra post *προστεθήσεται ὑμῖν*, ubi proxime sequitur: *Ὅπου γὰρ ὁ θησ. ἐστ., ἐκ. κ. ὁ νοῦς ἀνθρ.*; sed standum judicio utriusque libri msti. — Non semper Justinus justum ordinem servat, idemque memoriter plerumque videtur referre ac proinde non accuratissime (coll. Cohort. ad Gr. c. 12. not. 9. al.); quam-

ρίζετε οὖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφανίζει.
Καί· [16] Γίνεσθε δὲ χρηστοὶ καὶ οἰκτίρμονες, ὡς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν
χρηστός ἐστι καὶ οἰκτίρμων, καὶ τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ
ἁμαρτωλοὺς καὶ δικαίους καὶ πονηρούς. [17] Μὴ μεριμνᾶτε δέ, τί 63
φάγητε ἢ τί ἐνδύσησθε. Οὐχ ὑμεῖς τῶν πετεινῶν καὶ τῶν θηρί-
ων διαφέρετε; Καὶ ὁ θεὸς τρέφει αὐτά. Μὴ οὖν μεριμνήσητε, τί
φάγητε ἢ τί ἐνδύσησθε· οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος, ὅτι
τούτων χρείαν ἔχετε. Ζητεῖτε δὲ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ
ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. Ὅπου γὰρ ὁ θησαυρός ἐστιν,
ἐκεῖ καὶ ὁ νοῦς τοῦ ἀνθρώπου. Καί· [18] Μὴ ποιῆτε ταῦτα πρὸς
τὸ θεαθῆναι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, εἰ δὲ μή γε, μισθὸν οὐκ ἔχετε B
παρὰ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

16. Περὶ δὲ τοῦ ἀνεξικάκους εἶναι καὶ ὑπηρετικοὺς πᾶσι καὶ
ἀοργήτους ἃ ἔφη, ταῦτά ἐστι· [1] Τῷ τύπτοντί σου τὴν σιαγόνα,
πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην, καὶ τὸν αἴροντά σου τὸν χιτῶνα ἢ τὸ ἱμά-
τιον μὴ κωλύσῃς. [2] Ὃς δ' ἂν ὀργισθῇ, ἔνοχός ἐστιν εἰς τὸ πῦρ.
Παντὶ δὲ ἀγγαρεύοντί σοι μίλιον, ἀκολούθησον δύο. Λαμψάτω
δὲ ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἵνα βλέποντες C
θαυμάζωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Οὐ γὰρ ἀντ-
αίρειν δεῖ· οὐδὲ μιμητὰς εἶναι τῶν φαύλων βεβούληται ἡμᾶς,
ἀλλὰ διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ πρᾳότητος ἐξ αἰσχύνης καὶ ἐπιθυμίας
τῶν κακῶν ἄγειν πάντας προετρέψατο. [3] Ὃ γὰρ καὶ ἐπὶ πολλῶν

quam pro certo contendere ausim, talibus in locis Scripturae transscribendis saepius librarios quoque peccasse, quorum errores sine dubio magna ex parte detegerentur, si plures restarent codices Martyris manu exarati. Vid. Cohort. ad Gr. c. 29. not. 6..

16. *Γίνεσθε . . . πονηρούς*] Ev. Luc. VI. 35. sq. et Matth. V. 45.. Davisius, ut sit cui πονηροὺς opponas, mavult ἀνθρώπους pro ἁμαρτωλούς; Thirlbius proponit: ἐπὶ ἁμαρτ. καὶ ἀγαθοὺς καὶ βρέχει ἐπὶ δικ. κ. πον., praesertim quum in Dial. c. Tr. c. 96. p. 324. A. eodem fere modo legatur; Braunius censet excidisse ὁσίους. Nihil mutamus.

17. *Μὴ . . . ἀνθρώπου*] Ev. Matth. VI. 25. sq. (Luc. XII. 22. — 24.) 31. — 33. et 21. (coll. Luc. XII. 34.).

18. *Μὴ . . . οὐρανοῖς*] Ev. Matth. VI. 1..

1. *Τῷ . . . κωλύσῃς*] Ev. Luc. VI. 29.. Thirlb. legi mavult: τὸν αἴρ. σου. τ. χιτ., καὶ τὸ ἱμ. μὴ κωλ., Maranus (si quis emendare velit): αἴρ. σου τ. ἱμάτ., καὶ τ. χιτ. μὴ κωλ..

ea dabit pretium? Colligite ergo thesauros in coelis, ubi neque tinea neque rubigo perdunt. Et: *Estote autem benigni et misericordes, sicut pater vester benignus est et misericors, ac solem suum oriri facit super peccatores et justos et malos. Ne sollicite curetis, quid esuri sitis aut quibus usuri vestimentis. An vos volucribus et feris non praestatis? Et Deus alit illa. Ne igitur solliciti sitis, quid esuri sitis aut quibus usuri indumentis; novit enim pater vester coelestis, vos hisce indigere. Quaerite autem regnum coelorum, et omnia haec adjicientur vobis. Ubi enim thesaurus, illic et mens hominis est.* Et: *Ne ista feceritis, ut ab hominibus spectemini, alioquin mercedem non habebitis a patre vestro qui in coelis est.*

16. Patientes autem ut simus et ad serviendum omnibus parati ac irae expertes, quae ab eo dicta sunt, ita se habent: *Caedenti maxillam tuam, praebe alteram quoque, et auferentem tunicam tuam aut vestimentum noli prohibere. Qui vero ira excanduerit, igni obnoxius est. Omnem autem adigentem te ad miliare unum, duobus illum comitare. Luceant vero benefacta vestra coram hominibus, ut illi ea cernentes admirentur patrem vestrum qui in coelis est.* Non enim reluctari oportet; neque nos imitatores esse malorum voluit, sed ut patientia et lenitate omnes a dedecore et cupiditate malorum abduceremus hortatus est. Quod quidem et de mul-

2. *Ὃς ... οὐρανοῖς*] Ev. Matth. V. 22. 41. 16.. Thirlb. *ἀγγαρ. σε* scribi jubet. Non mutamus.

3. *Ὃ γὰρ καὶ* etc.] Davis. conjicit *γεγενημένον* et Thirlb. *ὅ* (vel *ὅγε*) *καὶ ἐπὶ π. τ. παρ' ἡμῖν γεγενημένον ἀποδ. ἔχ., οἳ ἐκ βιαίων κ. τυραννικῶν μετέβ.*; Maran. *ὅ γε καὶ ... οἳ ἐκ βιαίων*, Thalemann. *ὅ γ' ἂν* improbante Braunio. Recte autem Maranus contendit pro vulg. *παρ' ἡμῖν γεγενημένων* vel legendum *παρ' ἡμῖν γεγενημένον*: *quod quidem multis nostrorum evenisse possumus demonstrare*, vel — id quod optimo jure duxi praeferendum textuique inserui — *τῶν παρ' ὑμῖν*: *qui vestris sacris antea adhaeserunt s. gentilia castra aliquando secuti sunt.* Nil frequentius, quam istorum pronominum in codicibus confusio; vid. Cohort. ad Gr. c. 2. not. 15. 26., c. 9. not. 2., c. 14. not. 1., c. 36. not. 16., c. 38. not. 7. 13. Apol. I. c. 12. not. 4. al..

τῶν παρ' ὑμῖν γεγενημένων ἀποδεῖξαι ἔχομεν· ἐκ βιαίων καὶ τυράννων μετέβαλον ἡττηθέντες, ἢ γειτόνων καρτερίαν βίου παρακολουθήσαντες ἢ συνοδοιπόρων πλεονεκτουμένων ὑπομονὴν ξένην κατανοήσαντες ἢ συμπραγματευομένων πειρασθέντες. Περὶ δὲ τοῦ μὴ ὀμνύναι ὅλως, τἀληθῆ δὲ λέγειν ἀεί, οὕτως παρεκελεύσατο· [4] Μὴ ὀμόσητε ὅλως. Ἔστω δὲ ὑμῶν τὸ ναὶ ναί, καὶ τὸ οὒ οὔ· τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ. Ὡς δὲ καὶ τὸν θεὸν μόνον δεῖ προσκυνεῖν, οὕτως ἔπεισεν εἰπών· [5] Μεγίστη ἐντολή ἐστι· Κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, κύριον τὸν θεὸν τὸν ποιήσαντά σε. Καί· [6] Προσελθόντος αὐτῷ τινὸς καὶ εἰπόντος· Διδάσκαλε ἀγαθέ, ἀπεκρίνατο λέγων· Οὐδεὶς ἀγαθός, εἰ μὴ μόνος ὁ θεὸς ὁ ποιήσας τὰ πάντα. Οἳ δ' ἂν μὴ εὑρίσκωνται βιοῦντες ὡς ἐδίδαξε, γνωριζέσθωσαν μὴ ὄντες Χριστιανοί, κἂν λέγωσιν διὰ γλώττης τὰ τοῦ Χριστοῦ διδάγματα· οὐ γὰρ τοὺς μόνον λέγοντας, ἀλλὰ τοὺς καὶ τὰ ἔργα πράττοντας σωθήσεσθαι ἔφη. 64 Εἶπε γὰρ οὕτως· [7] Οὐχὶ πᾶς ὁ λέγων μοι· Κύριε, κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. [8] Ὃς γὰρ ἀκούει μου καὶ ποιεῖ ἃ λέγω, ἀκούει τοῦ ἀποστείλαντός με. [9] Πολλοὶ δὲ ἐροῦσί μοι· Κύριε, κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι ἐφάγομεν καὶ ἐπίομεν καὶ δυνάμεις ἐποιήσαμεν; Καὶ τότε ἐρῶ αὐτοῖς· Ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ ἐργάται τῆς ἀνομίας. [10] Τότε κλαυθμὸς ἔσται καὶ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, ὅταν οἱ μὲν δίκαιοι λάμψωσιν ὡς ὁ ἥλιος, οἱ δὲ ἄδικοι πέμπωνται εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ. [11] Πολλοὶ γὰρ ἥξουσιν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἔξωθεν μὲν ἐνδεδυμένοι δέρματα προβάτων, ἔσωθεν δὲ ὄντες λύκοι ἅρπαγες· ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. [12] Πᾶν δὲ δένδρον, μὴ ποιοῦν καρπὸν καλόν, ἐκκόπτεται καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. Κολάζεσθαι δὲ τοὺς οὐκ ἀκολούθως

4. Μὴ ... πονηροῦ] Ev. Matth. V. 34. 37..

5. Μεγίστη ... ποιήσ. σε] Ev. Matth. IV. 10. et Marc. XII. 30. coll. Luc. X. 27..

6. Προσελθόντος ... πάντα] Ev. Matth. XIX. 16. et Marc. X. 18. coll. Luc. XVIII. 19..

7. Οὐχὶ ... οὐρανοῖς] Ev. Matth. VII. 21..

8. Ὃς ... με] Ev. Luc. X. 16..

9. Πολλοὶ ... ἀνομίας] Ev. Luc.

tis, qui apud vos fuerunt, demonstrare possumus; ex violentis et tyrannis immutati sunt, victi vel vestigata vicinorum vitae constantia vel perspecta viae comitum defraudatorum mira patientia vel explorata patientia secum negotiantium. Ne autem juremus omnino, sed ut vera semper dicamus, sic praecepit: *Ne juretis omnino, sed sit vestrum sane sane, et non non; quod autem his adjicitur, malum est.* Deum porro solum colendum esse, ita suasit dicens: *Maximum mandatum est: dominum Deum tuum adorabis et illum solum coles ex toto corde tuo et ex totis viribus tuis, dominum Deum tuum, qui fecit te.* Et: *Accedente ad eum quodam ac dicente: Magister bone! respondit inquiens: Nemo bonus praeterquam solus Deus, qui condidit omnia.* Qui autem non ita comperiuntur vivere, quemadmodum docuit, eos pro certo constet non esse Christianos, quamvis lingua pronuntient Christi doctrinam; non enim eos qui tantummodo dicunt, sed qui facta etiam exhibent, salvos esse futuros dixit. Sic enim ait: *Non omnis qui dicit mihi: Domine domine! introibit in regnum coelorum, sed qui facit voluntatem patris mei qui in coelis est. Nam qui me audit et quae dico facit, eum audit qui misit me. Multi autem dicent mihi: Domine, domine! nonne in nomine tuo edimus et bibimus et potenter facta edidimus? Et tunc dicam eis: Discedite a me malefici. Tum fletus erit et stridor dentium, quum justi quidem ut sol fulgebunt, injusti autem mittentur in aeternum ignem. Multi siquidem venient sub nomine meo, extrinsecus ovium pellibus induti, quum intrinsecus lupi sint rapaces; ex operibus eorum cognoscetis illos. Omnis autem arbor, non faciens fructum bonum, exciditur et in ignem conjicitur.* Ceterum qui non consentanee

XIII. 26. sq. et Matth. VII. 22. sq..

10 *Τότε ... πῦρ*] Ev. Matth. XIII. 42. sq.. Pro *πέμπωνται* Davis. vult *πέμψωνται* ob praecedens *λάμψωσιν*.

11. *Πολλοὶ ... βάλλεται*] Ev. Matth. VII. 15. 16. 19..

12. *Πᾶν δὲ δένδρ.* etc.] Thirlb. (in Addend.) fortasse intercidisse dicit *πᾶν δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖ* (ev. Matth. VII. 17.).

τοῖς διδάγμασιν αὐτοῦ βιοῦντας, λεγομένους δὲ μόνον Χριστια- C
νούς, καὶ ὑφ' ὑμῶν ἀξιοῦμεν.

17. Φόρους δὲ καὶ εἰσφορὰς τοῖς ὑφ' ὑμῶν τεταγμένοις πανταχοῦ πρὸ πάντων πειρώμεθα φέρειν, ὡς ἐδιδάχθημεν παρ' αὐτοῦ. Κατ' ἐκεῖνο γὰρ τοῦ καιροῦ προσελθόντες τινὲς ἠρώτων αὐτόν, [1] εἰ δεῖ Καίσαρι φόρους τελεῖν. Καὶ ἀπεκρίνατο· Εἴπατέ μοι, τίνος εἰκόνα τὸ νόμισμα ἔχει; Οἱ δὲ ἔφασαν· Καίσαρος. Καὶ πάλιν ἀνταπεκρίνατο αὐτοῖς· Ἀπόδοτε οὖν τὰ Καίσαρος τῷ Καί-
σαρι, καὶ τὰ τοῦ θεοῦ τῷ θεῷ. Ὅθεν θεὸν μὲν μόνον προσκυ- D
νοῦμεν, ὑμῖν δὲ [2] πρὸς τὰ ἄλλα χαίροντες ὑπηρετοῦμεν, βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας ἀνθρώπων ὁμολογοῦντες καὶ εὐχόμενοι μετὰ τῆς βασιλικῆς δυνάμεως καὶ σώφρονα τὸν λογισμὸν ἔχοντας ὑμᾶς εὑρεθῆναι. Εἰ δὲ καὶ ἡμῶν εὐχομένων καὶ πάντα εἰς φανερὸν τιθέντων [3] ἀφροντιστήσετε, [4] οὐδὲν ἡμεῖς βλαβησόμεθα, πιστεύον-
τες, μᾶλλον δὲ καὶ πεπεισμένοι, κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων ἕκαστον E
τίσειν διὰ πυρὸς αἰωνίου δίκας καὶ πρὸς ἀναλογίαν, ὧν ἔλαβε δυνάμεων παρὰ θεοῦ, τὸν λόγον ἀπαιτηθήσεσθαι, ὡς ὁ Χριστὸς ἐμήνυσεν εἰπών· [5] Ὧι πλέον ἔδωκεν ὁ θεός, πλέον καὶ ἀπαιτηθήσεται παρ' αὐτοῦ.

18. Ἀποβλέψατε γὰρ πρὸς τὸ τέλος ἑκάστου τῶν γενομένων βασιλέων, ὅτι τὸν κοινὸν πᾶσι θάνατον ἀπέθανον· [1] ὅπερ εἰ εἰς ἀναισθησίαν ἐχώρει, ἕρμαιον ἂν ἦν τοῖς ἀδίκοις πᾶσιν. Ἀλλ' ἐπεὶ
καὶ αἴσθησις πᾶσι [2] γενομένοις μένει καὶ κόλασις αἰωνία [3] ἀπόκει- 65

1. εἰ ... θεῷ] Ev. Luc. XX. 22. et 25. coll. loca parall.

2. πρὸς τὰ ἄλλα] sc. quae ad προσκύνησιν non pertinent, uti adnotavit H. Stephan. (in edit. epist. ad Diogn. p. 51.).

3. ἀφροντιστήσετε] H. Stephan. (l. c. p. 92.) suspicatur a Justino additum fuisse καὶ ἀναιρήσετε, quod jam Grabius haud necessarium ducit.

4. οὐδὲν ἡμεῖς βλαβησόμεθα etc.] Non ineleganter neque irreverenter (habet enim comitatis vices etsi rariores) subticet hîc Justinus quod praecipue intelligi vult, nempe imperatoribus ipsis id exitio fore; neque eos in aeternis ignibus poenas daturos esse dicit, sed omnes malos κατ' ἀναλογίαν ὧν ἔλαβον παρὰ θεοῦ δυνάμεων. *Thirlbius.*

5. Ὧι ... αὐτοῦ] Ev. Luc. XII. 48.

1. ὅπερ] H. Stephan. (in edit. epist. ad Diogn. p. 91.) censet ὅσπερ substituendum; sed recte Sylburg. vulg. ὅπερ ad totam praecedentem sententiam refert, nempe τὸ τὸν κοινὸν ἀποθανεῖν θάνατον.

2. γενομένοις ... μὴ ἀμελ.] Ita

praeceptis illius vivunt ac nomine tenus Christiani sunt, hi ut a vobis quoque puniantur, rogamus.

17. Tributa vero et collationes iis, quibus hoc munus commisistis, ubique prae omnibus pendere contendimus, quemadmodum ab eo sumus instituti. Illo enim tempore accedentes quidam percunctati sunt ex illo, *an Caesari tributa pendere oporteat?* Atque respondit: *Dicite mihi, cujus imaginem nummus habet?* Illi autem dixerunt: *Caesaris.* Et rursus respondit iis: *Reddite igitur, quae Caesaris sunt, Caesari, et quae Dei, Deo.* Proinde nos solum Deum adoramus; vobis autem in rebus aliis laeti servimus, reges vos ac principes hominum esse agnoscentes et precantes, ut cum regia potestate sanam quoque mentem obtinere comperiamini. Quodsi nos precantes atque omnia in lucem proferentes non curaveritis, nihil nos quidem capiemus detrimenti, quippe quum credamus vel potius persuasum habeamus, pro actionum meritis unumquemque poenas per aeternum ignem daturum et pro proportione acceptarum a Deo facultatum rationem ei redditurum, quemadmodum Christus declaravit dicens: *Cui plus contulit Deus, plus etiam reposcetur ab eo.*

18. Respicite enim ad exitum cujusque superiorum regum: communem omnibus mortem obierunt, quae si in statum sensus expertem evaderet, de lucro id esset improbis omnibus. Sed quia et sensus manet iis omnibus qui exstiterunt et sup-

Codd. msti; vult autem H. Steph. (l. c.) *ἀπογενομένοις*, ut de mortuis Justinum loqui clarius pateat; porro pro *ἐπεὶ* aliquod nomen opinatur scriptum fuisse, copula *καὶ* cum nomine *αἴσθησις* junctum; denique conjectat *καὶ μὴ ἀμελ.* vel *μὴ ἀμελ. δέ.* Sed haec prorsus inutilia. Non enim, Maranus ait, animadvertit V. D., voce *γενομένοις* non tam mortuos designari, quam generatim omnes quicumque ante exstiterunt; eodem sensu Justinus dicebat supra c. 4. *οἱ γενόμενοι ποιηταί.* Atque ante *καὶ αἴσθησις* Sylburgius *μετὰ τῆς ψυχῆς* ex praecedentibus subaudit (= *etiam*), Thirlbio autem docente *καὶ* ad alterum *καὶ* (ante *κόλασ.*) tamquam comitem trahendum est (= *et — et*). — Cf. Plat. Phaedon. p. 107. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. I. p. 243.): *Εἰ μὲν γὰρ ἦν ὁ θάνατος τοῦ παντὸς ἀπαλλαγή, ἕρμαιον ἂν ἦν τοῖς κακοῖς ἀποθανοῦσι, τοῦ τε σώματος ἅμα ἀπηλλάχθαι καὶ τῆς αὐτῶν κακίας μετὰ τῆς ψυχῆς.*

3. *ἀπόκειται*] Thirlbius: Ex

ται, μὴ ἀμελήσητε πεισθῆναί τε καὶ πιστεῦσαι, ὅτι ἀληθῆ ταῦτά
ἐστι. [4] Νεκυομαντεῖαι μὲν [5] γὰρ [6] καὶ αἱ ἀδιαφθόρων παίδων ἐπο-
πτεύσεις καὶ ψυχῶν ἀνθρωπίνων κλήσεις καὶ οἱ λεγόμενοι παρὰ
τοῖς μάγοις [7] ὀνειροπομποὶ καὶ πάρεδροι καὶ τὰ γινόμενα ὑπὸ τῶν
ταῦτα εἰδότων πεισάτωσαν ὑμᾶς, ὅτι καὶ μετὰ θάνατον ἐν αἰσθή-
σει εἰσὶν αἱ ψυχαί, καὶ [8] οἱ ψυχαῖς ἀποθανόντων λαμβανόμενοι
καὶ ῥιπτούμενοι ἄνθρωποι, οὓς δαιμονιολήπτους καὶ μαινομένους B
καλοῦσι πάντες, καὶ τὰ παρ' ὑμῖν λεγόμενα μαντεῖα Ἀμφιλόχου
καὶ Δωδώνης καὶ Πυθοῦς, [9] καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτά ἐστι, καὶ τὰ
τῶν συγγραφέων διδάγματα, Ἐμπεδοκλέους καὶ Πυθαγόρου, Πλά-
τωνός τε καὶ Σωκράτους, καὶ ὁ παρ' Ὁμήρῳ βόθρος καὶ ἡ κάθο-
δος Ὀδυσσέως εἰς τὴν τούτων ἐπίσκεψιν, καὶ τῶν τὰ αὐτὰ τού-
τοις εἰπόντων· οἷς κἂν ὁμοίως ἡμᾶς ἀποδέξασθε οὐχ ἧττον ἐκείνων
θεῷ πιστεύοντας, ἀλλὰ μᾶλλον, οἳ καὶ τὰ νεκρούμενα καὶ εἰς C
γῆν βαλλόμενα πάλιν ἀπολήψεσθαι ἑαυτῶν σώματα προσδοκῶμεν,
ἀδύνατον μηδὲν εἶναι θεῷ λέγοντες.

ἀπόκειται, inquit, facile efficeres ἐπίκειται, quemadmodum supra Justinus (c. 12.) p. 59. C: κἂν διὰ τὰ ἐπικείμενα ἐκ παντὸς τρόπου κόσμιοι ἦσαν. Sed vulgata lectio ferri potest.

4. Νεκυομαντεῖαι etc.] Omnes, quas Justinus enumerat, ait Grabius, magicarum praestigiarum species, junctim quoque memorat Tertullianus in Apolog. c. 23. (Opp. ed. Leopold. P. I. p. 92.): Si et magi phantasmata edunt et jam defunctorum infamant animas, si pueros in eloquium oraculi elidunt, si multa miracula circulatoriis praestigiis ludunt, si et somnia immittunt etc..

5. γὰρ] Haec vox Codd. mstis probata male a Marano et Braunio omittitur.

6. καὶ αἱ ἀδιαφθόρων παίδων ἐποπτεύσεις etc.] Cod. Reg. αἱ διαφθόρων, sed in margine: Οἶμαι, αἱ ἀδιαφθόρων παίδων. Ad hunc locum illustrandum Grabio observante apprime facit geminus Socratis Hist. eccles. III. c. 13., ubi inter nefanda gentilium sacra refertur, quod pueros impuberes (παῖδας ἀφθόρους) utriusque sexus immolarint extaque eorum inspexerint (σπλαγχνοσκοπούμενοι). Similia Eusebius de Valeriano imp. Hist. eccles. VII. c. 10. (ed. Heinichen. Tom. II.) p. 324. et de Maxentio tyr. l. c. VIII. c. 14. (Tom. III.) p. 60. refert. Quid vero tales inspectiones ad immortalitatem probandam? Utique, pergit Grabius, hanc supponebant Magi, rati animas talium puerorum tunc assistere atque futura revelare; hinc Simon Magus in Clement. Recognn. II. c. 13.: Pueri, inquit, incorrupti et violenter necati animam adjuramentis ineffabilibus evocatam adsistere mihi feci,

plicia aeterna reposita sunt, ne haec pro certis habere ac vera credere negligatis. Necyomantiae enim et incorruptorum puerorum inspectiones et animarum humanarum evocationes et qui apud Magos somniorum immissores et assessores dicuntur et quae a peritis illarum rerum fiunt, persuadeant vobis animas etiam post mortem sensu praeditas esse, item illi qui ab animabus mortuorum correpti projiciuntur, daemoniaci et furiosi ab omnibus appellati, et quae dicuntur apud vos oracula Amphilochium et Dodonaeum et Pythium, et quaecumque alia ejusmodi, et scriptorum sententiae, Empedoclis et Pythagorae, Platonis et Socratis (etiam illa apud Homerum fossa et descensus Ulyssis horum videndorum causa) atque eorum qui eadem ac isti dixerunt: quibus nos saltem aeque approbate, qui non minus quam illi, imo magis Deo credimus, quippe quum nostra corpora etiam mortua et in terram conjecta nos rursus recepturos speremus, nihil non posse a Deo fieri asserentes.

et per ipsam fit omne quod jubeo. ... Statim et praescientiam habet (sc. anima corpore exuta), propter quod evocatur ad necromantiam. — Quare Justinus quoque mox subjungit: *καὶ ψυχῶν ἀνθρ. κλήσεις*, quum non puerorum tantum, sed etiam aliorum animae evocari solebant, id quod ex ipsa Scriptura 1. Samuel. XXVIII. 7. sqq. apparet, ubi Samuel a mortuis per Pythonissam evocatus apparuisse refertur. Ex quo immortalitatem Martyr probat in Dial. c. Tr. c. 105. p. 333. A.

7. *ὀνειροπομποὶ καὶ πάρεδροι*] Valesio ad Euseb. l. c. IV. c. 7. (Tom. I.) p. 305. sq. recte notante, paredros dixere Spiritus Magis adsistentes, vel etiam quos Magi aliis immittebant, ut perpetuo eis ad tutelam adsisterent; oniropompos vero istos, qui somnia hominibus injiciebant, ut de eventibus edocerentur futuris.

8. *οἱ ψυχαῖς ἀποθαν. λαμβαν.* etc.] Quod hîc Justinus de animabus defunctorum ex ethnicorum principiis (coll. Joseph. de bell. jud. VII. c. 6. §. 3.) colligit, negat Tatianus Orat. adv. Gr. c. 17.; daemones sub earum obtentu operari, Tertullianus de anima c. 57. (P. IV.) p. 244. exponit.

9. *καὶ ὅσα ... εἰπόντων*] Davisius totam *ῥῆσιν* ita disponendam autumat: *καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτά ἐστι· καὶ ὁ παρ' Ὁμήρῳ βόθρος καὶ ἡ κάθοδος Ὀδυσσέως εἰς τὴν τούτων ἐπίσκεψιν* (conjectat V. D. *εἰς τ. νεκύων ἐπίσκεψιν*, nam venit ille *ἰδεῖν νέκυας καὶ ἀτερπέα χῶρον*, uti loquitur Homerus Od. λ. 93.) *καὶ τὰ τῶν συγγραφέων διδάγματα, Ἐμπ. κ. Πυθ., Πλ. τ. κ. Σωκρ., καὶ τῶν τὰ αὐτὰ τούτοις εἰπόντων.* Etsi non mala, tamen non necessaria mutatio, quum vulgaris scriptura ferri queat.

19. *Καὶ* [1] κατανοοῦντι τί ἀπιστότερον ἂν μᾶλλον δόξαι, ἢ εἰ
ἐν σώματι μὴ ὑπήρχομεν καί τις ἔλεγεν, ἐκ μικρᾶς τινὸς ῥανίδος
τῆς τοῦ ἀνθρωπείου σπέρματος δυνατὸν ὀστέα τε καὶ νεῦρα καὶ
σάρκας εἰκονοποιηθέντα, οἷα ὁρῶμεν, γενέσθαι; Ἔστω γὰρ νῦν
ἐφ᾽ ὑποθέσεως λεγόμενον. Εἴ τις ὑμῖν μὴ οὖσι τοιούτοις μηδὲ
[2] τοιούτων ἔλεγε, τὸ σπέρμα τὸ ἀνθρώπειον δεικνὺς καὶ εἰκόνα D
γραπτήν, ἐκ τοῦ τοιοῦδε [3] οἷόν τε γενέσθαι διαβεβαιούμενος, πρὶν
ἰδεῖν γενόμενον ἐπιστεύσατε; [4] Οὐκ ἄν τις τολμήσειεν ἀντειπεῖν.
Τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον διὰ τὸ μήπω ἑωρακέναι ὑμᾶς ἀναστάντα
νεκρὸν ἀπιστία ἔχει. Ἀλλ᾽ ὃν τρόπον τὴν ἀρχὴν οὐκ ἂν ἐπιστεύ-
σατε, ἐκ τῆς μικρᾶς ῥανίδος δυνατὸν τοιούτους γενέσθαι, καὶ ὁρᾶ-
τε γινομένους, τὸν αὐτὸν τρόπον λογίσασθε, ὅτι διαλυθέντα καὶ
δίκην σπερμάτων εἰς γῆν [5] ἀναλυθέντα τὰ ἀνθρώπεια σώματα κατὰ E
καιρὸν προστάξει θεοῦ ἀναστῆναι καὶ ἀφθαρσίαν ἐνδύσασθαι οὐκ
ἀδύνατον. Ποίαν γὰρ ἀξίαν θεοῦ δύναμιν λέγουσιν οἱ φάσκοντες εἰς
ἐκεῖνο χωρεῖν ἕκαστον, ἐξ οὗπερ ἐγένετο, καὶ παρὰ ταῦτα μηδὲν ἄλ- 66
λο δύνασθαι μηδὲ τὸν θεόν, οὐκ ἔχομεν λέγειν· ἀλλ᾽ ἐκεῖνο συνορῶ-
μεν, ὅτι οὐκ ἂν ἐπίστευσαν δυνατὸν εἶναι τοιούτους ποτὲ γενέσθαι,
ὁποίους καὶ ἑαυτοὺς καὶ τὸν σύμπαντα κόσμον καὶ ἐξ ὁποίων γε-
γενημένα ὁρῶσι. Κρεῖττον δὲ πιστεύειν καὶ τὰ τῇ ἑαυτῶν φύσει
καὶ ἀνθρώποις ἀδύνατα, ἢ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἀπιστεῖν, προει-
λήφαμεν, ἐπειδὴ καὶ τὸν ἡμέτερον διδάσκαλον Ἰησοῦν Χριστὸν B
ἔγνωμεν εἰπόντα· [6] Τὰ ἀδύνατα παρὰ ἀνθρώποις, δυνατὰ παρὰ
θεῷ. Καὶ· [7] Μὴ φοβεῖσθε τοὺς ἀναιροῦντας ὑμᾶς καὶ μετὰ ταῦ-

1. *κατανοοῦντι τί* etc.] Vulgo *κατανοοῦντι ἀπιστ.* etc.. Sed Grabius adstipulantibus Marano et Braunio omissum putat *τί*, quod ob similitudinem cum ultima praecedentis vocis syllaba facile potuit interire. Restituere non dubitavi. Minus probabile Thirlbius conjicit *πιστότερον*, Perionium vero secutus delendam opinatur *ἢ* particulam. Justini vestigiis Irenaeus adv. haeres. V. c. 3. §. 2. p. 295. sq. ed. Massuet.: *Ἀπιστότερον*, inquit, *ἦν*, *ἐκ μὴ ὄντων ὀστέων τε καὶ νεύρων* .... (*καὶ σαρκῶν*? vers. lat.: *et venis*) *καὶ τῆς λοιπῆς τῆς κατὰ τὸν ἄνθρ. οἰκονομίας ποιῆσαι εἰς τὸ εἶναι* etc..

2. *τοιούτων*] Perionius vult *ἐκ τοιούτων* repugnante Grabio.

3. *οἷόν τε*] Legere amat Davis. *τοιόνδε*.

4. *Οὐκ ... ἀντειπεῖν*] Davis., si emendatione sit opus, lubens rescripserit: *Οὐκ ἄν τ. τολμ. ἂν εἰπεῖν*. Idem vult Thirlbius, veretur tamen, ne Justinus noster in culpa sit, non librarii. Thalemann.

19. Et attente consideranti quid incredibilius videatur, quam si in corpore non essemus et aliquis diceret, ex parva quadam humani seminis gutta ossa et nervos et carnes ea, quam videmus, forma fieri posse? Id enim nunc fingendo dicamus. Si tales non essetis neque orti ex talibus, vobisque aliquis hominis semen et pictam imaginem demonstrans ex tali re eum generari posse asseveraret, num prius, quam videretis factum, crederetis? Nemo contradicere audebit. Eodem igitur modo, quia nondum vidistis mortuum ad vitam revocatum, increduli estis. Sed quemadmodum numquam omnino credidissetis, tales vos ex parva gutta fieri posse, et tamen factos videtis, eodem modo fieri posse existimate, ut dissoluta et instar seminum in terram resoluta hominum corpora certo tempore Dei jussu resurgant et incorruptionem induant. Quam enim Deo dignam potentiam asserant ii, qui unumquodque in id redire, unde exstitit, ac praeterea ne Deum quidem quidquam aliud posse dicunt, statuere non possumus; sed illud perspicimus, nequaquam eos credituros fuisse tales se et universum mundum fieri posse, quales et ex qualibus factos vident. Satius autem esse ea credere, quae et nostrae naturae et aliorum hominum vires superant, quam pariter cum aliis incredulos esse, accepimus, quandoquidem et magistrum nostrum Jesum Christum ita dixisse scimus: *Quae impossibilia apud homines, possibilia apud Deum.* Et: *Ne*, inquit, *timeatis eos, qui occidunt vos ac*

scribendum dicit: *Ὅτι ἐπιστεύσατε, οὐκ ἄν τις τολμήσειεν ἂν εἰπεῖν*, vel: *Ὅτι οὐκ ἂν ἐπιστεύσατε* (sic paulo post), *οὐκ ἄν τις τολμήσειεν ἀντειπεῖν.* Nihil mutandum censemus.

5. *ἀναλυθέντα*] Vulgo *διαλυθέντα*, ut paulo ante, ubi Grabius vitandae tautologiae ergo fortasse legendum dicit *διαλαθέντα*; prorsus tollendum videtur verbum Thalemanno. Pro altero *διαλυθέντα* Davis. et Braun. volunt *διαξυθέντα*, Thirlbius vero Justinum scripsisse conjicit *διαλυθ. κ. δ. σπ. εἰς γῆν ἀναλυθέντα*, quemadmodum Irenaeus *τὴν εἰς τὴν γῆν ἡμῶν ἀνάλυσιν* (V. c. 2. §. 3. p. 295.) et *ἀναλυθὲν εἰς τὴν γῆν* (V. c. 3. §. 2. p. 296.), ubi hunc locum prae oculis eum habuisse multa sunt quae suadeant. Et digna est haec V. D. emendatio, quae in textum recipiatur, praesertim quum idem *ἀναλυθέντα* in Cod. Clarom. ad marginem legatur.

6. *Τὰ ... θεῷ*] Ev. Luc. XVIII. 27..

7. *Μὴ ... ἐμβαλεῖν*] Ev. Luc. XII. 4. sq. et Matth. X. 28..

τα μὴ δυναμένους τι ποιῆσαι, εἶπε, φοβήθητε δὲ τὸν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα εἰς γέενναν ἐμβαλεῖν. Ἡ δὲ γέεννά ἐστι τόπος, ἔνθα κολάζεσθαι μέλλουσιν οἱ ἀδίκως βιώσαντες καὶ μὴ πιστεύοντες ταῦτα γενήσεσθαι, ὅσα ὁ θεὸς διὰ τοῦ Χριστοῦ ἐδίδαξε.

20. Καὶ [1] Σίβυλλα δὲ καὶ [2] Ὑστάσπης γενήσεσθαι τῶν φθαρτῶν ἀνάλωσιν διὰ πυρὸς ἔφασαν. [3] Οἱ λεγόμενοι δὲ Στωϊκοὶ φιλόσοφοι καὶ αὐτὸν τὸν θεὸν εἰς πῦρ ἀναλύεσθαι δογματίζουσι καὶ αὖ πάλιν κατὰ μεταβολὴν τὸν κόσμον γενέσθαι λέγουσιν· ἡμεῖς δὲ κρεῖττόν τι τῶν μεταβαλλομένων νοοῦμεν τὸν πάντων ποιητὴν θεόν. Εἰ οὖν καὶ ὁμοίως τινὰ τοῖς παρ' ὑμῖν τιμωμένοις ποιηταῖς καὶ φιλοσόφοις λέγομεν, ἔνια δὲ καὶ μειζόνως καὶ [4] θείως καὶ μόνοι μετὰ ἀποδείξεως, τί παρὰ πάντας ἀδίκως μισούμεθα; Τῷ γὰρ λέγειν ἡμᾶς ὑπὸ θεοῦ πάντα κεκοσμῆσθαι καὶ γεγενῆσθαι, Πλάτωνος δόξομεν λέγειν δόγμα· τῷ δὲ ἐκπύρωσιν γενέσθαι, Στωϊκῶν· τῷ δὲ κολάζεσθαι ἐν αἰσθήσει καὶ μετὰ θάνατον οὔσας τὰς τῶν ἀδίκων ψυχάς, τὰς δὲ τῶν σπουδαίων ἀπηλλαγμένας τῶν τιμωριῶν εὖ διάγειν, ποιηταῖς καὶ φιλοσόφοις τὰ αὐτὰ λέγειν δόξομεν· τῷ δὲ καὶ μὴ δεῖν [5] χειρῶν ἔργοις ἀνθρώπους προσκυνεῖν, Μενάνδρῳ τῷ κωμικῷ καὶ τοῖς ταῦτα φήσασι ταὐτὰ φράζομεν· [6] μείζονα γὰρ τὸν δημιουργὸν τοῦ σκευαζομένου ἀπεφήναντο.

C D E

21. Τῷ δὲ καὶ τὸν λόγον, ὅ ἐστι πρῶτον γέννημα τοῦ θεοῦ, ἄνευ ἐπιμιξίας φάσκειν ἡμᾶς [1] γεγενῆσθαι, Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν δι-

1. *Σίβυλλα*] Locus, quem Justinus respicit, in orac. Sibyllin. IV. v. 171. (Galland. Bibl. vett. PP. Tom. I. p. 374.) exstat.

2. *Ὑστάσπης*] Ita sine ulla dubitatione recte scribo pro vulgari forma *Ὑστάσπις*, quae Iotacismo debetur (vid. Cohort. ad Gr. c. 20. not. 2.), quum praesertim c. 44. p. 82. C. *Ὑστάσπου* exstet. Nostram scripturam firmant etiam Clemens Alex. Strom. V. c. 6. §. 43. (Opp. ed. Klotz. Tom. III.) p. 123. et Lactantius Institt. divin. VII. c. 15. et 18.. Cf. Valesium ad Ammianum Marcell. XXIII. c. 6.. — Editores verum viderunt, sed, quemadmodum alibi, propter nescio quam timiditatem falsam lectionem non expunxerunt.

3. *Οἱ λεγόμενοι ... λέγουσιν*] Cum proxime sequatur: *ἡμεῖς δὲ κρεῖττόν ... ποιητὴν θεόν*, suspicetur fortasse aliquis *τὸν κόσμον* glossema esse et proinde e textu in marginem rejiciendum. Quod tu cave faxis. *Thirlbius.*

4. *θείως*] Sylburg., Maran. et Roessler. (*Biblioth. der KVV.* Tom.

deinceps nihil facere possunt, eum vero timete, qui post mortem potest et animam et corpus conjicere in Gehennam. Est autem Gehenna locus, ubi punientur qui injuste vixerunt nec ea crediderunt futura, quaecumque Deus per Christum docuit.

20. Ac Sibylla quidem et Histaspes ea, quae corruptioni obnoxia sunt, igne consumtum iri dixerunt. Qui vero dicuntur Stoici philosophi Deum ipsum in ignem resolvi docent ac mundum per mutationem rursus oriri dicunt; nos autem praestantius aliquid mutabilibus rebus creatorem omnium Deum credimus. Itaque si quaedam similia his, qui apud vos in pretio sunt, poetis et philosophis, quaedam autem plenius et divine disserimus idque soli cum demonstratione, cur supra omnes injuste odiis expositi sumus? Dum enim a Deo dicimus ornata et facta omnia, Platonis sententiam proferre videbimur: dum conflagrationem fore, Stoicorum: dum improborum animas etiam post mortem sensu praeditas puniri et bonorum a suppliciis liberas beate agere, eadem ac poetae et philosophi dicere videbimur: dum manuum opera homines colere non debere, idem dicimus quod Menander comicus et qui similia locuti sunt; majorem enim esse opere opificem pronuntiarunt.

21. Dum autem Logon, quae prima est Dei progenies, sine mistione genitum dicimus, Jesum Christum magistrum

I. p. 112. not. 14.) monent *θειοτέρως* legendum, quod jam Grabius haud necessarium esse fatetur.

5. *χειρῶν ἔργοις ἀνθρώπους*] Vulgo vitiose *χειρῶν ἀνθρώποις.* Wolfius conjicit *ἔργα χειρῶν ἀνθρώπου*; H. Stephan. (in edit. epist. ad Diogn. p. 44.) *χειρῶν ἔργοις ἀνθρώπους*, vel *ἔργοις χειρῶν ἀνθρώπων* aut *ἀνθρωπίνων;* Davis. *χειρῶν ἀνθρώπων ἔργοις*; Maran. *χείρονι ἀνθρώπους.* Sylburg. et Braun. probant *χειρῶν ἀνθρωπίνων ἔργοις*, sed vulgatae lectioni propius est haud dubie *χειρῶν ἔργοις ἀνθρώπους*, id quod prae ceteris etiam H. Stephano, Grabio et Thalemanno placet. Egregie facit ad nostram scripturam probandam geminus locus c. 53. p. 88. C, quo Martyr ait: *ἔθνη χειρῶν ἔργοις λατρεύοντα.* Quare recipere non dubitavi.

6. *μείζονα . . . ἀπεφῆν.*] Cf. praecipue de monarch. c. 5. p. 107. B. C: *εἰ γὰρ ἕλκει . . . τοῦ θεοῦ.*

1. *γεγενῆσθαι*] Thirlb. legit *γεγεννῆσθαι.*

δάσκαλον ἡμῶν, καὶ τοῦτον σταυρωθέντα καὶ ἀποθανόντα καὶ 67
ἀναστάντα ἀνεληλυθέναι εἰς τὸν οὐρανόν, οὐ παρὰ τοὺς παρ' ὑμῖν λεγομένους υἱοὺς τῷ Διΐ καινόν τι φέρομεν. Πόσους γὰρ υἱοὺς φάσκουσι τοῦ Διὸς οἱ παρ' ὑμῖν τιμώμενοι συγγραφεῖς, ἐπίστασθε· Ἑρμῆν μέν, [2] λόγον τὸν ἑρμηνευτικὸν καὶ πάντων διδάσκαλον, Ἀσκληπιὸν δὲ καὶ θεραπευτὴν γενόμενον, κεραυνωθέντα ἀνεληλυθέναι εἰς οὐρανόν, Διόνυσον δὲ διασπαραχθέντα, Ἡρακλέα δὲ φυγῇ πόνων ἑαυτὸν πυρὶ δόντα, τοὺς ἐκ Λήδας δὲ Διοσκούρους, B
καὶ τὸν ἐκ Δανάης Περσέα, καὶ [3] τὸν ἐξ ἀνθρώπων δὲ ὑφ' ἵππου Πηγάσου Βελλεροφόντην. Τί γὰρ λέγομεν τὴν Ἀριάδνην καὶ τοὺς [4] ὁμοίους αὐτῇ κατηστερίσθαι λεγομένους; [5] Καὶ τί γὰρ τοὺς ἀποθνήσκοντας παρ' ὑμῖν αὐτοκράτορας ἀεὶ ἀπαθανατίζεσθαι ἀξιοῦντες, [6] καὶ ὀμνύντα τινὰ προάγετε ἑωρακέναι ἐκ τῆς πυρᾶς ἀνερχόμενον εἰς τὸν οὐρανὸν τὸν κατακαέντα Καίσαρα; Καὶ ὁποῖαι ἑκάστου τῶν λεγομένων υἱῶν τοῦ Διὸς ἱστοροῦνται αἱ πράξεις, πρὸς εἰδό- C
τας λέγειν οὐκ ἀνάγκη, πλὴν ὅτι [7] εἰς διαφορὰν καὶ προτροπὴν τῶν ἐκπαιδευομένων ταῦτα γέγραπται· μιμητὰς γὰρ θεῶν καλὸν εἶναι πάντες ἡγοῦνται. Ἀπείη δὲ σωφρονούσης ψυχῆς ἔννοια τοιαύτη περὶ θεῶν, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν ἡγεμόνα καὶ γεννήτορα πάντων κατ' αὐτοὺς Δία πατροφόντην τε καὶ πατρὸς τοιούτου γεγονέναι, [8] ἐρω-

2. *λόγον τ. ἑρμην.*] Tunc Mercurium dicebant esse *λόγον*, quum fabulosum illum deum ad physiologiam i. e. ad res inaminas revocarent. Hinc Porphyrius apud Eusebium Praeparat. evang. III. c. 11. dum absurdas de diis fabulas lenire conatur, Mercurium ait esse symbolum *λόγου* omnium efficientis et interpretis etc.. *Maranus.*

3. *τὸν ἐξ ἀνθρ. δὲ ὑφ' ἵππου*] Perionius et Langus subaudiunt *ἀνηρπασμένον*, Sylburg. *ἀφανισθέντα* vel consimile quid. Sed Marano monente quod semel de Aesculapio dixit Justinus, eum in coelum adscendisse, id ad eos, qui deinceps recensentur et proinde ad ipsum etiam Bellerophontem referendum est. Jam Sylburg. observat, fortasse scriptum esse *ἐφ' ἵππου*, quum eadem lectio infra c. 54. p. 89. E. exstet. Ceterum ille ex ethnicorum opinione non in coelum avolavit, sed avolare frustra voluit; cf. praeter alios Pindar. Isthm. VII. 63. sqq. et Horat. Odd. IV. 11. 26. sqq..

4. *ὁμοίους*] Fortasse *ὁμοίως*. *Thirlbius.*

5. *Καὶ τί γὰρ* etc.] Thirlb. conjectat *αὐτοκράτορας*, *οὓς ἀεὶ* etc.. Aptius Maran. dicit legendum *Καί τοι γάρ*: Quid enim necesse est antiqua recensere, quum quotidie ejusmodi consecrationes apud vos celebrentur?

6. *καὶ ὀμνύντα τινὰ ... Καίσαρα*] Sylburg. et Grab. Justini

nostrum, eumdemque crucifixum et mortuum et redivivum adscendisse in coelum: nihil ab iis, qui apud vos dicuntur, Jovis filiis alienum et novum afferimus. Scitis enim quot Jovis filios commemorent spectati apud vos scriptores: Mercurium, sermonem interpretem et omnium magistrum, Aesculapium, postquam etiam ob medici munus fulminatus est, evectum in coelum, Bacchum postquam dilaniatus, Herculem postquam se ipsum fuga laborum igni tradidit, Dioscuros ex Leda, Perseum ex Danaë genitos, et genitum ex hominibus Bellerophontem, equo Pegaso sublatum. Quid enim dicamus Ariadnem et qui similiter ac ista recepti inter sidera feruntur? Nam et morientes apud vos imperatores semper immortalitati consecrandos judicatis, ac producitis qui etiam juratus vidisse se crematum Caesarem in coelum abeuntem dicat. Qualia autem cujusque eorum qui dicuntur Jovis filiorum facta perhibeantur, necesse non est apud scientes dicere, sed hoc tantum, in usum et adhortationem discentium ista literis mandata esse; Deos enim imitari praeclarum omnibus videtur. Absit autem a sana mente haec de diis cogitatio, ut ipsum ducem et genitorem omnium secundum illos Jovem parricidam et ex patre parricida ortum

diligentiam hoc loco desiderant, quasi latius extendat, quod de Romulo et Julio Caesare narratur, nec animadvertat in aliorum imperatorum exsequiis non ejusmodi jusjurandum dari, sed aquilam e rogo emitti solitam esse, quae defuncti animam in coelum efferre putaretur. Non viderunt eruditi viri utramque consuetudinem usurpatam fuisse. Sic loquitur Suetonius in Augusti vita: *Non defuit*, inquit, *vir praetorius, qui* se *effigiem cremati euntem in coelum vidisse juraret*. — Justini testimonium confirmat Tatianus Orat. adv. Graec. c. 10.; Tertullianus idem perjurium exagitat ad Nat. I. c. 10. et II. c. 7.. *Maranus*.

7. *εἰς διαφορὰν καὶ προτροπὴν*] Lang. et Bill. (Observv. sacr. II. c. 6.) legi volunt *διαφθοράν*, eosque secuti Grab., Maran. et Thalemann. insuper *παρατροπὴν* recipiendum contendunt, quod primus Cotelerius (Monum. eccles. graec. Tom. II. p. 596.) conjecit, ut sensus sit, ad corruptelam et depravationem discentium illa perscripta esse. Sed idem exprimit scriptura vulgata, dummodo per ironiam verba prolata statuas, id quod ante me admonuerunt Deckers. et Braun..

8. *ἔρωτί τε*] Thalemann. praeter necessitatem *ἔρωτι δὲ* vel *ἔρωτός τε καί*.

τί τε κακῶν καὶ αἰσχρῶν ἡδονῶν ἥττω γενόμενον ἐπὶ Γανυμήδην καὶ D
τὰς πολλὰς μοιχευθείσας γυναῖκας ἐλθεῖν, καὶ τοὺς αὐτοῦ παῖδας τὰ
ὅμοια πράξαντας παραδέξασθαι. Ἀλλ', ὡς προέφημεν, οἱ φαῦλοι
δαίμονες ταῦτα ἔπραξαν. Ἀπαθανατίζεσθαι δὲ ἡμεῖς μόνους δε-
διδάγμεθα τοὺς ὁσίως καὶ ἐναρέτως ἐγγὺς θεῷ βιοῦντας, κολάζε-
σθαι δὲ τοὺς [9] ἀδίκως καὶ μὴ μεταβάλλοντας ἐν αἰωνίῳ πυρὶ πι-
στεύομεν.

22. Υἱὸς δὲ θεοῦ ὁ Ἰησοῦς λεγόμενος, εἰ καὶ [1] κοινῶς μόνον E
ἄνθρωπος, διὰ σοφίαν ἄξιος υἱὸς θεοῦ λέγεσθαι· πατέρα γὰρ
ἀνδρῶν τε θεῶν τε πάντες συγγραφεῖς τὸν θεὸν [2] καλοῦσιν. [3] Εἰ
δὲ καὶ ἰδίως παρὰ τὴν κοινὴν γένεσιν γεγενῆσθαι αὐτὸν ἐκ θεοῦ
λέγομεν λόγον θεοῦ, ὡς προέφημεν, κοινὸν τοῦτο ἔστω ὑμῖν τοῖς
τὸν Ἑρμῆν λόγον τὸν παρὰ θεοῦ ἀγγελτικὸν λέγουσιν. Εἰ δὲ αἰ- 68
τιάσαιτό τις ἐσταυρῶσθαι αὐτόν, καὶ τοῦτο κοινὸν τοῖς προκατη-
ριθμημένοις παθοῦσιν υἱοῖς καθ' ὑμᾶς τοῦ Διὸς ὑπάρχει. Ἐκεί-
νων τε γὰρ οὐχ ὅμοια τὰ πάθη τοῦ θανάτου, ἀλλὰ διάφορα ἱστο-
ρεῖται, ὥστε [4] μηδὲ τὸ ἴδιον τοῦ πάθους ἥττονα δοκεῖν εἶναι τοῦ-
τον, ἀλλ', ὡς ὑπεσχόμεθα, προϊόντος τοῦ λόγου καὶ κρείττονα
ἀποδείξομεν, μᾶλλον δὲ καὶ ἀποδέδεικται· [5] ὁ γὰρ κρείττων ἐκ τῶν
πράξεων φαίνεται. Εἰ δὲ καὶ [6] διὰ παρθένου γεγεννῆσθαι φέρο-
μεν, κοινὸν καὶ τοῦτο πρὸς τὸν Περσέα ἔστω ὑμῖν. Ὧι δὲ λέγο- B
μεν χωλοὺς καὶ παραλυτικοὺς καὶ ἐκ γενετῆς [7] πονηροὺς ὑγιεῖς πε-

9. ἀδίκως] Bill. (l. c.) legere amat ἀδίκους; sed vulgaris lectio retinenda.

1. κοινῶς μόνον ἄνθρ.] Conjicit Thirlbius κοινός, sed lectionem vulgatam non mutandam censet. Gallandius conjecturam contendit a Davisio confirmatam esse ex ipso Justino, qui pari phrasi usus sit in Dial. c. Tr. c. 99. p. 326. C: ὡς κοινὸν ἄνθρωπον ἐν Ἅιδου μένειν. Sed, Braunius recte ait, nostro loco κοινῶς unice verum esse, ostendit quod statim sequitur ἰδίως, id quod voci κοινῶς ita respondet, ut hoc sensu latiore, illud strictiore et proprio significet.

2. καλοῦσιν] Prae ceteris Homerus; vid. Cohort. ad Gr. c. 2. p. 2. C.

3. Εἰ δὲ καὶ ἰδίως etc.] Hujus loci ea videtur esse sententia: Ne mirum vobis videatur, si Logon Dei non sonum vocalem, non rem inanimam, sed verum filium veramque personam dicimus, non factam sed genitam. Commune id esse ducite cum iis, qui ipsum etiam Mercurium λόγον τὸν παρὰ θεοῦ ἀγγελτικὸν appellant. Vid. Dial. c. Tr. c. 16. et 128.. *Maranus.* Thirlb. vult τῶν παρὰ θεοῦ.

fuisse, ac malarum et turpium voluptatum amore captum ad Ganymedem multasque mulieres ab eo constupratas venisse, ac ejus filios similia fecisse credat. Sed haec, ut diximus, pravi daemones perpetrarunt. Nos autem immortalitatem eos consequi solos didicimus, qui Deum vitae sanctitate et virtute propius contingunt: qui autem improbe vivunt nec immutantur, eos igne aeterno credimus puniri.

22. Filius autem Dei, qui Jesus vocatur, etiam si homo tantum esset communi conditione, propter sapientiam dignus foret, qui filius Dei diceretur. *Parentem* enim *virûmque deûmque* scriptores omnes appellant Deum. Quodsi modo singulari et a communi creatione diverso genitum illum ex Deo dicimus Logon Dei, id ei, ut jam diximus, commune esse credite cum iis, qui Mercurium sermonem a Deo internuntium appellant. Si quis autem crucifixum esse objiciat, est id quoque commune cum supradictis Jovis, ut vestra fert opinio, filiis, qui perpessiones non effugerunt. Illorum enim non similes, sed diversae mortis perpessiones narrantur ita, ut ne ob singulare quidem perpessionis genus inferior sit, sed et praestantiorem esse, ut promisimus, procedente oratione demonstrabimus, vel potius jam demonstratum est; praestantior enim quisque ex actionibus apparet. Quod autem et per virginem natum tenemus, commune id cum Perseo existimate. Quod claudos denique et paralyticos et ab ipso ortu debiles sanitati ab eo

4. *μηδὲ*] Pearson. legit *μὴ διά.*

5. *ὁ γὰρ ... φαίνεται*] Grabio observante mutuatus est hanc propositionem a Justino Irenaeus adv. haeres. II. c. 30. §. 5. p. 161. ed. Massuet. scribens: Qui enim melior est, ex operibus ostenditur.

6. *διὰ παρθ.*] Alibi Martyr dicit Christum *ἐκ παρθ.* natum. Utramque praepositionem, quam Basilius de Spiritu sancto c. 5. hac in re idem sonare dicit, jungit in Dial. c. Tr. c. 66. p. 290. D: *ὅτι ἐκ παρθένου γεννητὸς καὶ διὰ παρθένου γεννηθῆναι* etc., et ibid. p. 291. A. Christum *ἀπὸ παρθ.* genitum pronuntiat.

7. *πονηροὺς*] Sylburg. et Grab. (nec repugnant Thirlb. et Maran.) cum R. Stephan. (ad edit. calcem) legi malunt *πηροὺς* idque firmant loco ex Dial. c. Tr. c. 69. desumto: *τοὺς ἐκ γενετῆς καὶ κατὰ τὴν σάρκα πηροὺς καὶ χωλοὺς ἰάσατο.* Quae emendatio ut bene se habere videatur, vulgaris tamen lectio re-

ποιηκέναι αὐτὸν καὶ νεκροὺς ἀνεγεῖραι, ὅμοια τοῖς ὑπ' Ἀσκληπιοῦ γεγενῆσθαι λεγομένοις καὶ [8] ταὐτὰ φάσκειν δόξομεν.

23. [1] Ἵνα δὲ ἤδη καὶ τοῦτο φανερὸν ὑμῖν γένηται, ὅτι, ὁπόσα λέγομεν μαθόντες παρὰ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν προελθόντων αὐτοῦ προφητῶν, μόνα ἀληθῆ ἐστὶ καὶ πρεσβύτερα πάντων τῶν γε- C
γενημένων συγγραφέων, καὶ οὐχὶ διὰ τὸ ταὐτὰ λέγειν αὐτοῖς παραδεχθῆναι ἀξιοῦμεν, ἀλλ' ὅτι τὸ ἀληθὲς λέγομεν· καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς μόνος ἰδίως υἱὸς τῷ θεῷ γεγέννηται, λόγος αὐτοῦ ὑπάρχων καὶ πρωτότοκος καὶ δύναμις, καὶ τῇ βουλῇ αὐτοῦ γενόμενος ἄνθρωπος ταῦτα ἡμᾶς ἐδίδαξεν ἐπ' ἀλλαγῇ καὶ ἐπαναγωγῇ τοῦ ἀνθρωπείου γένους· [2] πρὶν ἢ ἐν ἀνθρώποις αὐτὸν γενέσθαι ἄνθρωπον [3] φθά-

tineri potest ideoque debet. *Braunius.* Scribi vult Thalemann. mutato accentu πονήρους (nonnulli enim grammatici πόνηρος i. q. ἐπίπονος, πονηρὸς autem i. q. κοκοήθης docent esse), sed jam Thirlbius talem mutationem vix necessariam esse putat.

8. ταὐτὰ] Etiam ταῦτα legi posse notat Sylburg.; sed non necessario sic legendum, ut Thalemann. opinatur.

1. Ἵνα δὲ ἤδη etc.] Observat Ritterus (Animadvv. in primam S. Just. apolog. p. 19. sq.): „Restat ut scriptor, si ultra progressurus sit, demonstret, quae Christiani profiteantur non solum verisimilia et aeque vera ac fabulas Graecorum, sed omnino reapse vera esse et testimoniis confirmari, quorum fides in dubium vocari non possit. Et hoc quidem praestitit a capite 30.—65.; sed quae a capite 23.—30. tractantur, plane nobis abundare videntur. — Itaque fortasse sic series membrorum restitui possit: Primum ejice primam partem capitis 23. usque ad verba καὶ Ἰησοῦς Χριστός; hac enim ratione doctrina de persona Jesu Christi, quae cap. 21. incipit, continuatur et absolvitur. Tum transpone ejectam partem capitis 23. ad finem capitis 30., ita ut rerum argumenti tractandarum partem secundam efficiat, hoc est scriptorem cogita se demonstraturum polliceri, doctrinam christianam non tantum veram esse, sed solam esse veram (μόνα ἀληθῆ). Et quae cap. 24. et seqq. dicuntur, non male quadrant in extremam partem cap. 23.“ Sed Justinus tam raro certum quemdam ordinem et methodum servat (coll. Semisch. *Justin d. Märt.* P. I. p. 208. sq.), ut confusionem istam absque codicis manu exarati auctoritate librariis imputandam esse non censeam. Vid. praeterea annotationem quae sequitur.

2. πρὶν ἢ etc.] Miror vel potius non miror, Grabium ante haec verba lacunam vidisse textusque statuisse corruptelam. Nihil sane deest; si mavis, καὶ (sc. ὅτι) subintelligas, id quod jam Fabricius (Biblioth. gr. ed. Harles. Vol. VII. p. 60.) admonuit, aut suppleas post πρὶν particulam δὲ Marano suadeu-

restitutos et mortuos ad vitam revocatos dicimus, similia haec quoque dicere videbimur iis, quae ab Aesculapio facta narrantur.

23. Atque ut illud etiam perspectum habeatis, quaecumque a Christo et a prophetis, qui eum antecesserunt, edocti dicimus, sola esse vera et scriptoribus omnibus antiquiora, nec quia eadem ac illi scriptores dicimus, idcirco nos petere ut probemur, sed quia vera loquimur; tum etiam ut vobis constet Jesum Christum, quum Dei Logos et primogenitus et virtus sit, solum proprie filium ex eo genitum esse, ejusque voluntate factum hominem instaurandi et revocandi hominum generis causa haec nos docuisse; ac denique priusquam inter homines homo versaretur, in antecessum quosdam, dico

te. Qui quidem longam hanc verborum complexionem et cum iis quae praecedunt, et cum iis quae sequuntur, connecti posse docet. Tria, inquit V. D., pollicetur Justinus sese demonstraturum: 1°. Quae a Christianis docentur, sola vera esse, quod quidem aptum et nexum est ex iis, quae proxime dicebat, nempe ex illa similitudine, quae christianae doctrinae videtur inesse cum nonnullis philosophorum et poetarum placitis. 2°. Promittit se probaturum filium Dei incarnatum esse. 3°. Daemones ante illius incarnationem multa per poetas finxisse, ut homines ab hoc mysterio credendo averterent. In his tribus argumentis deinceps versatur Justinus. Probat primum c. 24. sqq. Christianos solos esse qui veritatem defendant. Deinde c. 30. sqq. filium Dei incarnatum esse. Tum c. 54. venit ad fabulas poetarum, quas daemonum fraude ad hominum perniciem inventas fuisse docet.

3. φϑάσαντές... ἔφησαν] Locus non sanus videtur. Quinam enim sunt, qui daemonum impulsu per poetas haec finxerunt? Quare Thirlb. conjicit φϑάσ. τ. δ. τ. πρ. κ. δ. τὰ προειρημένα διὰ τῶν προφητῶν ὡς γενόμενα εἶπον καὶ μυϑοποιήσαντες ἔφϑειραν, vel φϑάσ. τινες τὰ προειρημένα διὰ τῶν προφ. ὡς γεν. διὰ τῶν προειρημένων κακῶν δαιμόνων εἶπον etc., vel φϑάσ. οἱ προειρημένοι κακοὶ δαίμονες (aut, quod illi tamen minus placet, φϑάσαντές τινες τῶν προειρημένων κακῶν δαιμόνων) τὰ προειρημένα διὰ τ. προφητῶν, διὰ τῶν ποιητῶν etc.. Thalemann. sic locum constituit: ἃ πρὶν ἢ ἐν ἀνϑρ. αὐτ. γεν. φϑάσ. τινες, λέγω δὲ τοὺς πρ. κ. δ. διὰ τῶν ποιητ. μυϑοποιήσαντες ὡς γενόμενα εἶπον. Quae omnia a vulgari scriptura nimis recedunt. Quid igitur? Ut alias, quas in animo habeo, conjecturas taceam (non enim est meum, quae mihimet persuadere non possum, aliis persuadere velle), placuit in interpretatione latina Maranum se-

σαντές τινες διὰ τοὺς προειρημένους κακοὺς δαίμονας, διὰ τῶν D
ποιητῶν ὡς γενόμενα εἶπον, ἃ μυθοποιήσαντες ἔφησαν, ὃν τρόπον καὶ τὰ καθ' ἡμῶν λεγόμενα δύσφημα καὶ ἀσεβῆ ἔργα [4] ἐνήργησαν, ὧν οὐδεὶς μάρτυς οὐδὲ ἀπόδειξίς ἐστι, τοῦτον ἔλεγχον ποιησόμεθα.

24. [1] Πρῶτον μὲν ὅτι τὰ ὅμοια τοῖς Ἕλλησι λέγοντες μόνοι μισούμεθα δι' ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, καὶ μηδὲν ἀδικοῦντες ὡς ἁμαρτωλοὶ ἀναιρούμεθα, ἄλλων ἀλλαχοῦ καὶ δένδρα σεβομένων καὶ
ποταμοὺς καὶ μῦς καὶ αἰλούρους καὶ κροκοδείλους καὶ τῶν ἀλό- E
γων ζώων τὰ πολλά, καὶ οὐ τῶν αὐτῶν ὑπὸ πάντων τιμωμένων, ἀλλὰ ἄλλων ἀλλαχόσε, ὥστ' εἶναι ἀσεβεῖς ἀλλήλοις πάντας διὰ τὸ μὴ τὰ αὐτὰ σέβειν. Ὅπερ μόνον ἐγκαλεῖν ἡμῖν ἔχετε, ὅτι μὴ τοὺς αὐτοὺς ὑμῖν σέβομεν θεούς, μηδὲ τοῖς ἀποθανοῦσι χοὰς καὶ
κνίσας καὶ [2] ἐν γραφαῖς στεφάνους καὶ θυσίας φέρομεν. [3] Ὅτι 69
γὰρ τὰ αὐτὰ παρ' οἷς μὲν θεοί, παρ' οἷς δὲ θηρία, παρ' οἷς δὲ ἱερεῖα νενομισμένα ἐστίν, ἀκριβῶς ἐπίστασθε.

25. [1] Δεύτερον δὲ ὅτι ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων οἱ [2] πάλαι σεβόμενοι Διόνυσον τὸν Σεμέλης καὶ Ἀπόλλωνα τὸν Λητοΐδην, οἳ [3] δι' ἔρωτας ἀρσένων ὅσα ἔπραξαν, αἶσχος καὶ λέγειν, καὶ οἱ [4] Περσεφόνην καὶ Ἀφροδίτην, τὰς διὰ τὸν Ἄδωνιν [5] οἰστρηθείσας,

qui, qui *λέγω δὲ τοὺς* scribendum existimat, quae emendatio critico calculo haud indigna est. Erroris causa videtur sequens *διὰ* fuisse. Quamquam nondum ausus sum textui inserere.

4. *ἐνήργησαν*] Cum Sylburgio subintelligere *διαθρυλλεῖσθαι* non adeo necessarium est. Idem statuendum de Perionii conjectura, qua mox *τούτων ἔλεγχον* pro *τοῦτον ἔλ.* mallet.

1. *Πρῶτον μὲν* etc.] Ut probet veritatem penes solos esse Christianos (hoc enim ex tripartita divisione primum erat) hoc utitur argumento, quod cum alii summam habeant suae religionis colendae licentiam, solis Christianis eodem jure esse non liceat. *Maranus.*

2. *ἐν γραφαῖς*] Verba a multis tentata. Salmasius (ad Scriptt. hist. Aug. p. 79.) et Grabius legunt *ἐν ῥαφαῖς*, quod pro *ῥαπτοὺς* positum sit h. e. *sutiles coronas.* Non placet Thirlbio, qui conjectat *ἐν τάφοις*, improbato *ἐν ταφαῖς*, quod cum Meursio volunt Fabricius (Biblioth. gr. ed. Harles. Vol. VII. p. 60.) et Thalemannus, quem Braunius sequi videtur. Alii legent *ἐγγράφους*. Vulgatam defendit lectionem Maranus, *γραφὰς* non picturas solum, sed etiam statuas atque imagines fictas significare demonstrans. *Ἐν* autem saepius fere

supra nominatos malos daemones, ea per poetas velut facta dixisse, quae fabulose confinxerunt, quemadmodum perfecere ut nefanda in nos et impia facinora decantarentur, quorum nec testis nec argumentum exstat ullum: ut haec, inquam, vobis explorata sint, his argumentis utemur.

24. Primo, quum similia Graecis dicamus, soli odio habemur propter nomen Christi, et quum nihil faciamus mali, velut improbi necamur, aliis alibi et arbores et fluvios et mures et feles et crocodilos et plurimas brutas animantes colentibus, nec eadem omnibus, sed alia alibi venerantibus, ita ut omnes sibi invicem, quia non eadem colunt, impii sint. Quae quidem una res est, quam in criminis loco nobis objicere possitis, quod non eosdem ac vos colamus deos, nec mortuis libamina et nidores et apud imagines coronas et victimas offeramus. Ipsi enim res easdem alibi deos, alibi feras, alibi victimas legitimas esse accurate scitis.

25. Secundo, ex omni hominum genere qui olim Bacchum Semeles filium et Latonae Apollinem, qui etiam turpe dictu est quae et quanta masculorum amore designaverint, et Proserpinam et Venerem, oestro propter Adonidem concitatas,

idem quod παρὰ *(prope)* valet.

3. Ὅτι γὰρ τὰ etc.] Libri msti et editi Ὅτι γὰρ οὐ τὰ etc., sed οὐ expungendum jam Langus vidit; solus Grabius repugnat sine ratione. Vel legendum ὅτι γὰρ οὖν τὰ etc.. Solent enim Marano notante alii scriptores id exprobrare gentilibus, quod eadem res nunc victima sit nunc Deus. Hoc argumento utitur Athanasius Orat. adv. gentes c. 23.; laudat V. D. praeterea Tatian. Orat. adv. Gr. c. 10. et Athenagor. Legat. p. Christ. c. 14. atque adjungit Anaxandridis versus, quos refert Athenaeus VII. p. 299.: Βοῦν προσκυνεῖς, ἐγὼ δὲ θύω τοῖς θεοῖς etc..

1. Δεύτερον δὲ etc.] Secundum argumentum, cur veritas solis Christianis nota sit, inde deducit Justinus, quod a cultu deorum, qui flagitia patrasse narrantur, ad purissimum unius Dei cultum quamvis morte proposita conversi fuerint. *Maranus.*

2. πάλαι] Ita legendum pro vulg. παλαιοὶ jam Sylburg. vidit; cf. c. 14. p. 61. B: οἱ πάλαι μὲν πορνείαις χαίροντες, c. 39. p. 78. B: οἱ πάλαι ἀλληλοφόνται.

3. δι' ἔρωτας] Thalemann. vult δι' ἔρωτος; sed vulgata bene habet.

4. Περσεφόνην] Uterque Cod. mstus ad marginem κόρην glossema.

5. οἰστρηθείσας] Uterque Cod. mstus ad marginem corrupte ἐρη-

ὧν καὶ τὰ μυστήρια ἄγετε, ἢ Ἀσκλήπιον ἤ τινα τῶν ἄλλων ὀνο- B
μαζομένων θεῶν, καίπερ θανάτου ἀπειλουμένου [6] διὰ Ἰησοῦ Χρι-
στοῦ τούτων μὲν κατεφρονήσαμεν, θεῷ δὲ τῷ ἀγεννήτῳ καὶ ἀπα-
θεῖ ἑαυτοὺς ἀνεθήκαμεν, ὃν οὔτε ἐπ' Ἀντιόπην καὶ τὰς ἄλλας
ὁμοίως, οὐδὲ ἐπὶ Γανυμήδην δι' οἶστρον ἐληλυθέναι πειθόμεθα,
οὐδὲ λυθῆναι βοηθείας τυχόντα διὰ Θέτιδος ὑπὸ τοῦ ἑκατοντά-
χειρος ἐκείνου, οὐδὲ μεριμνῶντα [7] διὰ τοῦτο τὸν τῆς Θέτιδος Ἀχιλ- C
λέα διὰ τὴν παλλακίδα Βρισηΐδα ὀλέσαι πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων.
Καὶ τοὺς πειθομένους ἐλεοῦμεν· τοὺς δὲ τούτων αἰτίους δαίμονας
γνωρίζομεν.

26. [1] Τρίτον δὲ ὅτι [2] καὶ μετὰ τὴν [3] ἀνέλευσιν τοῦ Χριστοῦ
εἰς οὐρανὸν [4] προεβάλλοντο οἱ δαίμονες ἀνθρώπους τινὰς λέγον-
τας ἑαυτοὺς εἶναι θεούς, οἳ οὐ μόνον οὐκ ἐδιώχθησαν ὑφ' ὑμῶν,
ἀλλὰ καὶ [5] τιμῶν [6] κατηξιώθησαν· [7] Σίμωνα μέν τινα Σαμαρέα
τὸν ἀπὸ κώμης λεγομένης [8] Γιττῶν, ὃς ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος D
[9] διὰ τῆς τῶν ἐνεργούντων δαιμόνων τέχνης [10] δυνάμεις ποιήσας
μαγικὰς ἐν τῇ πόλει ὑμῶν βασιλίδι Ῥώμῃ θεὸς ἐνομίσθη καὶ ἀν-

θείσας (leg. ἐρισθείσας). Sylburgius, quocum Grabius facit, ita vult scribi: *τὴν μὲν διὰ τὸν Ἄδωνιν, τὴν δὲ διὰ τὸν Αἰδωνέα οἰστρηθεῖσαν.* Nihil mutasset, si fabulae meminisset narratae ab Apollodoro Biblioth. III. c. 13. §. 4. p. 224. sq., coll. Macrob. Saturn. I. 21. p. 254. sq. et Scholiast. ad Theocriti Idyll. III. 48., XV. 68..

6. *διὰ Ἰησοῦ Χρ.*] Sylburg. assentiente Grabio aeque aptum et Thalemann. aptius dicit *διὰ (propter) Ἰησοῦν Χρ.*; sed scripturam vulgarem genuinam esse arguunt c. 49. p. 85. B. et c. 61. p. 93. D., ubi repetitur.

7. *διὰ τοῦτο*] Frustra Sylburg. legendum conjicit *δῆτα* vel majore mutatione facta *διὰ τοῦ κότου τοῦ τῆς Θέτιδος Ἀχιλλέως: per iram Achillis filii Thetidis.* Alludit autem Justinus ad Homeri Il. II. 3. sq..

1. *Τρίτον δὲ* etc.] Tertium hoc argumentum, ut veritatem in Christianis solam odio haberi constet. Si quis a daemonibus immissus christianam religionem erroribus corrumpat, hunc persecutio non attingit. Inde manifesta conclusio, persecutionum auctores esse daemones ac solam illos veritatem insectari. *Maranus.*

2. *καὶ μετὰ ... λέγουσι*] Citat hunc locum Eusebius Hist. eccl. II. c. 13. (ed. Heinichen. Tom. I.) p. 130. sqq. et ex hoc, paulo aliter, Syncellus Chronograph. p. 333. et Zonaras Anall. Tom. II. p. 187..

3. *ἀνέλευσιν τ. Χριστοῦ*] Euseb., Syncell. et Zonar. *ἀνάληψιν τ. κυρίου.* Nostram lectionem pri-

quarum etiam mysteria celebratis, aut Aesculapium aut quemdam alium eorum, quos appellant deos, colebamus: eos quamvis morte proposita per Jesum Christum contemsimus, nosque ingenito et perpessionis experti consecravimus Deo, quem neque ad Antiopen aliasve similes neque ad Ganymedem oestro libidinis incitatum venisse credimus, nec vinculis solutum auxilio illius Centimani per Tethydem impetrato neque ob hoc beneficium sollicitum fuisse, ut plurimis Graecis Achilles, Thetidis filius, propter Briseidem pellicem perniciem afferret. Miseret nos eorum qui credunt ista, quorum auctores esse daemones novimus.

26. Tertio, post Christi in coelum adscensum daemones immisere homines quosdam, qui se deos esse dicerent, quos non modo non insectati estis, sed etiam auxistis honoribus: Simonem quemdam Samaritanum e vico Gittum dicto, qui sub Claudio Caesare, quum daemonum operantium arte miracula magica edidisset in regia vestra urbe Romae, Deus exi-

mitivam esse, patescit ex Dial. c. Tr. c. 39. p. 258. B: *μετὰ τὴν τοῦ Χρ. εἰς τ. οὐρανὸν ἀνέλευσιν*, coll. c. 87. p. 315. B.; praeterea tantummodo reperitur *ἄνοδος εἰς οὐρανὸν* ibid. c. 82. p. 308. C.

4. *προεβάλλοντο*] Ita uterque Cod. mstus et plurimi Eusebiani (etiam Sycell.); Maran. vero et Braun. *προεβάλοντο*.

5. *τιμῶν*] Zonar. *τιμῆς*.

6. *κατηξιώθησαν*] Euseb., Syncell. et Zonar. *ἠξιώθησαν*.

7. *Σίμωνα* etc.] Zonar. *ὧν εἷς καὶ Σίμων ὁ Σαμαρεὺς ὁ ἀπὸ κώμης* etc..

8. *Γιττῶν*] Uterque Cod. mstus, Stephan. et Thirlb. *Τρίτον* (mendose sine dubio), Sylburg., Maran. et Braun. *Γίττων* (sic et Heinich. l. c. edidit), Grab. et Thalemann. *Γιττῶν* (ex Euseb. ed. Vales. et Zonar.), Syncell. *Γαιτθίων*. Ultima circumflexa est: Epiphan. Haeres. 21. et Theodoret. Fabul. haeret. I. c. 1. *Γιτθῶν*, Clement. Homil. II. c. 22. *Γετθῶν*, Euseb. Chron. *Γηθῶν*, alii *Γητθῶν* et *Γητῶν*. Hac de voce dabit plura Clericus ad Constitutt. apostol. VI. 7.: *Σίμωνά τινα ἀπὸ Γιτθῶν οὕτω καλουμένης κώμης Σαμαρέα*; coll. quae de Simonis Magi patria exposuit Simson in Illgeni *Zeitschrift für die histor. Theolog.* Lips. 1841. fasc. 3. p. 18. sqq..

9. *διὰ τ. τ. ἐνεργ. δαιμ. τέχνης*] Zonar. *διὰ τ. τ. δαιμ. ἐνεργείας*.

10. *δυν. ποιήσ. μαγ.*] Euseb. *δυν. μαγ. ποιήσ.*. Mox idem *ἐπὶ τ. πόλ. ὑμῶν τῇ βασ.*, Syncell. *ἐν τ. πόλ. ἡμῶν τῇ βασ.* et Zonar. *ἐν τ. πόλ. ὑμῶν τῇ βασ.*.

δριάντι [11] παρ' ὑμῶν ὡς θεὸς τετίμηται, [12] ὃς ἀνδριὰς ἀνεγήγερται ἐν τῷ Τίβερι ποταμῷ μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν, ἔχων ἐπιγραφὴν Ῥωμαϊκὴν ταύτην· [13] ΣΙΜΩΝΙ ΔΕΩ ΣΑΓΚΤΩ. Καὶ σχεδὸν [14] πάντες μὲν Σαμαρεῖς, ὀλίγοι δὲ καὶ ἐν ἄλλοις ἔθνεσιν, ὡς τὸν πρῶτον θεὸν ἐκεῖνον ὁμολογοῦντες, [15] ἐκεῖνον καὶ προσκυ- E νοῦσι. Καὶ Ἑλένην τινά, [16] τὴν περινοστήσασαν αὐτῷ κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, πρότερον ἐπὶ [17] τέγους σταθεῖσαν, τὴν [18] ἀπ' αὐτοῦ ἔννοιαν πρώτην γενομένην λέγουσι. [19] Μένανδρον δέ τινα, καὶ αὐτὸν Σαμαρέα τὸν ἀπὸ κώμης [20] Καππαρεταίας, γενόμενον μαθητὴν τοῦ Σίμωνος, [21] ἐνεργηθέντα καὶ ὑπὸ τῶν δαιμονίων καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ γενόμενον πολλοὺς ἐξαπατῆσαι διὰ μαγικῆς τέχνης οἴδαμεν· ὃς καὶ τοὺς αὐτῷ ἑπομένους ὡς [22] μηδὲ ἀποθνήσκοιεν ἔπεισε, καὶ νῦν εἰσί τινες ἀπ' ἐκείνου τοῦτο ὁμολογοῦντες. [23] Μαρκίωνα δέ τινα Ποντικόν, ὃς καὶ νῦν ἔτι ἐστὶ διδάσκων τοὺς πειθομένους, ἄλλον τινὰ [24] νομίζειν μείζονα τοῦ δημιουργοῦ θεόν, [25] ὃς κατὰ

11. παρ' ὑμῶν] Euseb. παρ' ὑμῖν. In Zonar. ὡς θεὸς non exstant.

12. ὃς ἀνδριὰς ἀνεγήγερται] Haec minus recte Euseb., Syncell. et Zonar. omittunt. Hic mox Τιβέριδι (graeco more) ποτ. ἱσταμένῳ, γράμμασιν ἐπιγεγραμμένῳ Ῥωμαϊκοῖς.

13. ΣΙΜΩΝΙ ΔΕΩ ΣΑΓΚΤΩ] Euseb., Syncell. et Zonar. addunt graecam interpretationem: ὅπερ ἐστὶ Σίμωνι θεῷ ἁγίῳ. Eamdem statuam commemorat Martyr etiam c. 56. p. 91. B. eumque praeter Eusebium secuti sunt Irenaeus adv. haeres. I. c. 23. §. 1. p. 99. ed. Massuet. et Tertullianus Apolog. c. 13. (Opp. ed. Leopold. P. I.) p. 76.; coll. Clement. Recognn. II. c. 9., Cyrill. Hieros. Catech. VI. c. 14. alios. Hujus rei narrationem defendere conati sunt Thirlbius, Maranus (Praefat. P. III. p. LXXXVI. sq.), Braunius et prae ceteris Fogginius (De romano D. Petri itinere et episcopatu. Florent. 1741. 4. p. 247. sqq.). Contra dixerunt Grabius, van Dale (De oraculis vett. ethnicorum ed. 2. Amstelod. 1700. 4. p. 579. sqq.), Simson (l. c. p. 36. sqq.) aliique permulti. — Anno 1574. lapis, statuae olim basis, in insula Tiberina e ruderibus effossus est (vid. Baron. Annall. ad. ann. 44. Tom. I. Colon. 1624. p. 363. sq.; coll. Montefalcon. Diarium italic. etc. p. 268.) hacce notatus inscriptione: SEMONI SANCO DEO FIDIO SACRUM etc. (apud Gruter. Inscriptt. antiq. totius orbis Rom. ed. Graev. Tom. I. p. XCVI. N. 5.). Hic Semo (dici etiam poterat Simo, ut saepe Mircurius, Camina, Gimina al.) Sancus (vel Sangus, ut apud Gruter. l. c. N. 6., et Sanctus, ut Ovid. Fast. VI. 213. sq.) Sabinorum deus erat (cf. Ovid. l. c. 217. et Lactant. Institt. divin. I. c. 15. [ed. le Brun et Dufresn.

stimatus est et a vobis tamquam Deus statua honoratus, quae statua erecta est in insula Tiberina inter duos pontes, habens hanc Romanam inscriptionem: SIMONI DEO SANCTO. Samaritani paene omnes et ex aliis gentibus nonnulli, illum primum Deum esse confitentes, etiam adorant. Ac Helenam quamdam, quae eum hoc tempore assectata est, quum antea in lupanari prostitisset, primam ejus notionem esse dictitant. Menandrum etiam quemdam, pariter Samaritanum e vico Capparetaea, Simonis discipulum, daemonum quoque operatione fretum multis Antiochiae arte magica illusisse scimus. Is sectatoribus suis illud etiam persuasit, numquam ipsos esse morituros, et ex illius disciplina adhuc supersunt nonnulli hoc profitentes. Marcionem etiam quemdam Ponticum, qui etiamnunc superest ac discipulos docet alium quemdam agnoscere majorem mundi opifice Deum: qui in omni hominum genere dae-

Tom. I.] p. 65.), qui pactis et foederibus praeerat, a sanciendo dictus; quapropter etiam deus Fidius (Ovid. l. c. 213. et Gruter. ll. cc.) appellabatur, a fide. Illa autem nominum similitudine Justinus videtur deceptus esse, ut Simonem deum sanctum ex Semone Sanco deo fabricaret.

14. πάντες μὲν] Euseb. μὲν πάντες.

15. ἐκεῖνον καὶ] Ita Codd. msti; sed utramque vocem omittunt Euseb. probante Davisio, Maran. et Braun.; nihil vetat retinere. Syncell. Καὶ σχεδὸν μὲν πάντες προσκυνοῦσι.

16. τὴν περινοστήσασαν] Ita Codd. msti; sed Sylburg., Maran. et Braun. τὴν συμπερινοστήσασαν. In Syncell. articulus non comparet.

17. τέγους] Syncell. στέγους. Idem cum Eusebio post σταθεῖσαν addit ἐν Τύρῳ τῆς Φοινίκης.

18. ἀπ'] Ita emendavit Maran. ex Eusebio pro vulg. ὑπ' eumque Braun. secutus est. Mox Euseb. et Syncell. πρώτην ἔννοιαν λέγουσιν.

19. Μένανδρον ... ὁμολογοῦντες] Citat hunc locum Eusebius l. c. III. c. 26. (Tom. I.) p. 251..

20. Καππαρεταίας] Euseb. Καπαραττταίας.

21. ἐνεργηθέντα ... δαιμονίων] Euseb. οἰστρηθέντα καὶ αὐτὸν ὑπὸ τ. δαιμόνων.

22. μηδὲ] Euseb. μή. Paulo post τινές εἰσιν.

23. Μαρκίωνα ... ἔχουσιν] Allegat haec Eusebius l. c. IV. c. 11. (Tom. I.) p. 321. sq..

24. νομίζ. μείζ.] Euseb. εἶναι νομίζειν μείζω.

25. ὃς etc.] Euseb. ὃς καὶ ... πολλοὺς πέπεικε (quod verum putant Davis. et Thalemann.) βλάσφημα λέγειν ... παντὸς πατέρα εἶναι τοῦ Χριστοῦ (perperam, ut Valesius notat). — Duos Marcion inducebat deos, alterum opificem, qui mundum fabricavit, alterum majo-

*πᾶν γένος ἀνθρώπων διὰ τῆς τῶν δαιμόνων συλλήψεως πολλοὺς
πεποίηκε βλασφημίας λέγειν καὶ ἀρνεῖσθαι τὸν ποιητὴν τοῦδε τοῦ* B
παντὸς θεόν, ἄλλον δέ τινα, ὡς ὄντα μείζονα, [26] *τὰ μείζονα πα-
ρὰ τοῦτον ὁμολογεῖν πεποιηκέναι.* [27] *Πάντες οἱ ἀπὸ τούτων ὁρ-
μώμενοι, ὡς ἔφημεν, Χριστιανοὶ καλοῦνται, ὃν τρόπον* [28] *καὶ
οἱ οὐ κοινωνοῦντες τῶν αὐτῶν δογμάτων τοῖς φιλοσόφοις τὸ ἐπι-
κατηγορούμενον ὄνομα τῆς φιλοσοφίας κοινὸν ἔχουσιν. Εἰ δὲ καὶ
τὰ δύσφημα ἐκεῖνα μυθολογούμενα ἔργα πράττουσι,* [29] *λυχνίας μὲν
ἀνατροπὴν καὶ τὰς ἀνέδην μίξεις καὶ ἀνθρωπείων σαρκῶν βοράς,* C
οὐ γινώσκομεν· ἀλλ' ὅτι μὴ διώκονται μηδὲ φονεύονται ὑφ' ὑμῶν
[30] *κἂν διὰ τὰ δόγματα, ἐπιστάμεθα.* [31] *Ἔστι δὲ ἡμῖν καὶ σύνταγ-
μα κατὰ πασῶν τῶν γεγενημένων αἱρέσεων* [32] *συντεταγμένον· ᾧ
εἰ βούλεσθε ἐντυχεῖν, δώσομεν.*

27. *Ἡμεῖς δέ,* [1] *ἵνα μηδένα διώκωμεν μηδὲ ἀσεβῶμεν,* [2] *ἐκτι-
θέναι καὶ τὰ γεννώμενα πονηρῶν εἶναι δεδιδάγμεθα· πρῶτον μέν,
ὅτι τοὺς πάντας σχεδὸν ὁρῶμεν ἐπὶ πορνείᾳ προάγοντας οὐ μόνον* D
τὰς κόρας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄρσενας, καὶ [3] *ὃν τρόπον λέγονται οἱ*

rem, qui praestantiora condidit; illum negandum docebat, hunc confitendum.

26. *τὰ μείζονα*] Haec male desunt apud Euseb. occasione praecedentis *μείζονα*.

27. *Πάντες* etc.] Euseb. *Καὶ πάντες ... ὡρμημένοι, ὡς ἔφαμεν* (Apol. I. c. 7. p. 56. D.).

28. *καὶ οἱ* etc.] Euseb. *καὶ οὐ κοινῶν ὄντων δογμ. τ. φιλ. τὸ ἐπικαλούμενον ὄν. τ. φιλ. κοινόν ἐστι.* Sed *ἐπικατηγορ.* habet etiam Justin. l. c..

29. *λυχνίας ... βοράς*] De horrendis istis criminibus, quae Christianis gentiles (coll. Apol. II. c. 12. p. 50. B.) et Judaei (Dial. c. Tr. c. 10. p. 227. B., c. 17. p. 235. C., c. 108. p. 335. D.) affingere solebant, nempe *Θυέστεια δεῖπνα* et *Οἰδιποδείους μίξεις* (Athenag. Legat. p. Chr. c. 3. p. 4. C. ed. Colon. et epist. eccl. Vienn. et Lugdun. ap. Euseb. l. c. V. c. 1. [Tom. II.] p. 11.) audias Caecilium paganum in Minuc. Felic. Octavio c. 9. p. 29. sq. et c. 30. sq. p. 113. sqq. ed. Cellar..

30. *κἂν διὰ τὰ δόγματα*] Duo docet S. Martyr: Primo, haereticos a persecutione tutos et immunes esse. Deinde, si qui ex illis occidantur, saltem non occidi ob ipsorum opiniones, sed quia (sic enim intelligendum videtur) facinus aliquod commisere. Quo autem argumento utitur S. Justinus, ut probet solam in Christianis veritatem puniri et damnari, eodem alii Patres usi sunt, ut veritatem in sola reperiri catholica ecclesia probarent. Cf. Cyprian. epist. 57. sq.. *Maranus*.

monum adjumento perfecit, ut multi in blasphemias erumperent et universi creatorem Deum negarent, alium autem quemdam, utpote majorem, majora quam illum perfecisse profiterentur. Qui ab istorum disciplina profecti sunt, ii omnes, ut diximus, appellantur Christiani, quemadmodum et qui dogmata communia non habent cum philosophis, commune nomen ex philosophia ductum habent. An vero etiam nefanda illa fabulosaque facinora perpetrent, lucernae eversionem et promiscuos concubitus et carnium humanarum epulas, non scimus; at eos a vobis nec vexari nec occidi saltem ob ipsorum opiniones, novimus. Est autem liber a nobis contra omnes quae exstiterunt haereses compositus, quem, si legere libeat, vobis trademus.

27. Nos autem, ne quem vexemus aut quidquam impie faciamus, pueros etiam recens natos exponere hominum improborum esse didicimus: primum quidem, quia hos fere omnes videmus ad stupra non puellas solum, sed etiam masculos produci, et quemadmodum narrantur antiqui greges boum vel ca-

31. *Ἔστι . . . δώσομεν*] Citat Eusebius l. c. IV. c. 11. (Tom. I.) p. 323..

32. *συντεταγμένον*] Hoc verbum quasi supervacaneum non est apud Euseb..

1. *ἵνα μηδένα διώκωμεν*] Billius (Observv. sacr. II. c. 6.) vult Thirlbio et Thalemanno approbantibus *μηδένα ἀδικῶμεν*, H. Stephanus (in edit. epist. ad Diogn. p. 57.) contendit legendum *μηδὲν ἀδικῶμεν*, Grabius *μηδὲ ἀδικῶμεν* praefert. „Sed, ait Maranus assentiente Braunio, cur emendemus quod minime mendosum est? Imo illud verbum *διώκομεν* aptius mihi videtur ad significandum homicidium.“ Abhorrent Christiani ab exponendis liberis, p r i m u m quidem, ne quidquam impie faciant, quandoquidem expositi ad nefanda educantur flagitia (c. 27.), d e i n d e autem, ne aliquem opprimant, quippe quum puer non susceptus intereat (c. 29.). Etenim haec duo mala ex liberorum exponendorum more nascuntur. Adducti sunt VV. DD., ut *ἀδικῶμεν* huc intruderent, quia infra c. 28. Justinus injustitiam cum impietate conjungit. Sed Marano monente ibi alia de re loquitur.

2. *ἐκτ. κ. τ. γενν. πον.*] Perion. mallet *τὰ γενόμενα*, H. Stephan. (l. c.) *ἐκτ. παραιτούμεθα ὅτι*, Grab. *πονηρόν*, Thirlb. *καὶ ἐκτιθέναι τὰ γεννώμενα.* Frivola omnia.

3. *ὃν τρόπον . . . χρῆσθαι μόνον*] Haec Grabio observante imitatur Tatianus Orat. adv. Gr. c. 28. p. 165. A. ed. Colon.: *Παιδεραστία . . . προνομίας ὑπὸ Ῥωμαίων ἠξίωται, παίδων ἀγέλας ὥσπερ ἵππων φορβάδων συναγείρειν αὐτῶν πει-*

παλαιοὶ ἀγέλας βοῶν ἢ αἰγῶν ἢ προβάτων τρέφειν ἢ ἵππων φορ-
βάδων, οὕτω νῦν καὶ [4] παῖδας εἰς τὸ αἰσχρῶς χρῆσθαι μόνον·
καὶ ὁμοίως θηλειῶν καὶ ἀνδρογύνων καὶ ἀῤῥητοποιῶν πλῆθος κα-
τὰ πᾶν ἔθνος ἐπὶ τούτου τοῦ ἄγους ἕστηκε. Καὶ τούτων μισθοὺς
καὶ εἰσφορὰς καὶ τέλη λαμβάνετε, δέον ἐκκόψαι ἀπὸ τῆς [5] ὑμετέ-
ρας οἰκουμένης. Καὶ τῶν τούτοις χρωμένων τις πρὸς τῇ ἀθέῳ E
καὶ ἀσεβεῖ καὶ ἀκρατεῖ μίξει, εἰ τύχοι, τέκνῳ ἢ συγγενεῖ ἢ ἀδελ-
φῷ μίγνυται. Οἱ δὲ καὶ τὰ ἑαυτῶν τέκνα καὶ τὰς ὁμοζύγους προ-
αγωγεύονται, καὶ φανερῶς εἰς κιναιδίαν ἀποκόπτονταί τινες καὶ
εἰς μητέρα θεῶν τὰ μυστήρια ἀναφέρουσι, καὶ παρὰ παντὶ τῶν
νομιζομένων παρ' ὑμῖν [6] θεῶν ὄφις σύμβολον μέγα καὶ μυστήριον 71
ἀναγράφεται. Καὶ τὰ φανερῶς ὑμῖν πραττόμενα καὶ τιμώμενα [7] ὡς
ἀνατετραμμένου καὶ οὐ παρόντος φωτὸς θείου ἡμῖν προσγράφετε,
ὅπερ ἀπηλλαγμένοις ἡμῖν τοῦ πράττειν τι τούτων οὐ βλάβην φέρει,
ἀλλὰ τοῖς πράττουσι καὶ ψευδομαρτυροῦσι μᾶλλον.

28. Παρ' ἡμῖν μὲν γὰρ ὁ ἀρχηγέτης τῶν κακῶν δαιμόνων
ὄφις καλεῖται καὶ σατανᾶς καὶ διάβολος, ὡς καὶ [1] ἐκ τῶν ἡμε-
τέρων συγγραμμάτων ἐρευνήσαντες μαθεῖν δύνασθε, ὃν εἰς τὸ B
πῦρ πεμφθήσεσθαι μετὰ τῆς αὐτοῦ στρατιᾶς καὶ τῶν ἑπομένων
ἀνθρώπων κολασθησομένους τὸν ἀπέραντον αἰῶνα, προεμήνυσεν
ὁ Χριστός. Καὶ γὰρ ἡ ἐπιμονὴ τοῦ μηδέπω τοῦτο πρᾶξαι τὸν
θεὸν διὰ τὸ ἀνθρώπινον γένος γεγένηται· προγινώσκει γάρ τι-
νας ἐκ μετανοίας σωθήσεσθαι μέλλοντας καί τινας μηδέπω ἴσως
γεννηθέντας. Καὶ τὴν ἀρχὴν νοερὸν καὶ δυνάμενον αἱρεῖσθαι
τἀληθῆ καὶ [2] εὖ πράττειν τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον πεποίη- C

ρωμένων. Similia narrant Athenagoras Legat. p. Chr. c. 34. p. 37. C. ed. Colon. et Clemens Paedag. III. c. 4. §. 26. (Opp. ed. Klotz. Tom. I.) p. 296..

4. παῖδας] Grabius existimat legendum παῖδες vel παίδων. Sed mutatione non est opus, dummodo ex antecedentibus τρέφειν ὁρῶμεν suppleatur.

5. ὑμετέρας] Ita pro ἡμετέρας, quod in Codd. mstis est, probe omnes scribunt exceptis Stephano, Thirlbio et Marano, licet hic uterque verum cognoverit. Xiphilinus in Nerone p. 179. ed. Steph.: Τὸ δὲ κήρυγμα ἦν, Νέρων Καῖσαρ νικᾷ τόνδε τὸν ἀγῶνα καὶ στεφανοῖ τόν τε τῶν Ῥωμαίων δῆμον καὶ τὴν ἰδίαν οἰκουμένην. De istis vectigalibus, Cod. Justin. XI. tit. XLI. (de spectaculis et scenicis et lenonibus) lege 6. sublatis, Thirlbius allegat Sueton. vit. Calig. c. 40.

prarum vel ovium vel equorum pascentium aluisse, ita nunc et liberos ad turpes dumtaxat usus ali; ac feminarum pariter et androgynorum et nefanda patrantium turba ad hoc piaculum apud omnes gentes prostat. Atque ex his mercedes et tributa et portoria percipitis, quum eos ex orbe vestro exterminari oporteret. Quibus qui utitur, is praeter nefandum et impium ac impudicum concubitum, si ita fors ferat, cum filio aut cognato aut fratre miscetur. Sunt qui liberos etiam suos et uxores prostituant, et palam quidam ad cynaediam evirantur et in matrem deorum haec mysteria referunt, atque apud unumquemque eorum quos existimatis deorum serpens tamquam magnum symbolum ac mysterium appingitur. Igitur quae palam a vobis aguntur et coluntur, ea nobis adscribitis, quasi ea divino lumine everso et exstincto perpetremus; quod quidem nobis, qui non ii sumus ut quidquam ejusmodi faciamus, minime nocet, sed iis potius, qui ea ipsi faciunt et in alios falso conferunt.

28. Apud nos enim princeps malorum daemonum serpens vocatur et satanas et diabolus, ut potestis ex literis nostris scrutando perspicere. Hunc Christus praemonstravit cum ipsius exercitu et assectantibus hominibus in ignem missum iri, ut in infinitum aevum excrucientur. Interposita enim mora, quominus id Deus hucusque perficeret, propter humanum genus contigit; praevidet enim quosdam ex poenitentia salutem consecuturos, quosdam vero nondum esse natos. Et ab initio quidem humanum genus intelligentia et vera eligendi ac

et Ael. Lamprid. vit. Alex. Sever. c. 24.. De incestis flagitiis inde consequentibus (*Καὶ τῶν τούτοις ... μίγνυται*) citat Clem. Alex. l. c. III. c. 3. §. 21. (Tom. I.) p. 293., Minuc. Octav. c. 31., Tertullian. Apolog. c. 9., ad nation. I. c. 16. et Lactant. Institt. divin. VI. c. 20..

6. *θεῶν*] Jam Sylburg. vidit ita emendari posse vulg. *θεῷ*, nisi malis *τῷ νομιζομένῳ παρ' ὑμῖν θεῷ*, quod minus placet. Illud ante me in textum recte recepit Braunius.

7. *ὡς ἀνατετραμμ.* etc.] Respicit Martyr ad *λυχνίας ἀνατροπὴν* c. 26. p. 70. B. Quare *φῶς θεῖον*, id quod per se patet, lucem oculis corporis affulgentem designat.

1. *ἐκ τ. ἡμετ. συγγρ. ἐρ.*] Coll. Jo. Apocal. XX. 2..

2. *εὖ πράττειν*] Videtur his verbis Martyr non, ut Thirlb. putat, ad felicitatem (v. de monarch. c. 3.

κεν, ὥστ' ἀναπολόγητον εἶναι τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις παρὰ τῷ θεῷ· λογικοὶ γὰρ καὶ θεωρητικοὶ γεγένηνται. Εἰ δέ τις ἀπιστεῖ μέλειν τούτων τῷ θεῷ, ἢ μὴ εἶναι αὐτὸν [3] διὰ τέχνης ὁμολογήσει, ἢ ὄντα χαίρειν κακίᾳ [4] φήσει ἢ λίθῳ ἐοικότα μένειν, καὶ μηδὲν εἶναι ἀρετὴν μηδὲ κακίαν, δόξῃ δὲ μόνον τοὺς ἀνθρώπους ἢ ἀγαθὰ ἢ κακὰ ταῦτα ἡγεῖσθαι, ἥπερ μεγίστη ἀσέβεια καὶ ἀδικία ἐστί.

29. [1] Καὶ πάλιν, μὴ τῶν ἐκτεθέντων τις μὴ ἀναληφθεὶς θανατωθῇ, καὶ ὦμεν ἀνδροφόνοι. Ἀλλ' ἢ τὴν ἀρχὴν οὐκ ἐγα- D
μοῦμεν, εἰ μὴ ἐπὶ παίδων ἀνατροφῇ, ἢ παραιτούμενοι τὸ γήμασθαι τέλεον ἐνεγκρατευόμεθα. Καὶ ἤδη τις τῶν ἡμετέρων, ὑπὲρ τοῦ πεῖσαι ὑμᾶς ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν μυστήριον ἡ ἀνέδην μίξις, βιβλίδιον ἀνέδωκεν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ [2] Φίληκι ἡγεμονεύοντι, ἀξιῶν ἐπιτρέψαι ἰατρῷ τοὺς διδύμους αὐτοῦ ἀφελεῖν· ἄνευ γὰρ τῆς τοῦ E
ἡγεμόνος ἐπιτροπῆς τοῦτο πράττειν ἀπειρῆσθαι οἱ ἐκεῖ ἰατροὶ ἔλεγον. Καὶ μηδόλως βουληθέντος Φίληκος ὑπογράψαι, ἐφ' ἑαυτοῦ μείνας ὁ νεανίσκος ἠρκέσθη τῇ ἑαυτοῦ καὶ τῶν ὁμογνωμόνων συνειδήσει. [3] Οὐκ ἄτοπον δὲ ἐπιμνησθῆναι ἐν τούτοις [4] ἡγησάμε- 72
θα καὶ Ἀντινόου τοῦ νῦν γεγενημένου, ὃν καὶ πάντες ὡς θεὸν [5] διὰ φόβου σέβειν ὥρμηντο, ἐπιστάμενοι τίς τε ἦν καὶ πόθεν ὑπῆρχεν.

30. [1] Ὅπως δὲ μή τις [2] ἀντιτιθεὶς ἡμῖν, τί κωλύει καὶ τὸν

not. 25.), sed ad virtutem respicere, quum praesertim antecedat αἱρεῖσθαι τἀληθῆ et ὥστ' ἀναπολόγ. εἶναι sequatur. Cf. c. 43. p. 81. A. B.

3. διὰ τέχνης] Bill. (Observv. sacr. II. c. 6.) legendum opinatur διακενῆς vel ἀτέχνως (*plane*) et Thirlb. δι' ἀνάγκης (*aut eum non esse confiteatur necesse est*). At Marano admonente διὰ τέχνης aliquid asserere idem est, ac non palam et aperte illud statuere, sed cum artificio quodam; nam qui Deum humana non curare dicebant, hi palam et aperte non dicebant Deum non esse, aut eum vitiis gaudere aut lapidi similem esse, sed quum nefanda haec commenta ex eorum sententia sequerentur, videbantur Justino astute profiteri quod totidem verbis efferre non audebant. Allegat V. D. similem locum ex Dial. c. Tr. c. 54. p. 273. E. 274. A.; adde epist. ad Zen. et Seren. c. 15. p. 513. C, ubi opponitur ἐκ προδήλου.

4. φήσει] Sine causa conjectant Thirlb. πάσῃ et Heumann. (Miscell. Lips. nov. Vol. III. P. 2. p. 225.) φύσει.

1. *Καὶ πάλιν*] Vid. c. 27.

recta faciendi facultate praeditum creavit, ita ut omnibus hominibus nulla apud Deum relinquatur excusatio; ratione enim praediti et ad intelligendum apti nati sunt. Si quis autem haec Deum curare neget, is vel eum non esse astute profitebitur, vel si sit, pravitate gaudere aut lapidi similem manere dicet, nec quidquam esse virtutem aut vitium, sed opinione tantum homines haec vel bona vel mala putare: quae sane maxima impietas et injustitia est.

29. Deinde vero metuimus, ne quis expositorum non susceptus intereat, et homicidae simus. Sed vel omninò matrimonium non inimus nisi ad liberorum educationem, vel si a nuptiis refugimus, perpetuo nos continemus. Jamque nostrorum quidam, ut vobis persuaderet non esse mysterium apud nos promiscuum concubitum, libellum obtulit Alexandriae Felici praefecto rogans ut medico licentiam daret testes ipsi resecandi; id enim sine praefecti licentia facere interdictum sibi illius urbis medici dicebant. Sed quum Felix omnino subscribere noluisset, in virginitate permanens adolescens sua et eorum, qui idem ac ipse sentiebant, conscientia contentus fuit. Non autem absurdum videtur hoc loco mentionem injicere etiam illius, qui nuper inter homines fuit, Antinoi, quem omnes ut Deum metu colere coeperunt, licet scirent, quis esset et unde exstiterit.

30. Sed ne quis nobis opponat nihil obstare, quominus et

not. 1..

2. *Φίληκι*] Ita Codd. msti et editores praeter Sylburgium, qui *Φήλικι* et mox *Φήλικος* textui inseruit, quod probat Thalemannus. Et ita fortasse legendum.

3. *Οὐκ ... ὑπῆρχεν*] Citat hunc locum Eusebius Hist. eccl. IV. c. 8. (ed. Heinichen. Tom. I.) p. 312.. De Antinoo, qui Hadriano volente consecratus est (Spartian. vit. Hadr. c. 14.: quare Just. *διὰ φόβον σέβειν*), vid. van Dale: De oraculis vett. ethnicorum (ed. 2.) p. 382. sqq..

4. *ἡγησάμεθα*] Euseb. *ἡγούμεθα*; mox *γενομένου* et *ἅπαντες*.

5. *διὰ φόβου*] Euseb. *διὰ φόβον*, quod praefert Thirlbius.

1. *Ὅπως δὲ ... τὴν ἀπόδειξιν* etc.] Exsequitur quod secundo loco promiserat sese probaturum, nempe filium Dei hominem factum fuisse. *Maranus.*

2. *ἀντιτιθεὶς*] Davis. legit *ἀντιτιθείη*, Thirlb. vult *ἀντιθῇ* vel *ἀντιθείη*, quod et Maran. probat.

παρ' [3] ἡμῖν λεγόμενον Χριστόν, ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπων ὄντα,
[4] μαγικῇ τέχνῃ ἃς λέγομεν δυνάμεις πεποιηκέναι καὶ δόξαι διὰ τοῦ-
το υἱὸν θεοῦ εἶναι, τὴν ἀπόδειξιν ἤδη ποιησόμεθα, οὐ τοῖς λέ-
γουσι πιστεύοντες, ἀλλὰ [5] τοῖς προφητεύουσι πρὶν ἢ γενέσθαι B
κατ' ἀνάγκην πειθόμενοι διὰ τὸ καὶ ὄψει ὡς προεφητεύθη ὁρᾶν
γενόμενα καὶ γινόμενα, ἥπερ μεγίστη καὶ ἀληθεστάτη ἀπόδειξις
καὶ ὑμῖν, ὡς νομίζομεν, φανήσεται.

31. Ἄνθρωποι οὖν τινὲς ἐν Ἰουδαίοις γεγένηνται θεοῦ προ-
φῆται, δι' ὧν τὸ προφητικὸν πνεῦμα προεκήρυξε τὰ γενήσεσθαι μέλ-
λοντα, πρὶν ἢ γενέσθαι· καὶ τούτων οἱ ἐν Ἰουδαίοις κατὰ καιροὺς
γενόμενοι βασιλεῖς τὰς προφητείας, ὡς ἐλέχθησαν ὅτε προεφητεύοντο, C
τῇ ἰδίᾳ αὐτῶν Ἑβραΐδι φωνῇ ἐν βιβλίοις ὑπ' αὐτῶν τῶν προφητῶν
[1] συντεταγμένας κτώμενοι περιεῖπον. Ὅτε δὲ Πτολεμαῖος ὁ Αἰγυ-
πτίων βασιλεὺς βιβλιοθήκην [2] κατεσκεύαζε καὶ τὰ πάντων ἀνθρώ-
πων συγγράμματα συνάγειν ἐπειράθη, πυθόμενος καὶ περὶ τῶν προ-
φητειῶν τούτων, προσέπεμψε [3] τῷ τῶν Ἰουδαίων τότε βασιλεύοντι
Ἡρώδῃ, ἀξιῶν διαπεμφθῆναι αὐτῷ τὰς βίβλους τῶν προφητειῶν.
Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς Ἡρώδης τῇ προειρημένῃ Ἑβραΐδι αὐτῶν φωνῇ D
γεγραμμένας διεπέμψατο. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἦν γνώριμα τὰ ἐν αὐταῖς
γεγραμμένα τοῖς Αἰγυπτίοις, πάλιν αὐτὸν ἠξίωσε πέμψας τοὺς
μεταβαλοῦντας αὐτὰς εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἀνθρώπους ἀποστεῖ-

Fortasse cum Thalemanno addendum (mox οὐ τοῖς λέγουσιν πιστεύοντες) vel certe subintelligendum λέγῃ.

3. ἡμῖν . . . λέγομεν] Thirlbius: Erunt fortasse, inquit, qui legendum putent ὑμῖν . . . λέγετε. Nos nihil mutamus. Cyrillus adv. Julian. X. (Opp. ed. Aubert. Tom. VI.) p. 346.: Μὴ καταιτιάσθω λέγων, διὰ τί μὴ προσάγομεν ἱερεῖα βωμοῖς. Similiter non raro alii.

4. μαγικῇ etc.] Eidem objectioni eodem modo occurrunt — idque vidit Grabius — Irenaeus adv. haeres. c. 22. §. 4. p. 166. ed. Massuet., Lactant. Institt. divin. V. c. 3. et Origen. c. Cels. II. c. 48. (Opp. ed. de la Rue Tom. I.) p. 422..

5. τοῖς προφητεύουσι] Cod. Clarom. τοῖς προφητεύσασι, sed vulgaris scriptura margini adscripta est.

1. συντεταγμένας] Erunt qui, ut Thirlbius ait, legent συντεταγμένοις, sed nihil mutandum.

2. κατεσκεύαζε] Morell. κατεσκεύασε contra Codd. mstos.

3. τῷ τῶν Ἰουδ. τότε βασιλεύοντι Ἡρώδῃ etc.] Manifestus anachronismus, quum certum sit Ptolemaeum (Philadelphum) multum tempore Herodem praecessisse. Lan-

is, qui apud nos dicitur Christus, homo ex hominibus fuerit, arte magica quae dicimus miracula ediderit ac propterea filius Dei esse visus sit, jam demonstrationem instituemus, non dicentibus credentes, sed futura antequam fiant praedicentibus necessario fidem habentes, eo quod ipsis oculis ita, ut praedicta fuerant, evenisse et evenire videamus: quae sane demonstratio vobis quoque, ut arbitramur, maxima et verissima videbitur.

31. Quidam igitur homines inter Judaeos Dei prophetae exstitere, per quos Spiritus propheticus futura praenuntiavit, antequam fierent; atque horum vaticinia diligenter asservabant, qui secundum temporum seriem in Judaea regnarunt, quum ea, ut ex ore vaticinantium emissa fuerant, propria Hebraeorum lingua in libris ab ipsis prophetis conscripta possiderent. Ptolemaeus autem rex Aegyptiorum, quum bibliothecam construeret ac omnium hominum scripta comportare conaretur, certior de his quoque vaticiniis factus, Herodem tunc Judaeorum regem per legatos rogavit, ut libros prophetarum ad se mitteret. Ac rex quidem Herodes ea quam diximus Hebraeorum lingua scriptos misit. Sed quum nota Aegyptiis non essent quae scripta in illis erant, iterum legatis missis ab eo petiit, ut ad se homines mitteret, qui hos libros in graecum sermo-

gus igitur Sylburgio adstipulante Justinum notavit pro *βασιλ. Ἡρ.* scribere debuisse *ἀρχιερεύοντι Ἐλεαζάρῳ* itemque paulo post *ἀρχιερεὺς Ἐλεάζαρος* pro *βασιλεὺς Ἡρώδης*. Grabius, omnem culpam illius erroris transferens in scribam aliquem „reipublicae judaicae minus gnarum," conjicit Martyrem non *Ἡρώδῃ*, sed *ἱερεῖ* scripsisse et mox *βασιλεύων ἱερεύς*, id quod firmare studet Philonis testimonio (vid. Cohort. ad Gr. c. 13. — ubi etiam Alexandrinae versionis origo narratur — not. 11.), qui pontificem, ad quem legatos misit Ptolemaeus, regnum cum sacerdotio obtinuisse scribit. Thalemannus vocem *Ἡρώδης* opinatur ex margine irrepsisse, cui adscripsisset imperitus quidam nesciens, pontificem quoque regem dici posse; idem jam Pearsonus et Maranus statuerant. Fabricius (Biblioth. gr. ed. Harl. Vol. VII. p. 60.) Usserio assentitur existimanti (De graeca LXX interpretum versione synt. Lond. 1655. 4. p. 31.), Justinum mira quadam *ἀβλεψίᾳ* Philadelphi et Cleopatrae bibliothecarum historiam commiscuisse. Istarum quaepiam conjecturarum si cui placuerit, ego non invidebo; scilicet naevus videtur potius Justino quam librariis attribuendus esse.

λαι. Καὶ τούτου γενομένου ἔμειναν αἱ βίβλοι καὶ παρ' Αἰγυπτίοις μέχρι τοῦ δεῦρο, καὶ πανταχοῦ παρὰ πᾶσίν εἰσιν Ἰουδαίοις, οἳ καὶ ἀναγινώσκοντες οὐ συνίασι τὰ εἰρημένα, ἀλλ' ἐχθροὺς ἡμᾶς E
καὶ πολεμίους ἡγοῦνται, ὁμοίως ὑμῖν ἀναιροῦντες καὶ κολάζοντες ἡμᾶς ὁπόταν δύνωνται, ὡς καὶ πεισθῆναι δύνασθε· [4] καὶ γὰρ ἐν τῷ νῦν γεγενημένῳ Ἰουδαϊκῷ πολέμῳ Βαρχοχέβας, ὁ τῆς Ἰουδαίων ἀποστάσεως ἀρχηγέτης, Χριστιανοὺς μόνους εἰς τιμωρίας δεινάς, εἰ μὴ ἀρνοῖντο Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν καὶ βλασφημοῖεν, ἐκέλευεν ἀπάγεσθαι. Ἐν δὴ [5] ταῖς τῶν προφητῶν βίβλοις εὕρομεν προκη- 73
ρυσσόμενον παραγινόμενον, γεννώμενον διὰ παρθένου, καὶ ἀνδρούμενον καὶ θεραπεύοντα πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν καὶ νεκροὺς ἀνεγείροντα, καὶ φθονούμενον καὶ ἀγνοούμενον καὶ σταυρούμενον Ἰησοῦν τὸν ἡμέτερον Χριστόν, καὶ ἀποθνήσκοντα καὶ ἀνεγειρόμενον καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνερχόμενον καὶ υἱὸν θεοῦ ὄντα καὶ κεκλημένον, καί τινας πεμπομένους ὑπ' αὐτοῦ εἰς πᾶν γένος ἀνθρώπων κηρύξοντας ταῦτα, καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἀνθρώπους μᾶλ- B
λον αὐτῷ πιστεύειν. Προεφητεύθη δέ, πρὶν ἢ φανῆναι αὐτόν, [6] ἔτεσι ποτὲ μὲν πεντακισχιλίοις, ποτὲ δὲ τρισχιλίοις, ποτὲ δὲ δισχιλίοις, καὶ πάλιν χιλίοις καὶ ἄλλοτε ὀκτακοσίοις· κατὰ γὰρ τὰς διαδοχὰς τῶν [7] γενῶν ἕτεροι καὶ ἕτεροι ἐγένοντο προφῆται.

32. Μωσῆς μὲν οὖν, πρῶτος τῶν προφητῶν γενόμενος, εἶπεν αὐτολεξεὶ οὕτως· [1] Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ [2] ᾧ ἀπόκειται· καὶ

4. καὶ . . . ἀπάγεσθαι] Citat hunc locum Eusebius Hist. eccl. IV. c. 8. (ed. Heinichen. Tom. I.) p. 312. Habet γενομένῳ, Βαρχωχέβας et ἄγεσθαι.

5. ταῖς τ. προφητῶν βίβλοις] Thirlb. forfasse legendum putat ταύταις τ. προφητειῶν βίβλοις. Vulgaris scriptura retinere potest ideoque debet.

6. ἔτεσι ποτὲ μὲν πεντακισχιλίοις etc.] Grabius et Maranus existimant primum illum, quem Martyr quinque annorum millibus ante Christum prophetasse dicit, esse Adamum, cujus prophetia sacris et ecclesiasticis scriptoribus collaudata. Pearsono, qui praeter necessitatem τετρακισχιλίοις commendat, Mosen videtur indigitasse; hic enim primus prophetiae donum accepit (Cohort. ad Gr. c. 10. p. 11. D.) extititque prophetarum primus (sc. ratione temporis, non excellentiae, ut ipse Grabius concedit in Cohort. ad Gr. ed. Hutch. p. 61. not. 4. delictum suum poenitentia delens — ibid. c. 9. p. 9. C., Apol. I. c. 32. p. 73. B. al.). Sed de ceteris etiam prophetis nihil videtur certi statui pos-

nem transferrent. Quod quum factum esset, apud Aegyptios quoque hucusque libri manserunt, ac ubique apud omnes exstant Judaeos, qui quamvis legant, non tamen quid dicatur intelligunt, sed nos pro inimicis et hostibus habent, et non secus ac vos necem nobis, quum hujus rei potestatem nacti sunt, et supplicia inferunt, id quod vobis facile persuaderi potest; nam in bello judaico, quod nuper confectum est, dux Judaeorum defectionis Barchochebas solos Christianos ad gravia supplicia, nisi Jesum Christum negarent et blasphemiis appeterent, abripi jubebat. In his autem prophetarum libris praenuntiatum reperimus Jesum Christum nostrum advenientem, per virginem nascentem, et ad aetatem virilem pervenientem et morbos omnes et aegritudines curantem et mortuos ad vitam revocantem, et invisum et ignoratum et crucifixum et morientem et resurgentem et in coelos ascendentem, atque eum esse et vocari filium Dei, et nonnullos ab eo mitti ad omne hominum genus, qui haec praedicent, magisque illi credere eos qui sunt ex gentibus. Praedictus autem est, antequam prodiret, annis nunc quinquies mille, nunc ter mille, nunc bis mille, interdum mille, nonnumquam octingentis; nam secundum generationum successiones alii atque alii prophetae exstiterunt.

32. Moses quidem, qui primus exstitit prophetarum, sic ad verbum scripsit: *Non deficiet princeps e Juda neque dux e femore ejus, donec veniat cui repositum est; et ipse erit*

se; nimirum in ejusmodi numeris non accuratissime versatur S. Martyr, qui, ut exemplum dicam, Davidem annis mille et quingentis ante Christum collocat (c. 42. p. 80. C.).

7. *γενῶν*] Mavult Thirlb. *γενεῶν*. Sed cave a mutatione; sic enim c. 32. p. 74. D. *κατὰ γένους διαδοχήν*.

1. *Οὐκ . . . αὐτοῦ*] Genes. XLIX. 10. sq..

2. *ᾧ ἀπόκειται*] Cod. Reg., Stephan., Grab., Thirlb. et Thalemann. habent *ὃ ἀπόκειται*, Cod. Clarom. *τὸ ἀπόκειται*. Jam inde a Sylburgio editores cognoverunt *ᾧ ἀποκ.* legendum esse, quod Maranus primus in textum reposuit, tum quia Justinus paulo infra addat post illas voces *τὸ βασίλειον*, tum quia in Dial. c. Tr. c. 120. contendat ita reddidisse LXX interpretes, Judaeos vero aliam lectionem excogi-

αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν, δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον C
αὐτοῦ, πλύνων ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν στολὴν αὐτοῦ. Ὑμέτε-
ρον οὖν ἐστὶν ἀκριβῶς ἐξετάσαι καὶ μαθεῖν, μέχρι τίνος ἦν ἄρχων
καὶ βασιλεὺς ἐν Ἰουδαίοις ἴδιος αὐτῶν· μέχρι τῆς φανερώσεως
Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἡμετέρου διδασκάλου καὶ τῶν ἀγνοουμένων
προφητειῶν ἐξηγητοῦ, ὡς προεῤῥέθη ὑπὸ τοῦ θείου ἁγίου προ-
φητικοῦ πνεύματος διὰ τοῦ Μωσέως, μὴ ἐκλείψειν ἄρχοντα ἀπὸ
Ἰουδαίων, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται τὸ βασίλειον. Ἰούδας γὰρ D
προπάτωρ Ἰουδαίων, ἀφ᾽ οὗ καὶ τὸ Ἰουδαῖοι καλεῖσθαι ἐσχήκασι·
καὶ ὑμεῖς μετὰ τὴν γενομένην αὐτοῦ φανέρωσιν καὶ Ἰουδαίων ἐβα-
σιλεύσατε καὶ τῆς ἐκείνων πάσης γῆς ἐκρατήσατε. Τὸ δέ· *Αὐτὸς
ἔσται προσδοκία ἐθνῶν*, μηνυτικὸν ἦν ὅτι ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν
προσδοκήσουσιν αὐτὸν πάλιν παραγενησόμενον, ὅπερ ὄψει ὑμῖν
πάρεστιν ἰδεῖν καὶ ἔργῳ πεισθῆναι· ἐκ πάντων γὰρ γενῶν ἀνθρώ-
πων προσδοκῶσι τὸν ἐν Ἰουδαίᾳ σταυρωθέντα, μεθ᾽ ὃν εὐθὺς E
δοριάλωτος ὑμῖν ἡ γῆ Ἰουδαίων παρεδόθη. Τὸ δέ· *Δεσμεύων
πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ καὶ πλύνων τὴν στολὴν αὐτοῦ
ἐν αἵματι σταφυλῆς*, σύμβολον δηλωτικὸν ἦν τῶν γενησομένων τῷ
Χριστῷ καὶ τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ πραχθησομένων. Πῶλος γάρ τις ὄνου
εἱστήκει ἔν τινι εἰσόδῳ κώμης [3] πρὸς ἄμπελον δεδεμένος, ὃν ἐκέ- 74
λευσεν ἀγαγεῖν αὐτῷ τότε τοὺς γνωρίμους αὐτοῦ, καὶ ἀχθέντος
ἐπιβὰς ἐκάθισε καὶ εἰσελήλυθεν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, ἔνθα τὸ μέγι-
στον ἱερὸν ἦν Ἰουδαίων, ὃ ὑφ᾽ ὑμῶν ὕστερον κατεστράφη. Καὶ
μετὰ ταῦτα ἐσταυρώθη, ὅπως τὸ [4] λεῖπον τῆς προφητείας συντε-
λεσθῇ. Τὸ γάρ· *Πλύνων τὴν στολὴν αὐτοῦ ἐν αἵματι σταφυλῆς*,
προαγγελτικὸν ἦν τοῦ πάθους οὗ πάσχειν ἔμελλε, δι᾽ αἵματος καθ-
αίρων τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ. Ἡ γὰρ κεκλημένη ὑπὸ τοῦ θείου B
πνεύματος διὰ τοῦ προφήτου στολὴ οἱ πιστεύοντες αὐτῷ εἰσὶν ἄν-
θρωποι, ἐν οἷς οἰκεῖ τὸ παρὰ τοῦ θεοῦ [5] σπέρμα, ὁ λόγος. Τὸ

tasse, nempe τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ. De diversa hujus loci scriptura apud alios adeas Credneri *Beiträge zur Einleitung in d. biblisch. Schriften*, Tom. II. (Hal. 1838. 8.) p. 52. sqq..

3. πρὸς ἄμπελον δεδ.] Pullum ad vitem alligatum fuisse evangelistae non referunt.

4. λεῖπον] Thalemann. et Braun. λοιπὸν volunt. Sed vulgaris scriptura haud scio cur rejicienda sit.

5. σπέρμα] Grab. conjectat πνεῦμα, sed nihil corrigendum esse

exspectatio gentium, ligans ad vitem pullum suum, lavans in sanguine uvae stolam suam. Vestrum est igitur accurate inquirere et pernoscere, quoadusque Judaeis suus fuerit proprius princeps et rex; nimirum quoad apparuit Jesus Christus, magister noster et latentium oraculorum interpres, quemadmodum praedictum est a Spiritu divino, sancto et prophetico per Mosem, non defecturum e Judaeis principem, donec veniret ille cui repositum erat regnum. Judas enim auctor generis Judaeorum exstitit, a quo etiam ut Judaei vocarentur habuerunt; et postquam ille prodiit, vos etiam Judaeis imperastis et omnem eorum terram ditioni vestrae adjecistis. Illud autem: *Ipse erit exspectatio gentium*, significabat fore ex omnibus gentibus, qui eum denuo venturum exspectarent; quod quidem vobis licet cernere et rei experientia credere: ex omni enim hominum genere exspectant illum in Judaea crucifixum, post quem statim bello capta Judaeorum terra vobis tradita est. Illud porro: *Ligans ad vitem pullum suum et lavans in sanguine uvae stolam suam*, symbolum erat res significans partim Christo eventuras, partim ab ipso gerendas. Pullus enim quidam asinae stabat in quodam introitu vici ad vitem alligatus; quem quum sibi a discipulis tunc adduci jussisset, adductum conscendit, eique insidens Hierosolyma ingressus est, ubi maximum Judaeorum templum erat, quod postea a vobis eversum est. Ac postea in crucem actus est, ut quod reliquum erat prophetiae expleretur. Nam illud: *Lavans in sanguine uvae stolam suam*, passionem illam praenuntiabat, quam erat passurus, sanguine eos expians qui ipsi credunt. Nam quae dicitur a divino Spiritu per prophetam stola, homines sunt ei credentes, in quibus illud a Deo semen habitat, Logos. Quod autem

omnes post Fabricium (Biblioth. gr. ed. Harl. Vol. VII. p. 60.) probe monuerunt. Tertullianus adv. Prax. c. 9. (Opp. ed. Leopold. Tom. IV.) p. 257.: *Pater enim*, inquit, *tota substantia est*, *filius* (s. ὁ λόγος) *vero derivatio totius et portio* h. e. τὸ παρὰ τοῦ θεοῦ σπέρμα. Hic (πᾶς) λόγος inest in Christianis, aliis autem hominibus tantummodo σπέρμα ejus contigit (Apol. II. c. 8. p. 46. C. D. al.).

δὲ εἰρημένον αἷμα τῆς σταφυλῆς σημαντικὸν τοῦ ἔχειν μὲν αἷμα τὸν φανησόμενον, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀνθρωπείου σπέρματος, ἀλλ' ἐκ θείας δυνάμεως. Ἡ δὲ πρώτη δύναμις μετὰ τὸν πατέρα πάντων καὶ δεσπότην θεὸν καὶ υἱὸς ὁ λόγος ἐστίν, ὃς τίνα τρόπον σαρκο- C
ποιηθεὶς ἄνθρωπος γέγονεν, ἐν τοῖς ἑξῆς ἐροῦμεν. Ὃν τρόπον γὰρ τὸ τῆς ἀμπέλου αἷμα οὐκ ἄνθρωπος πεποίηκεν, ἀλλ' ὁ θεός, οὕτως καὶ [6] τοῦτο ἐμηνύετο οὐκ ἐξ ἀνθρωπείου σπέρματος γενήσεσθαι τὸ αἷμα, ἀλλ' ἐκ δυνάμεως θεοῦ, ὡς προέφημεν. Καὶ Ἡσαΐας καὶ ἄλλος προφήτης, τὰ αὐτὰ δι' ἄλλων ῥήσεων προφητεύων, οὕτως εἶπεν· [7] Ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακώβ, καὶ ἄνθος ἀναβήσεται ἀπὸ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί· καὶ ἐπὶ τὸν βραχίονα αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. Ἄστρον δὲ φωτεινὸν ἀνέτειλε, καὶ ἄνθος ἀνέβη ἀπὸ τῆς ῥίζης D
Ἰεσσαὶ οὗτος ὁ Χριστός. Διὰ γὰρ παρθένου τῆς ἀπὸ τοῦ σπέρματος Ἰακώβ, τοῦ γενομένου πατρὸς Ἰούδα, τοῦ δεδηλωμένου Ἰουδαίων [8] πατρός, διὰ δυνάμεως θεοῦ ἀπεκυήθη· καὶ Ἰεσσαὶ προπάτωρ μὲν κατὰ τὸ λόγιον γεγένηται, τοῦ καὶ Ἰακὼβ καὶ τοῦ Ἰούδα κατὰ γένους διαδοχὴν υἱὸς ὑπῆρχεν.

33. Καὶ πάλιν ὡς αὐτολεξεὶ διὰ παρθένου μὲν τεχθησόμενος διὰ τοῦ Ἡσαΐου προεφητεύθη, ἀκούσατε. Ἐλέχθη δὲ οὕτως· [1] Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει καὶ τέξεται υἱόν, καὶ ἐροῦσιν ἐπὶ τῷ E
ὀνόματι αὐτοῦ· Μεθ' ἡμῶν ὁ θεός. Ἃ γὰρ ἦν ἄπιστα καὶ ἀδύνατα νομιζόμενα παρὰ τοῖς ἀνθρώποις γενήσεσθαι, ταῦτα ὁ θεὸς προεμήνυσε διὰ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος μέλλειν γίνεσθαι, ἵν' ὅταν γένηται μὴ ἀπιστηθῇ, ἀλλ' ἐκ τοῦ προειρῆσθαι πιστευθῇ. [2] Ὅπως δὲ μή τινες μὴ νοήσαντες τὴν δεδηλωμένην προφητείαν ἐγκαλέσωσιν ἡμῖν, ἅπερ ἐνεκαλέσαμεν τοῖς ποιηταῖς εἰποῦσιν ἀφρο- 75
δισίων χάριν ἐληλυθέναι ἐπὶ γυναῖκας τὸν Δία, διασαφῆσαι τοὺς λόγους [3] πειρασώμεθα. Τὸ οὖν· Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, σημαίνει οὐ συνουσιασθεῖσαν τὴν παρθένον συλλαβεῖν. Εἰ γὰρ

6. τοῦτο] Legit τούτου Thirlb., quae quidem emendatio satis apta videtur, sed minime necessaria, ut ait Maranus.

7. Ἀνατελεῖ... ἐλπιοῦσιν] Numer. XXIV. 17. et Jesai. XI. 1. 10..

8. πατρὸς] Thirlbius: Forte, inquit, προπάτορος. Sed parum refert.

1. Ἰδοὺ . . . θεός] (Jesai. VII. 14.) Ev. Matth. I. 23..

2. Ὅπως δὲ μή τινες] Uterque Cod. mstus et editi male Ὅπως δέ τινες, nam omnino deest particula

dicitur sanguis uvae, id significabat eum, qui appariturus erat, sanguinem quidem habiturum, sed non ex humano semine, verum ex divina potentia. Prima autem secundum parentem omnium et dominum Deum virtus et filius Logos est, qui quomodo incarnatus homo factus sit, deinceps dicemus. Quemadmodum enim uvae sanguinem non homo fecit, sed Deus, ita et hic sanguis significabatur non ex humano sanguine, sed ex potentia Dei, ut jam diximus, futurus. Atque Jesaias alius propheta eadem verbis diversis praedicens sic fatur: *Orietur stella ex Jacobo, et flos e radice Jessae ascendet: et in brachium ejus gentes sperabunt.* Stella sane lucida exorta est, et flos ascendit e radice Jessae hic Christus. Nam per virginem seminis Jacobi, qui Judae pater exstitit, illius ante nominati Judaeorum patris, potentia Dei genitus est; ac Jesse quidem proavus Christi secundum oraculum fuit, Jacobi autem et Judae filius secundum generis successionem fuit.

33. Jam vero quemadmodum per virginem oriturum conceptis verbis Jesaias praedixerit, audite. Sic autem locutus est: *Ecce virgo in utero habebit et pariet filium, et dicent super nomine ejus: Nobiscum Deus.* Quae enim incredibilia erant et fieri non posse hominibus videbantur, ea Deus per Spiritum propheticum futura praenuntiavit, ut quum evenissent, fides eis non derogaretur, sed ex eo quod essent praedicta, crederentur. Ne qui autem prolatam prophetiam minus intelligentes objiciant nobis eadem, quae poetis, Jovem dicentibus ad mulieres rei venereae causa ventitasse, objecimus, verba explanare tentemus. Illud igitur: *Ecce virgo in utero habebit*, significat virginem absque concubitu concepturam. Nam si cum ali-

negans; quare Davis. legendum censet *Μήπως δέ τινες* (v. c. 3. not. 5.) vel *Ὅπως δέ τινες μὴ νοήσαντες . . . μὴ ἐγκαλ. ἡμῖν*. Errandi ansam dedit repetitum *μή*; quare melius Thirlbius, quocum Maran. facit: *Ὅπως δὲ μή τινες, μὴ νοήσαντες* etc.. Cf. c. 30. p. 72. A: *Ὅπως δὲ μή τις*, c. 43. p. 80. D: *Ὅπως δὲ μή τινες*; coll. Apol. II. c. 4. p. 43. C., Dial. c. Tr. c. 62. p. 285. C. al.. Hoc igitur modo restitui in textum.

3. *πειρασώμεθα*] Sylburg. mallet *πειρασόμεθα*.

ἐσυνουσιάσθη ὑπὸ ὁτουοῦν, οὐκ ἔτι ἦν παρθένος· ἀλλὰ δύναμις θεοῦ ἐπελθοῦσα τῇ παρθένῳ ἐπεσκίασεν αὐτήν, καὶ κυοφορῆσαι παρθένον οὖσαν πεποίηκε. Καὶ ὁ ἀποσταλεὶς καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν παρθένον κατ᾽ ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ ἄγγελος θεοῦ εὐηγγελίσατο αὐτὴν εἰπών· [4] Ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ τέξῃ B
υἱόν, καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν, ὡς οἱ ἀπομνημονεύσαντες πάντα τὰ περὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐδίδαξαν, οἷς ἐπιστεύσαμεν, ἐπειδὴ καὶ διὰ Ἡσαΐου τοῦ προδεδηλωμένου τὸ προφητικὸν πνεῦμα τοῦτον [5] γενησόμενον ὡς [6] προεμηνύομεν ἔφη. [7] Τὸ πνεῦμα οὖν καὶ τὴν δύναμιν τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ οὐδὲν ἄλλο νοῆσαι θέμις, ἢ τὸν λόγον, ὃς καὶ C
πρωτότοκος τῷ θεῷ ἐστί, [8] ὡς Μωσῆς ὁ προδεδηλωμένος προφήτης ἐμήνυσε. Καὶ τοῦτο ἐλθὸν ἐπὶ τὴν παρθένον καὶ ἐπισκιάσαν οὐ διὰ συνουσίας, ἀλλὰ διὰ δυνάμεως ἐγκύμονα κατέστησε. Τὸ δὲ Ἰησοῦς, ὄνομα τῇ Ἑβραΐδι φωνῇ, σωτὴρ τῇ Ἑλληνίδι διαλέκτῳ δηλοῖ. Ὅθεν καὶ ὁ ἄγγελος πρὸς τὴν παρθένον εἶπε· Καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. Ὅτι δὲ οὐδενὶ ἄλλῳ θεοφοροῦν- D
ται οἱ προφητεύοντες εἰ μὴ λόγῳ θείῳ, καὶ ὑμεῖς ὡς ὑπολαμβάνω φήσετε.

34. Ὅπου δὲ καὶ τῆς γῆς γεννᾶσθαι ἔμελλεν, ὡς προεῖπεν ἕτερος προφήτης ὁ Μιχαίας, ἀκούσατε. Ἔφη δὲ οὕτως· [1] Καὶ σὺ Βηθλεέμ, γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου. Κώμη δέ τίς ἐστιν ἐν τῇ χώρᾳ Ἰουδαίων, ἀπέχουσα σταδίους E

4. Ἰδοὺ ... αὐτῶν] Ev. Luc. I. 31. 35. et Matth. I. 21..

5. γενησόμενον] Ita vel γεννηθησόμενον Maran. (in Addend.) mallet; Thirlbius omnino illud scribendum dicit, quod recte Thalemann. et Braun. in textum receperunt pro vulg. γεννησόμενον.

6. προεμηνύομεν] Cod. Clarom. προσμηνύομεν.

7. Τὸ πνεῦμα ... λόγον] Respicit Martyr ad ev. Luc. I. 35.. Plura si vis vid. librum meum: De Justini Mart. scriptis et doctrina p. 137., coll. Semisch.: *Justin der Märtyr*. P. II. p. 309. sq..

8. ὡς Μωσῆς] Particulam ὡς vulgo omissam ante Μωσῆς reponendam esse, post Sylburgium omnes observarunt. Nunc vero non de Mosis, sed de vaticinio Jesaiae

quo consuevisset, non jam esset virgo; sed potentia Dei superveniens virgini obumbravit eam, fecitque ut tum, quum esset virgo, praegnaret. Et qui tunc ad ipsam virginem missus est angelus Dei, sic laetum ei nuntium attulit: *Ecce concipies in utero ex Spiritu sancto et paries filium, et filius altissimi vocabitur et vocabis nomen ejus Jesum; ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum,* quemadmodum docuerunt, qui omnia ad Salvatorem nostrum Jesum Christum pertinentia literis mandarunt, quibus quidem credimus, quia per eum etiam, quem jam diximus, Jesaiam Spiritus propheticus illum ita, uti exposuimus, nasciturum dixit. Spiritum igitur et potentiam, quae a Deo est, nihil aliud fas est intelligere, quam Logon, qui et Deo primogenitus est, ut is, quem jam diximus, Moses propheta indicavit. Atque hic Spiritus quum in virginem illapsus esset eamque obumbrasset, non ex concubitu, sed ex virtute praegnantem eam fecit. Jesus autem, hebraicae linguae nomen, idem sonat graeco sermone ac Salvator. Unde angelus ad virginem dixit: *Et vocabis nomen ejus Jesum; ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* Vaticinantes autem non alio divinitus efferri, quam Logo divino, vos quoque, arbitror, dicetis.

34. Ubi vero terrarum nasciturus esset, quomodo alius propheta Michaeas praedixerit, audite. Sic autem dixit: *Et tu Bethlehemum, terra Judae, nequaquam minima es in principibus Judae; ex te enim egredietur dux, qui pascet populum meum.* Est autem vicus quidam in terra Judaeorum,

loquitur Justinus. Statuit Grabius, librarium duas voces ὡς ῆς (contractum Ἡσαΐας) pro una ac signum abbreviationis pro circumflexo accepisse et, quod ωσῆς nullius prophetae sit nomen, addita unica litera μ reposuisse Μωσῆς. Simul patescit, cur ὡς omissum fuerit. Atque eadem verba Jesaiana leguntur in Dial. c. Tr. c. 84. p. 310., ubi subjunguntur haec: διὰ παρθενικῆς μήτρας τὸν πρωτότοκον τῶν πάντων ποιημάτων σαρκοποιηθέντα ἀληθῶς παιδίον γενέσθαι. Hanc emendationem respuit Maranus, sed elegantissimam et verissimam vocat Thalemannus, quem Braunius sequitur.

1. *Καὶ . . . μου*] (Mich. V. 2.) Ev. Matth. II. 6..

τριάκοντα πέντε Ἱεροσολύμων, ἐν ᾗ ἐγεννήθη Ἰησοῦς Χριστός, ὡς
καὶ μαθεῖν δύνασθε ἐκ τῶν ἀπογραφῶν τῶν γενομένων ἐπὶ [2] Κυ-
ρηνίου τοῦ ὑμετέρου ἐν Ἰουδαίᾳ πρώτου γενομένου ἐπιτρόπου.

35. Ὡς δὲ καὶ λήσειν ἔμελλε τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους γεννη-
θεὶς ὁ Χριστός, ἄχρις ἀνδρωθῇ, ὅπερ καὶ γέγονεν, ἀκούσατε τῶν
προειρημένων εἰς τοῦτο. [1] Ἔστι δὲ ταῦτα· [2] Παιδίον ἐγεννήθη
ἡμῖν, καὶ νεανίσκος ἡμῖν ἀπεδόθη, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τῶν ὤμων, 76
[3] μηνυτικὸν τῆς δυνάμεως τοῦ σταυροῦ, ᾧ προσέθηκε τοὺς ὤμους
σταυρωθείς, ὡς προϊόντος τοῦ λόγου σαφέστερον δειχθήσεται. Καὶ
πάλιν ὁ αὐτὸς προφήτης Ἡσαΐας θεοφορούμενος τῷ πνεύματι τῷ
προφητικῷ ἔφη· [4] Ἐγὼ ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου ἐπὶ λαὸν ἀπει-
θοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα, ἐπὶ τοὺς πορευομένους ἐν ὁδῷ οὐ καλῇ.
Αἰτοῦσί με νῦν κρίσιν καὶ ἐγγίζειν θεῷ τολμῶσιν. Καὶ πάλιν ἐν B
ἄλλοις λόγοις δι᾽ ἑτέρου προφήτου λέγει· [5] Αὐτοὶ ὤρυξάν μου πό-
δας καὶ χεῖρας, καὶ ἔβαλον κλῆρον ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου. [6] Καὶ
ὁ μὲν Δαβὶδ ὁ βασιλεὺς καὶ προφήτης, ὁ εἰπὼν ταῦτα, οὐδὲν
τούτων ἔπαθεν· Ἰησοῦς δὲ Χριστὸς ἐξετάθη τὰς χεῖρας, σταυρω-
θεὶς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἀντιλεγόντων αὐτῷ καὶ φασκόντων μὴ εἶ-
ναι αὐτὸν Χριστόν. Καὶ γάρ, ὡς εἶπεν ὁ προφήτης, διασύρον-
τες αὐτὸν ἐκάθισαν ἐπὶ βήματος καὶ εἶπον· [7] Κρῖνον ἡμῖν. Τὸ
δέ· Ὤρυξάν μου χεῖρας καὶ πόδας, [8] ἐξήγησις τῶν ἐν τῷ σταυρῷ C
παγέντων ἐν ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶν αὐτοῦ ἥλων ἦν. Καὶ μετὰ
τὸ σταυρῶσαι αὐτὸν ἔβαλον κλῆρον ἐπὶ τὸν ἱματισμὸν αὐτοῦ, καὶ
ἐμερίσαντο ἑαυτοῖς οἱ σταυρώσαντες αὐτόν. Καὶ ταῦτα ὅτι γέγονε,
δύνασθε μαθεῖν ἐκ [9] τῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου γενομένων ἄκτων.

2. *Κυρηνίου*] Jam Thirlbius: Tam multa, inquit, hîc dicenda forent, si quid dicere inciperem, ut orationis exitum prorsus nullum videam. Vid. interpp. ad Luc. II. 2. coll. Credneri *Beiträge zur Einleitung in d. biblisch. Schriften*, Tom. I. (Hal. 1832. 8.) p. 229. sqq..

1. *Ἔστι δὲ ταῦτα*] Magnam Langus, Grabius et Thalemannus post illa verba inducunt lacunam, quod tamen non fit necessario, quum Braunio asserente saepius Justinus e sacris literis in medium producat locos ad probandum parum aptos, nec ullum Codd. msti hiatus vestigium praebeant.

2. *Παιδίον . . . ὤμων*] Jesai. IX. 6..

3. *μηνυτικὸν*] Stephan. (ad edit. calcem) legit *μηνυτικῶν*, ut ad *προειρημένων* referatur.

4. *Ἐγὼ . . . τολμῶσιν*] Jesai. LXV. 2. et LVIII. 2..

stadiis triginta quinque Hierosolymis distans, ubi natus est Jesus Christus, quemadmodum et ex descriptionibus census discere potestis, quae sub Quirinio, primo vestro in Judaea procuratore, confectae sunt.

35. Quod autem futurum erat, ut Christus natus ceteros homines usque ad aetatem virilem lateret, id quod etiam evenit, quae praedicta sint ea de re audite. Sic autem habent: *Puer natus est nobis, et adolescentulus nobis datus est, cujus super humeros imperium*, indicium potentiae crucis, cui affixus humeros applicuit, quemadmodum progressu orationis clarius demonstrabitur. Rursus idem propheta Jesaias divinitus afflatus a Spiritu prophetico dixit: *Expandi manus meas ad populum incredulum et contradicentem, ad eos qui incedunt in via non bona. Postulant nunc a me judicium et appropinquare Deo audent.* Ac rursus aliis verbis per alium prophetam ait: *Ipsi foderunt meas manus et pedes, et jecerunt sortem super vestimentum meum.* Ac David quidem rex et propheta, qui haec dixit, nihil horum passus est; Jesu autem Christi manus expansae fuerunt, quum a Judaeis crucifigeretur contradicentibus et asserentibus eum non esse Christum. Nam et illum, ut dixit propheta, per ludibrium in tribunali collocarunt et dixerunt: *Judica nobis!* Illud autem: *Foderunt meas manus et pedes*, narratio erat clavorum, qui in cruce manibus ejus et pedibus infixi sunt. Et postquam eum crucifixerunt, sorte duxerunt ejus vestimentum, illudque inter se partiti sunt qui eum crucifixerant. Atque haec ita gesta esse, ex

5. *Αὐτοὶ...μου*] Psalm. XXII. 16. 18..

6. *Καὶ ὁ μὲν Δαβὶδ...οὐδὲν τούτων ἔπαθεν*] Sunt forte qui legerint: *Καὶ ὁ μὲν Δαβὶδ ὁ βασιλ., κ. προφ. ὁ εἰπ. ταῦτα, οὐδὲν τούτων ἔπαθον.* Sed Thirlbius non miratur Justinum, quippe cujus satis jam nota nobis et perspecta negligentia sit, non utrumque prophetam, Davidem et Jesaiam, hîc memorasse, maxime quum in eodem genere interdum peccent scriptores vel optimi. Vid. praeterea c. 40. p. 78. D.

7. *Κρῖνον ἡμῖν*] Respicit ad Jes. *Αἰτοῦσί με νῦν κρίσιν.*

8. *ἐξήγησις . . . σταυρώσαντες αὐτόν*] Coll. ev. Joann. XX. 25. et Matth. XXVII. 35..

9. *τ. ἐπὶ Ποντ. Πιλ. γεν. ἄκτων*] Vid. librum meum: De Justini

*Καὶ ὅτι ῥητῶς καθεσθησόμενος ἐπὶ πῶλον ὄνου καὶ εἰσελευσόμενος
εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα* [10] *προεφήτευτο, ἑτέρου προφήτου τοῦ* [11] *Σοφο-
νίου τὰς τῆς προφητείας λέξεις ἐροῦμεν. Εἰσὶ δὲ αὗται· Χαῖρε* D
*σφόδρα θύγατερ Σιών, κήρυσσε θύγατερ Ἱερουσαλήμ· ἰδοὺ ὁ βα-
σιλεύς σου ἔρχεταί σοι πρᾶος, ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον καὶ πῶλον
υἱὸν ὑποζυγίου.*

36. *Ὅταν δὲ τὰς λέξεις τῶν προφητῶν λεγομένας ὡς ἀπὸ
προσώπου ἀκούητε, μὴ ἀπ' αὐτῶν τῶν ἐμπεπνευσμένων λέγεσθαι
νομίσητε, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κινοῦντος αὐτοὺς θείου λόγου. Ποτὲ
μὲν γὰρ ὡς προαγγελτικῶς τὰ μέλλοντα γενήσεσθαι λέγει, ποτὲ δὲ
ὡς ἀπὸ προσώπου τοῦ δεσπότου πάντων καὶ πατρὸς θεοῦ φθέγ-* E
*γεται, ποτὲ δὲ ὡς ἀπὸ προσώπου τοῦ Χριστοῦ, ποτὲ δὲ ὡς ἀπὸ
προσώπου λαῶν ἀποκρινομένων τῷ κυρίῳ ἢ τῷ πατρὶ αὐτοῦ·
ὁποῖον καὶ ἐπὶ τῶν παρ' ὑμῖν συγγραφέων ἰδεῖν ἐστίν, ἕνα μὲν
τὸν τὰ πάντα συγγράφοντα ὄντα, πρόσωπα δὲ τὰ διαλεγόμενα*
[1] *παραφέροντα. Ὅπερ μὴ νοήσαντες οἱ ἔχοντες τὰς βίβλους τῶν
προφητῶν Ἰουδαῖοι, οὐκ ἐγνώρισαν* [2] *οὔτε παραγενόμενον τὸν
Χριστόν, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς τοὺς λέγοντας παραγεγενῆσθαι αὐτόν,
καὶ ὡς προεκεκήρυκτο ἀποδεικνύντας ἐσταυρῶσθαι ὑπ' αὐτῶν,* 77
μισοῦσιν.

37. *Ἵνα δὲ καὶ τοῦτο ὑμῖν φανερὸν γένηται, ἀπὸ προσώπου*
[1] *τοῦ πατρὸς ἐλέχθησαν διὰ Ἠσαΐου τοῦ προειρημένου προφήτου
οἵδε οἱ λόγοι·* [2] *Ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον καὶ ὄνος τὴν φάτνην
τοῦ κυρίου αὐτοῦ, Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω καὶ ὁ λαός μου οὐ συ-
νῆκεν. Οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλόν, λαὸς πλήρης ἁμαρτιῶν, σπέρ-
μα πονηρόν, υἱοὶ ἄνομοι ἐγκατελίπετε τὸν κύριον. Καὶ πάλιν ἀλ-
λαχοῦ, ὅταν λέγῃ ὁ αὐτὸς προφήτης ὁμοίως ἀπὸ τοῦ πατρός·* B
[3] *Ποῖόν μοι οἶκον οἰκοδομήσετε; λέγει κύριος. Ὁ οὐρανός μοι
θρόνος, καὶ ἡ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ·*

Mart. scriptis et doctrina p. 110. not. 45..

10. *προεφήτευτο*] Fortasse *προεφητεύετο* vel *προεφητεύθη* (Thilb.), vel *προεπεφήτευτο*, quod Thalemann. in textu posuit.

11. *Σοφονίου*] *Μνημονικὸν ἁμάρτημα*; sunt enim haec non Sophoniae, sed Zachariae (IX. 9. juxta citationem Matth. XXI. 5.) verba, inquit Stephanus (l. c.). Atque Zachariae recte tribuuntur in Dial. c. Tr. c. 53. p. 273. A.

1. *παραφέροντα*] Non male le-

Actis sub Pontio Pilato confectis discere potestis. Quod autem diserte praedictum fuerat eum asinae pullo sessurum et Hierosolyma ingressurum, pronuntiata ab alio propheta Sophonia vaticinii verba dabimus. Sic autem habent: *Laetare vehementer filia Sionis, praedica filia Hierosolymorum; ecce rex tuus venit tibi mitis, asino insidens et pullo filio subjugalis.*

36. Sed quum prophetarum verba velut ex aliqua persona dicta auditis, non ab his qui afflati fuerunt, sed ab eo, qui illos movebat, Logo divino dicta existimate. Interdum enim praenuntiantis more futura exponit, interdum ut ex persona domini omnium et patris Dei loquitur, interdum ut ex persona Christi, interdum ut ex persona populorum domino aut ejus patri respondentium loquitur; quale est quod et apud vestros scriptores cernere licet, apud quos unus quidem scribit omnia, colloquentes autem personas inducit. Quod quum non intellexissent Judaei, quorum in manibus sunt libri prophetarum, Christum etiam advenientem non cognoverunt, sed et nos, qui advenisse dicimus, et ab illis, ut praedictum fuerat, crucifixum demonstramus, odio prosequuntur.

37. Atque ut id etiam perspectum habeatis, dicta sunt ex persona patris per eum, quem diximus, prophetam Jesaiam haec verba: *Cognovit bos possessorem suum et asinus praesepe domini sui, Israel autem me non cognovit et populus me non intellexit. Vae genti peccatrici, populo pleno peccatis, semini nequam: filii iniqui deseruistis dominum.* Et rursum alibi, quum idem propheta similiter ex persona patris dicit: *Qualem mihi aedificabitis domum? dicit dominus. Coelum sedes mea, et terra scabellum pedum meorum.* Ac

geretur διαφέροντα (ita Langus: *personae colloquentes diversae*), ut Maran. adnotat; sed nihil mutandum ducit, quia παραφέρειν nonnumquam (Dial. c. Tr. c. 69. p. 295. A.) idem valet atque *inducere*, ut nostro loco ad συγγράφοντα referatur.

2. οὔτε] Fortasse οὐδέ. Et sic video Thirlbium textui inseruisse.

1. τοῦ πατρὸς] Inepte legi jubent Langus et Sylburg. τοῦ υἱοῦ.

2. Ἔγνω . . . κύριον] Jesai. I. 3. sq..

3. Ποῖόν ... μου] Jesai. LXVI. 1.

[4] Τὰς νουμηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα μισεῖ ἡ ψυχή μου, καὶ μεγάλην ἡμέραν νηστείας καὶ ἀργίαν οὐκ ἀνέχομαι· οὐδ᾽ ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι εἰσακούσομαι ὑμῶν. Πλήρεις αἵματος αἱ χεῖρες ὑμῶν. Κἂν φέρητε σεμίδαλιν, θυμίαμα, βδέλυγμά μοι ἐστί· στέαρ C
ἀρνῶν καὶ αἷμα ταύρων οὐ βούλομαι. Τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; [5] Ἀλλὰ διάλυε πάντα σύνδεσμον ἀδικίας, διάσπα στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων, ἄστεγον καὶ γυμνὸν σκέπε, διάθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σου. Ὁποῖα μὲν οὖν ἐστὶ καὶ τὰ διδασκόμενα διὰ τῶν προφητῶν [6] ἀπὸ τοῦ θεοῦ, νοεῖν δύνασθε.

38. Ὅταν δὲ ἀπὸ προσώπου τοῦ Χριστοῦ λέγῃ τὸ προφητικὸν πνεῦμα, οὕτως φθέγγεται· [1] Ἐγὼ ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου ἐπὶ λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα, ἐπὶ τοὺς πορευομένους ἐν D
ὁδῷ οὐ καλῇ. Καὶ πάλιν· [2] Τὸν νῶτόν μου τέθεικα εἰς μάστιγας καὶ τὰς σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. Καὶ ὁ κύριος βοηθός μου ἐγένετο· διὰ τοῦτο οὐκ ἐνετράπην, ἀλλ᾽ ἔθηκα τὸ πρόσωπόν μου ὡς στερεὰν πέτραν, καὶ ἔγνων ὅτι οὐ μὴ αἰσχυνθῶ, ὅτι ἐγγίζει ὁ δικαιώσας με. Καὶ πάλιν ὅταν λέγῃ· [3] Αὐτοὶ ἔβαλον κλῆρον ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου, καὶ ὤρυξάν μου πόδας καὶ χεῖρας. [4] Ἐγὼ E
δὲ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα, καὶ ἀνέστην, ὅτι κύριος ἀντελάβετό μου. Καὶ πάλιν ὅταν λέγῃ· [5] Ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλὴν λέγοντες· Ῥυσάσθω ἑαυτόν. Ἅτινα πάντα [6] γέγονεν ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων τῷ Χριστῷ· μαθεῖν δύνασθε. [7] Σταυρωθέντος γὰρ αὐτοῦ ἐξέστρεφον τὰ χείλη καὶ ἐκίνουν τὰς κεφαλὰς λέγοντες· Ὁ νεκροὺς ἀνεγείρας ῥυσάσθω ἑαυτόν.

39. Ὅταν δὲ ὡς προφητεῦον τὰ μέλλοντα γίνεσθαι λαλῇ τὸ προφητικὸν πνεῦμα, οὕτως λέγει· [1] Ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται 78
νόμος καὶ λόγος κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ, καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον ἐθνῶν καὶ ἐλέγξει λαὸν πολύν· καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς

4. Τὰς ... χειρῶν ὑμῶν] Jesai. I. 11.—15..
5. Ἀλλὰ ... σου] Jesai. LVIII. 6. sq..
6. ἀπὸ τ. θεοῦ] H. e. ἀπὸ προσώπου τ. θεοῦ.

1. Ἐγὼ ... καλῇ] Jesai. LXV. 2..
2. Τὸν ... δικ. με] Jesai. L. 6.—8..
3. Αὐτοὶ ... χεῖρας] Psalm. XXII. 16. 18..
4. Ἐγὼ ... μου] Psalm. III. 5..

rursum alibi: *Neomenias vestras et sabbata odit anima mea, et diem magnum jejunii et otium non fero; neque si veniatis ut appareatis mihi, exaudiam vos. Plenae sunt manus vestrae sanguine. Etiamsi offeratis similam, incensum, abominatio mihi est; adipem agnorum et sanguinem hircorum nolo. Quis enim quaesivit haec de manibus vestris? Sed dissolve omnem colligationem iniquitatis, disrumpe obligationes violentorum contractuum, vagum et nudum tege, frange esurienti panem tuum!* Qualia ergo sint ea, quae per prophetas docentur ex persona Dei, intelligere potestis.

38. Quando autem ex persona Christi loquitur Spiritus propheticus, sic fatur: *Expandi manus meas ad populum incredulum et contradicentem, ad eos qui incedunt in via non bona.* Et iterum: *Dorsum meum dedi ad flagella et genas meas ad alapas, faciem vero meam non averti ab ignominia sputorum. Et dominus auxiliator meus factus est; propterea non sum confusus, sed posui faciem meam, sicut solidam petram, et novi me non pudefactum iri, quia juxta est qui justificavit me.* Ac rursum quum dicit: *Super vestem meam miserunt sortem, et foderunt pedes meos et manus. Ego autem dormivi et somnum cepi, et exsurrexi, quia dominus suscepit me.* Et rursum quum ait: *Locuti sunt labiis, moverunt caput dicentes: Liberet seipsum.* Quae omnia a Judaeis Christo accidisse, cognoscere potestis. Nam crucifixo eo distorserunt labia et capita moverunt dicentes: *Qui mortuos excitavit, liberet seipsum!*

39. Quando autem Spiritus propheticus ut futura vaticinans loquitur, sic ait: *Ex Sione enim exibit lex et verbum domini Hierosolymis, et judicabit inter gentes et arguet populum multum; et contundent gladios suos in aratra et*

5. Ἐλάλησαν ... ἑαυτόν] Psalm. XXII. 8. sq.

6. γέγονεν ... δύνασθε] Alterutri verbo γέγονεν aut μαθεῖν praemittendum ὡς, ut Sylburgio placet, vel γεγονέναι cum Grabio, vel cum Thirlbio ἃ ὅτι pro ἅτινα legendum.

7. Σταυρωθέντος ... ἑαυτόν] Coll. ev. Matth. XXVII. 39. — 43.

1. Ἐκ ... πολεμεῖν] Jesai. II. 3. sq.

ἄροτρα καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα, καὶ οὐ μὴ λήψονται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος μάχαιραν καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν. Καὶ ὅτι οὕτως γέγονε, [2] πεισθῆναι δύνασθε. Ἀπὸ γὰρ Ἱερουσαλὴμ ἄνδρες δεκαδύο τὸν ἀριθμὸν ἐξῆλθον εἰς τὸν κόσμον, καὶ οὗτοι ἰδιῶται, λαλεῖν μὴ δυνάμενοι, διὰ δὲ θεοῦ δυνάμεως ἐμήνυσαν παντὶ B
γένει ἀνθρώπων, ὡς ἀπεστάλησαν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ διδάξαι πάντας τὸν τοῦ θεοῦ λόγον· καὶ οἱ πάλαι ἀλληλοφόνται οὐ μόνον οὐ πολεμοῦμεν τοὺς ἐχθρούς, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ μηδὲ ψεύδεσθαι μηδ' ἐξαπατῆσαι τοὺς ἐξετάζοντας ἡδέως, ὁμολογοῦντες τὸν Χριστόν, ἀποθνήσκομεν. Δυνατὸν γὰρ ἦν τὸ λεγόμενον·

[3] Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοκεν, ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος,

ποιεῖν ἡμᾶς εἰς τοῦτο. Γελοῖον [4] ἦ δὴ πρᾶγμα, [P] ὑμῖν μὲν τοὺς C
συντιθεμένους καὶ καταλεγομένους στρατιώτας καὶ πρὸ τῆς ἑαυτῶν ζωῆς καὶ γονέων καὶ πατρίδος καὶ πάντων τῶν οἰκείων τὴν ὑμετέραν ἀσπάζεσθαι ὁμολογίαν, μηδὲν ἄφθαρτον δυναμένων ὑμῶν αὐτοῖς παρασχεῖν, ἡμᾶς δέ, ἀφθαρσίας ἐρῶντας, μὴ πάνθ' ὑπομεῖναι ὑπὲρ τοῦ τὰ ποθούμενα παρὰ τοῦ δυναμένου δοῦναι λαβεῖν.

40. Ἀκούσατε δὲ πῶς καὶ περὶ τῶν κηρυξάντων τὴν διδαχὴν αὐτοῦ καὶ μηνυσάντων τὴν ἐπιφάνειαν προεῤῥέθη, τοῦ προειρημένου προφήτου καὶ βασιλέως οὕτως εἰπόντος διὰ τοῦ προφητικοῦ D
πνεύματος· [1] Ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ τῇ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν. Οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν. Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. Ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας δραμεῖν ὁδόν. Πρὸς τούτοις δὲ καὶ λόγων ἑτέρων τῶν προφητευθέντων δι' αὐτοῦ τοῦ E
Δαβὶδ καλῶς [2] ἔχον καὶ οἰκείως ἐπιμνησθῆναι λελογίσμεθα, ἐξ ὧν μαθεῖν ὑμῖν πάρεστι, πῶς προτρέπεται ζῆν τοὺς ἀνθρώπους τὸ

2. πεισθῆναι] Thirlb. μαθεῖν contra omnes codices.

3. Ἡ γλῶσσ' ... ἀνώμοτος] In Codd. mstis γλῶσσα, sed Maran. et Braun., qui solus recte ὀμώμοκεν pro vulg. ὁμώμοκεν (c. spir. asp.) habet, α eliserunt. Verba sunt in Euripid. Hippolyt. 607. (ed. Matthiae. Tom. I. p. 338.), ubi melius ὀμώμοχ' exstat. Vid. Cicer. de offic. III. c. 29..

4. ἦ δὴ] In Codd. mstis et editis est ἤδη, vitiose procul dubio. Quapropter Billius (Observv. sacr.

lanceas suas in falces, et non sumet gens contra gentem gladium et non discent amplius belligerare. Atque id ita evenisse persuaderi vobis potest. Hierosolymis enim viri numero duodecim in mundum profecti sunt, iique imperiti nec dicendi facultate praediti, Dei autem potentia communiti denuntiarunt omni hominum generi missos se esse a Christo, ut omnes verbum Dei docerent: et qui olim caedibus mutuis grassabamur, non modo cum inimicis bellum non gerimus, sed etiam, ne mentiamur aut eos qui interrogant decipiamus, libenter Christum confitendo morimur. Facile enim esset, ut, quod dicitur:

Jurata lingua, mens autem injurata est,

nos quoque imitaremur. Ridiculum sane foret, ut obstricti a vobis sacramento et conscripti milites fidem vobis datam, qui nihil illis potestis incorrupti praestare, et suae ipsorum vitae et parentibus et patriae et omnibus propinquis praeponant, nos autem, qui incorruptae vitae cupidi sumus, non perferamus omnia, ut optata ab eo, qui potest praestare, consequamur.

40. Audite quomodo et de iis praedictum sit, qui ejus doctrinam praedicaverunt et adventum nuntiarunt, supradicto propheta et rege sic dicente per Spiritum propheticum: *Dies diei eructat verbum et nox nocti annuntiat sermonem. Non sunt loquelae neque sermones, quorum non audiantur voces. In omnem terram exivit sonus eorum et in fines orbis terrae verba eorum. In sole posuit tabernaculum suum et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo exsultabit ut gigas ad currendam viam.* His autem alia quoque verba per eumdem Davidem praenuntiata adjicere, praeclarum ac hujus loci proprium esse duximus, ex quibus discere potestis, quomodo homines vivere Spiritus propheticus hortetur, et quomodo fa-

II. c. 6.) conjicit δέ, Sylburgius probante Braunio δ' ἦν (sic etiam Davis.) vel δ' εἴη, Thirlbius ᾗ δὲ vel εἴη δέ. Ex levissima mutatione edidi ᾗ δή, quod jam Grab. suasit.

5. ὑμῖν] Braun. male ἡμῖν.

1. Ἡμέρα ... ὁδόν] Psalm. XIX. 2.—5.; coll. ep. ad Roman. X. 18., ubi jam illud αὐτῶν (ψ'. l. c. 4.) ad apostolos refertur.

2. ἔχον] Fortasse cum Davisio ἔχειν scribendum; sed non adeo necessarium est.

προφητικὸν πνεῦμα καὶ πῶς μηνύει [3] τὴν γεγενημένην Ἡρώδου τοῦ βασιλέως Ἰουδαίων, καὶ αὐτῶν Ἰουδαίων, καὶ Πιλάτου τοῦ ὑμετέρου παρ' αὐτοῖς γενομένου ἐπιτρόπου σὺν τοῖς αὐτοῦ στρατιώταις κατὰ τοῦ Χριστοῦ συνέλευσιν, καὶ ὅτι πιστεύεσθαι ἔμελλεν ὑπὸ τῶν ἐκ 79
παντὸς γένους ἀνθρώπων, καὶ ὅτι αὐτὸν υἱὸν καλεῖ ὁ θεὸς καὶ ὑποτάσσειν αὐτῷ πάντας ἐχθροὺς ἐπήγγελται, καὶ πῶς οἱ δαίμονες, ὅσον ἐπ' αὐτοῖς, τήν τε τοῦ πατρὸς πάντων καὶ δεσπότου θεοῦ καὶ τὴν αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ἐξουσίαν φυγεῖν πειρῶνται, καὶ ὡς εἰς μετάνοιαν καλεῖ πάντας ὁ θεὸς πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως. Εἴρηνται δὲ οὕτως· [4] Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη καὶ ἐπὶ καθέ- B
δραν λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν, ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός. Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ, καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεται, καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ κατευοδωθήσεται. Οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἢ ὡσεὶ χνοῦς, C
ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς· διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει, οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων, ὅτι γινώσκει κύριος ὁδὸν δικαίων, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται. Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν [5] καινά; Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ λέγοντες· Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν καὶ ἀποῤῥίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν. Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτούς, D
καὶ ὁ κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς· τότε λαλήσει πρὸς αὐτοὺς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ ταράξει αὐτούς. Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ, διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα κυρίου. Κύριος εἶπε πρός με· Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς· ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, ὡς σκεύη κεραμέως E
συντρίψεις αὐτούς. Καὶ νῦν βασιλεῖς σύνετε, παιδεύθητε πάν-

3. τὴν ... συνέλευσιν] Coll. Act. apost. IV. 27.

4. Μακάριος ... ἐπ' αὐτόν] Psalm. I. et II.

ctam ab Herode Judaeorum rege, ipsisque Judaeis cum Pilato, vestro apud eos procuratore, ejusque militibus adversus Christum coitionem narret, porro quomodo credituros in eum ex omni genere homines, eumque a Deo filium vocari dicat, ac patrem polliceri subjecturum se illi omnes inimicos, tum quomodo daemones, quantum in ipsis est, parentis universorum et domini Dei ipsiusque Christi potestatem effugere conentur, quomodo denique omnes Deus ad poenitentiam vocet, antequam dies judicii adveniat. Ita autem sunt dicta: *Beatus vir qui non versatus est in consilio impiorum neque in via peccatorum stetit neque in cathedra pestilentiae sedit, sed in lege domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte! Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, et folium ejus non defluet, et omnia quaecumque faciet, prosperabuntur. Non sic impii, non sic, sed tamquam pulvis, quem projicit ventus a facie terrae; ideo non resurgent impii in judicio, neque peccatores in consilio justorum, quoniam novit dominus viam justorum, et via impiorum peribit. Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt nova? Adstiterunt reges terrae, et principes convenerunt in unum adversus dominum et adversus Christum ejus dicentes: Disrumpamus vincula eorum et projiciamus a nobis jugum eorum! Qui habitat in coelis, irridebit eos, et dominus subsannabit eos; tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sionem montem sanctum ejus, praedicans praeceptum domini. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae; reges eos in virga ferrea, tamquam vasa figuli confringes eos. Et nunc reges intelligite, erudimini*

5. καινά] Omnes editores legi volunt κενά. Quum vero etiam octo versionis Alexandrinae (ed. Holm.) Codd. msti nostram exhibeant lectionem, prorsus non est mutanda.

τες οἱ κρίνοντες τὴν γῆν. Δουλεύσατε τῷ κυρίῳ ἐν φόβῳ καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ. Δράξασθε παιδείας, μή ποτε ὀργισθῇ κύριος, καὶ ἀπολεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας, ὅταν ἐκκαυθῇ ἐν τάχει ὁ θυμὸς αὐτοῦ. Μακάριοι πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ᾽ αὐτόν.

41. Καὶ πάλιν δι᾽ ἄλλης προφητείας μηνύον τὸ προφητικὸν πνεῦμα δι᾽ αὐτοῦ τοῦ Δαβίδ, ὅτι μετὰ τὸ σταυρωθῆναι βασιλεύσει ὁ Χριστός, οὕτως εἶπεν· [1] Αἴσατε τῷ κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ, καὶ ἀναγγείλατε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας [2] τὸ σωτήριον αὐτοῦ. Ὅτι μέγας κύριος 80
καὶ αἰνετὸς σφόδρα, φοβερὸς ὑπὲρ πάντας τοὺς θεούς· ὅτι πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν εἴδωλα δαιμονίων εἰσίν, ὁ δὲ θεὸς τοὺς οὐρανοὺς ἐποίησε. Δόξα καὶ αἶνος κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἰσχὺς καὶ καύχημα ἐν τόπῳ ἁγιάσματος αὐτοῦ. Δότε τῷ κυρίῳ τῷ πατρὶ τῶν αἰώνων δόξαν. Λάβετε χάριν καὶ εἰσέλθετε κατα πρόσωπον αὐτοῦ καὶ προσκυνήσατε ἐν αὐλαῖς ἁγίαις αὐτοῦ. Φοβηθήτω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ καὶ κατορθωθήτω καὶ B
μὴ σαλευθήτω. Εὐφρανθήτωσαν ἐν τοῖς ἔθνεσιν· ὁ κύριος ἐβασίλευσεν ἀπὸ τοῦ ξύλου.

42. [1] Ὅταν δὲ τὸ προφητικὸν πνεῦμα τὰ μέλλοντα γίνεσθαι ὡς ἤδη γενόμενα λέγῃ, ὡς καὶ ἐν τοῖς προειρημένοις δοξάσαι ἐστίν, ὅπως [2] ἀπολογίαν μὴ παράσχῃ τοῖς ἐντυγχάνουσιν, καὶ τοῦτο διασαφήσομεν. Τὰ πάντως ἐγνωσμένα γενησόμενα προλέγει, ὡς ἤδη γενόμενα. Ὅτι δὲ οὕτως δεῖ ἐκδέχεσθαι, ἐνατενίσατε τῷ νοῒ τοῖς C
λεγομένοις. Δαβὶδ [3] ἔτεσι χιλίοις καὶ πεντακοσίοις, πρὶν ἢ Χριστὸν ἄνθρωπον γενόμενον σταυρωθῆναι, τὰ προειρημένα ἔφη, καὶ οὐδεὶς τῶν πρὸ ἐκείνου γενομένων σταυρωθεὶς εὐφροσύνην παρέσχε τοῖς ἔθνεσιν, ἀλλ᾽ οὐδὲ τῶν μετ᾽ ἐκεῖνον. Ὁ καθ᾽ ἡμᾶς δὲ Ἰησοῦς

1. Αἴσατε...ξύλου] 1. Chron. XVI. 23. 25. — 31. coll. Psalm. XCVI. 1. 2. 4. — 10..

2. τὸ σωτήριον αὐτοῦ] Post haec verba Thirlbius nonnulla a librariis omissa opinatur. Idem V. D. et Gallandius paulo infra pro τῷ πατρὶ τῶν αἰώνων volunt αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν reponi, quum praesertim sic habeat Dial. c. Tr. c. 73. p. 299. A. Ast non semper sibi constat Justinus in locis ex Scriptura citandis.

1. Ὅταν...λέγῃ] Non necesse est cum Sylburgio Ὅτι...λέγει legere.

2. ἀπολογίαν] Gelenius et Langus legisse videntur ἀπορίαν, Wolfius conjectat ἀντιλογίαν, quod post Sylburgium et Grabius et Thalemannus probarunt, Thirlbius ἀλογίαν. Sed, ut Marani utar verbis, non vi-

omnes qui judicatis terram! Servite domino in timore et exultate ei cum tremore! Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus, et pereatis de via justa, quum exarserit in brevi ira ejus! Beati omnes qui confidunt in eo!

41. Ac rursus in alia prophetia per eumdem Davidem Spiritus propheticus, ostendens Christum post crucis supplicium regnaturum esse, sic fatur: *Cantate domino omnis terra, et annuntiate de die in diem auxilium ejus! Nam magnus dominus et laudabilis nimis, terribilis super omnes deos; nam omnes dii gentium simulacra daemoniorum sunt, Deus autem coelos fecit. Gloria et laus in conspectu ejus, et fortitudo et gloriatio in loco sanctificationis ejus. Date domino patri saeculorum gloriam! Accipite gratiam et ingredimini in conspectum ejus et adorate in atriis sanctis ejus! Metuat a facie ejus omnis terra et prosperetur recte agendo et non commoveatur. Laetentur in gentibus: dominus regnavit a ligno.*

42. Quandonam autem futura propheticus Spiritus uti jam facta pronuntiet, quemadmodum vel in iis, quae attulimus, animadvertere est, id quoque, ne quam legentibus excusationem praebeat, explanabimus. Quae omnino cognita sunt futura, ea ut jam facta praedicit. Cur autem ita res accipienda sit, animum ad ea, quae dicentur, advertite. Davides annis mille et quingentis, antequam Christus homo factus crucifigeretur, supradicta pronuntiavit, nec quisquam ante eum crucifixus laetitiam gentibus attulit, sed neque etiam post eum. Noster autem Jesus Christus crucifixus et mortuus resurrexit

dentur eruditi viri ingenium S. Justini et illius consuetudinem disputandi satis perspexisse. Nam quum impositum sibi esse duceret, quam plurimos ad veritatis cognitionem adducere, operam dabat exemplo Pauli, ut mundus esset a sanguine omnium, nec dubitabat quin, si quid subtraheret utilium rerum, relicta audientibus excusatio in suum ipsius caput resiliret. Vid. infra c. 55. et 61. et Dialog. c. 38. 44. 58. et 82..

3. ἔτεσι χιλίοις κ. πεντακοσίοις] Mira chronologia. Grabius putavit scriptum fuisse αρ. (= 1100), quod mutatum esset in αφ., ut error librariorum esset, non Justini. Vid. c. 31. not. 3. et 6..

Χριστός, σταυρωθεὶς καὶ ἀποθανὼν ἀνέστη καὶ ἐβασίλευσεν ἀνελθὼν εἰς οὐρανόν, καὶ ἐπὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ διὰ τῶν ἀποστόλων ἐν τοῖς πᾶσιν ἔθνεσι κηρυχθεῖσιν εὐφροσύνη ἐστὶ προσδοκώντων τὴν D
κατηγγελμένην ὑπ' αὐτοῦ ἀφθαρσίαν.

43. Ὅπως δὲ μή τινες ἐκ τῶν προλελεγμένων ὑφ' [1] ἡμῶν δοξάσωσι, καθ' εἱμαρμένης ἀνάγκην φάσκειν ἡμᾶς τὰ γινόμενα γίνεσθαι ἐκ τοῦ προειπεῖν προεγνωσμένα, καὶ τοῦτο [2] διαλύομεν. Τὰς τιμωρίας καὶ τὰς κολάσεις καὶ τὰς ἀγαθὰς ἀμοιβὰς κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων [3] ἑκάστου ἀποδίδοσθαι διὰ τῶν προφητῶν μαθόντες, καὶ ἀληθὲς ἀποφαινόμεθα. Ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτό ἐστιν, ἀλλὰ καθ' εἱμαρμένην πάντα γίνεται, οὔτε τὸ ἐφ' ἡμῖν ἐστὶν ὅλως. Εἰ γὰρ εἵμαρ- E
ται τόνδε τινὰ ἀγαθὸν εἶναι καὶ τόνδε φαῦλον, οὔθ' οὗτος [4] ἀποδεκτὸς οὔδ' ἐκεῖνος μεμπτέος. Καὶ αὖ, εἰ μὴ προαιρέσει ἐλευθέρᾳ πρὸς τὸ φεύγειν τὰ αἰσχρὰ καὶ αἱρεῖσθαι τὰ καλὰ δύναμιν ἔχει τὸ ἀνθρώπειον γένος, ἀναίτιόν ἐστι τῶν ὁπωσδήποτε πραττομένων. Ἀλλ' ὅτι ἐλευθέρᾳ προαιρέσει καὶ κατορθοῖ καὶ σφάλλεται, οὕτως ἀποδείκνυμεν. Τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον τῶν ἐναντίων τὴν μετέλευσιν ποιούμενον ὁρῶμεν. Εἰ δὲ εἵμαρτο ἢ φαῦλον ἢ σπουδαῖον εἶναι, οὐκ ἄν ποτε τῶν ἐναντίων δεκτικὸς ἦν καὶ πλειστάκις μετετίθετο· ἀλλ' οὐδ' οἱ μὲν ἦσαν σπουδαῖοι, οἱ δὲ φαῦλοι, 81
ἐπεὶ τὴν εἱμαρμένην αἰτίαν φαύλων καὶ ἐναντία ἑαυτῇ πράττουσαν [5] ἀποφαινόμεθα, ἢ ἐκεῖνο [6] τὸ προειρημένον δόξαι ἀληθὲς εἶναι, ὅτι οὐδέν ἐστιν ἀρετὴ οὐδὲ κακία, ἀλλὰ δόξῃ μόνον ἢ ἀγαθὰ ἢ κακὰ νομίζεται, ἥπερ, ὡς δείκνυσιν ὁ ἀληθὴς λόγος, μεγίστη ἀσέβεια καὶ ἀδικία ἐστίν. [7] Ἀλλ' εἱμαρμένην φαμὲν ἀπαράβατον ταύτην εἶναι, τοῖς τὰ καλὰ ἐκλεγομένοις τὰ ἄξια ἐπιτίμια, καὶ [8] τοῖς ὁμοίως τὰ ἐναντία τὰ ἄξια ἐπίχειρα. Οὐ γὰρ ὥσπερ τὰ ἄλλα, B
οἷον δένδρα καὶ τετράποδα, μηδὲν δυνάμενα προαιρέσει πράττειν,

1. ἡμῶν] Stephan. vitiose ὑμῶν.

2. διαλύομεν] Inutilis conjectura Sylburgiana διαλύωμεν. Melius διαλύσομεν.

3. ἑκάστου] Thirlb. ἑκάστῳ et mox Εἰ δὲ (pro γὰρ) εἵμαρτ. conjicit praeter necessitatem.

4. ἀποδεκτὸς] Ἀποδεκτέος ut μεμπτέος, vel μεμπτὸς ut ἀποδεκτὸς fuisse scribendum videri possit. *H. Stephan.* (in edit. epist. ad Diogn. p. 67.).

5. ἀποφαινόμεθα] Sylburg., Grab., Thirlb. et Thalemann. mallent ἀποφαινοίμεθα ob δόξαι quod sequitur.

et regnavit in coelum reversus, atque ex iis, quae ejus nomine per apostolos in omnibus gentibus promulgata sunt, laetitia est eorum, qui annuntiatam ab eo vitam incorruptam exspectant.

43. Ne quis autem ex iis, quae exposuimus, id a nobis dici colligat, fati necessitate fieri quae fiant, ex eo quod praecognita jam dixerimus, id quoque dissolvimus. Edocti a prophetis poenas et supplicia et bonas remunerationes pro meritis cujusque actionum irrogari, verum id esse confirmamus. Nam si res ita se non habet, ac fati necessitate omnia fiunt, nullus jam libero arbitrio locus. Si enim fato decretum est, alium esse bonum et alium malum: neque ille laudandus neque hic vituperandus. Ac rursus nisi humanum genus facultatem habet libera animi inductione et fugiendi turpia et honesta sectandi, extra noxiam est, quidquid egerit. Sed libera animi inductione hominem vel bene agere vel male, sic demonstramus: Hominem eumdem in contraria transcurrere videmus. Quodsi fato decretum esset, eum vel bonum esse vel malum, non sane contrariorum capax esset nec tam saepe mutaretur; sed ne alii quidem boni essent, alii mali: vel enim fatum malorum causam esse ac contraria sibi ipsi facere statueremus, vel verum nobis videretur id, de quo jam diximus, nihil esse virtutem aut vitium, sed opinione tantum bona aut mala dijudicari, quae profecto, ut vera ratio demonstrat, maxima impietas et injustitia est. Sed fatum ineluctabile illud esse dicimus, iis, qui bona eligunt, merita praemia, iis vero, qui contraria, debitam mercedem. Neque enim ut cetera, puta arbores et quadrupedes, quae nihil judicio et voluntate facere

6. *τὸ προειρημένον*] Vid. c. 28. p. 71. C.

7. *Ἀλλ' εἱμαρμένην* etc.] Marano observante similiter Clemens Alex. de bonorum et malorum praemiis Strom. VII. c. 4. §. 20. (Opp. ed. Klotz. Tom. III.) p. 220.: *Αὕτη που ἡ ἀδράστεια καθ' ἣν οὐκ ἔστι διαδράναι τὸν θεόν.* Sic etiam Hierocles in libro de Providentia et Fato apud Photium Cod. 214. statuebat *τὴν μὲν τοίγε τῇ προνοίᾳ συνεπομένην δίκην εἱμαρμένην καλεῖσθαι.*

8. *τοῖς ὁμοίως τὰ ἐναντία*] Sylburg. mallet *καὶ ὁμοίως τοῖς τὰ ἐναντία.*

ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον· οὐδὲ γὰρ ἦν ἄξιος ἀμοιβῆς ἢ ἐπαίνου, οὐκ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ ἑλόμενος τὸ ἀγαθόν, ἀλλὰ τοῦτο γενόμενος, οὐδ᾽ εἰ κακὸς ὑπῆρχε, δικαίως κολάσεως ἐτύγχανεν, οὐκ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ τοιοῦτος ὤν, ἀλλ᾽ [9] οὐδὲν δυνάμενος εἶναι ἕτερον παρ᾽ ὃ ἐγεγόνει.

44. Ἐδίδαξε δὲ ἡμᾶς ταῦτα τὸ ἅγιον προφητικὸν πνεῦμα, διὰ Μωσέως φῆσαν τῷ πρώτῳ πλασθέντι ἀνθρώπῳ εἰρῆσθαι ὑπὸ τοῦ C
θεοῦ οὕτως· [1] Ἰδοὺ πρὸ προσώπου σου τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν, ἔκλεξαι τὸ ἀγαθόν. Καὶ πάλιν διὰ Ἡσαΐου, τοῦ ἑτέρου προφήτου, ὡς ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων καὶ δεσπότου θεοῦ εἰς τοῦτο λεχθῆναι οὕτως· [2] Λούσασθε, καθαροὶ γένεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν, κρίνατε ὀρφανῷ καὶ δικαιώσατε χήραν, καὶ δεῦτε καὶ διαλεχθῶμεν, λέγει κύριος.
Καὶ ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡσεὶ ἔριον λευκανῶ, D
καὶ ἐὰν ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡς χιόνα λευκανῶ. Καὶ ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε, ἐὰν δὲ μὴ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται· τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. Τὸ δὲ προειρημένον· Μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται, οὐ λέγει διὰ μαχαιρῶν φονευθήσεσθαι τοὺς παρακούσαντας, ἀλλ᾽ ἡ μάχαιρα τοῦ θεοῦ ἐστὶ τὸ πῦρ, οὗ βορὰ [3] γίνονται οἱ τὰ
φαῦλα πράττειν αἱρούμενοι. Διὰ τοῦτο λέγει· Μάχαιρα ὑμᾶς E
κατέδεται· τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐλάλησεν. Εἰ δὲ καὶ περὶ τεμνούσης καὶ αὐτίκα ἀπαλλασσούσης μαχαίρας ἔλεγεν, οὐκ ἂν εἶπε· κατέδεται. Ὥστε καὶ Πλάτων εἰπών· [4] Αἰτία ἑλομένου, θεὸς δ᾽ ἀναίτιος, παρὰ Μωσέως τοῦ προφήτου λαβὼν εἶπε. Πρεσβύτερος γὰρ Μωσῆς καὶ πάντων τῶν ἐν Ἕλλησι συγγραφέων. Καὶ πάντα
ὅσα περὶ ἀθανασίας ψυχῆς ἢ τιμωριῶν τῶν μετὰ θάνατον ἢ 82
θεωρίας οὐρανίων ἢ τῶν ὁμοίων δογμάτων καὶ φιλόσοφοι καὶ ποιηταὶ ἔφασαν, παρὰ τῶν προφητῶν τὰς ἀφορμὰς λαβόντες καὶ νοῆσαι δεδύνηνται καὶ ἐξηγήσαντο. Ὅθεν παρὰ πᾶσι σπέρματα ἀλη-

9. οὐδὲν ... ἐγεγόνει] Thirlb. affert Irenaei locum adv. haeres. IV. c. 37. §. 6. p. 282. sq. ed. Massuet.: Qui nihil aliud esse possunt, praeterquam quod facti sunt. Coll. ibid. §. 2. p. 281..

1. Ἰδοὺ ... ἀγαθόν] Deuteron. XXX. 15. 19..

2. Λούσασθε ... ἐλάλ. ταῦτα] Jesai. I. 16.—20..

3. γίνονται] Thirlb. mavult γε-

possunt, ita Deus hominem fecit. Non enim remuneratione aut laude dignus foret, si ex se ipso bonum non eligeret, verum ita natus esset; nec merito, si malus esset, puniretur, quippe qui non ex se ipso talis esset, sed nihil aliud, praeterquam ad quod natus fuisset, esse posset.

44. Haec edocti sumus a sancto Spiritu prophetico, qui per Mosem testatur ei, qui primus creatus est, homini haec Deum verba dixisse: *Ecce in conspectu tuo bonum et malum, elige bonum!* Et rursus per Jesaiam, alium prophetam, haec tamquam ex persona parentis universorum et domini Dei in eamdem sententiam dicta esse: *Lavamini, mundi estote, auferte mala ex animis vestris, discite facere bonum, judicate pupillo et justificate viduam, et venite et disceptemus, dicit dominus. Et si fuerint peccata vestra ut phoeniceum, tamquam lanam dealbabo, et si fuerint ut coccinum, tamquam nivem dealbabo. Et si volueritis et audieritis me, bona terrae comedetis, sin vero non audieritis me, gladius depascet vos; os enim domini locutum est haec.* Quod autem dictum est: *Gladius depascet vos*, non hanc sententiam habet, ut gladio necandi sint qui non paruerint, sed gladius Dei ignis est, cujus esca fiunt qui mala patrare in animum inducunt. Hinc ait: *Gladius depascet vos; os enim domini locutum est.* Quodsi de secante et confestim dimittente gladio loqueretur, non diceret: *depascet.* Quapropter quod ait Plato: *Culpa eligentis, Deus extra culpam*, a Mose propheta mutuatus dixit. Antiquior enim Moses omnibus etiam Graecorum scriptoribus. Atque omnia quaecumque de immortalitate animae vel poenis post mortem vel coelestium rerum contemplatione vel similibus sententiis tum philosophi tum poetae dixerunt, sumto ex prophetis argumento et intelligere res illas potuerunt et exposuerunt. Hinc omnibus videntur inesse veri-

νήσονται. Lectio vulgaris haud spernenda.

4. *Αἰτία . . . ἀναίτιος*] Cf. Plat. de republ. p. 617. E. ed. Steph. (Opp. ed. Bip. Vol. VII. p. 330.); repetit Clemens Alex. Strom. V. c. 14. §. 137. (Opp. ed. Klotz. Tom. III.) p. 92. . Uterque omittit δ'.

θείας δοκεῖ εἶναι· ἐλέγχονται δὲ μὴ ἀκριβῶς νοήσαντες, ὅταν ἐναν-
τία αὐτοὶ ἑαυτοῖς λέγωσιν. [5] Ὥστε ὅ φαμεν πεπροφητεῦσθαι τὰ
μέλλοντα γίνεσθαι, οὐ διὰ τὸ εἱμαρμένης ἀνάγκῃ πράττεσθαι λέγο-
μεν, ἀλλὰ προγνώστου τοῦ θεοῦ ὄντος τῶν μελλόντων ὑπὸ πάν- B
των ἀνθρώπων πραχθήσεσθαι, καὶ δόγματος ὄντος [6] παρ' αὐτῶν
κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων ἕκαστον ἀμείψεσθαι μέλλοντα τῶν ἀνθρώ-
πων, καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ κατ' ἀξίαν τῶν πραττομένων [7] ἀπαντήσε-
σθαι, διὰ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος προλέγει, εἰς ἐπίτασιν καὶ
ἀνάμνησιν ἀεὶ ἄγων τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, δεικνὺς ὅτι καὶ
μέλον ἐστὶν αὐτῷ καὶ προνοεῖται αὐτῶν. Κατ' ἐνέργειαν δὲ τῶν
φαύλων δαιμόνων [8] θάνατος ὡρίσθη κατὰ τῶν τὰς Ὑστάσπου ἢ C
Σιβύλλης ἢ τῶν προφητῶν βίβλους ἀναγινωσκόντων, ὅπως διὰ
τοῦ φόβου ἀποστρέψωσιν ἐντυγχάνοντας τοὺς ἀνθρώπους τῶν κα-
λῶν γνῶσιν λαβεῖν, αὐτοῖς δὲ δουλεύοντας κατέχωσιν· ὅπερ εἰς
τέλος οὐκ ἴσχυσαν πρᾶξαι. Ἀφόβως μὲν γὰρ οὐ μόνον ἐντυγχά-
νομεν αὐταῖς, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν, ὡς ὁρᾶτε, εἰς ἐπίσκεψιν φέρομεν,
ἐπιστάμενοι πᾶσιν εὐάρεστα φανήσεσθαι. Κἂν ὀλίγους δὲ πείσω-

5. *Ὥστε ... λέγομεν*] Non est, quod cum Davisio corrigamus *Ὡς ὅτε φαμὲν ... οὐ διὰ τοῦτο εἱμαρμ.* etc..

6. *παρ' αὐτῶν*] His verbis vitium videtur inesse. Thalemann. legi vult *παρ' αὐτοῖς*. Ceteri pronomen melius referunt ad Deum; Perion. enim commendat *παρ' αὐτοῦ*, Davis. *παρ' αὐτῷ*, Maran. *παρ' αὐτῷ . . . μέλλοντι* vel — id quod veri similius est — *παρ' αὐτόν*, atque ita cum V. D. latine reddidi, licet textui graeco inserere nondum sim ausus. Ut, inquit Maranus, intelligatur S. Martyris sententia, in memoriam revocandum est, quod paulo ante dicebat (c. 43.) fatum ineluctabile in eo positum esse, ut bonis et malis praemia rependantur, non vero ut hic bonus sit, iste malus. Sic igitur hoc loco judicium, quod de singulis hominibus instituendum est, distinguitur ab ea lege et veluti ineluctabili, ut ipse appellat, fato, quo bonis et malis aequa merces solvenda. Atque huc redit tota sententia: Statutum apud Deum, ut quum singuli homines ab eo judicandi sint, justa virtuti et vitio remuneratio tribuatur.

7. *ἀπαντήσεσθαι*] Male Perion. *ἀπαιτήσεσθαι.*

8. *θάνατος ὡρίσθη* etc] Maranus (Praefat. P. III. p. LXXXV.) haecce observat: Poena illa capitalis ethnicos deterrebat a legendis Hystaspis, Sibyllae et prophetarum libris, at Christianos tam parum movebat, ut se his legendis libris deditos esse prae se ferrent ac pro-

tatis semina; sed minus accurate ab illis cognitam fuisse ex eo liquet, quod contraria sibimetipsis dicant. Quod ergo res futuras dicimus praedictas fuisse, non eo dicimus, quod fati necessitate fiant, sed quum Deus futuras omnium hominum actiones praevideat, quumque apud eum, singulos homines pro meritis actionum remuneraturum, statutum sit ut a se etiam digna actionibus praemia rependantur, per Spiritum propheticum praedicit, semper ad animi attentionem ac recordationem vocans hominum genus seque eorum curam gerere ac illis providere demonstrans. Malorum autem daemonum operatione sancita mors est in eos, qui legunt Hystaspis aut Sibyllae aut Prophetarum libros, tum ut metu homines deterreant, quominus his legendis bonarum rerum cognitionem assequantur, tum ut eos sibi servos retineant: quod quidem in perpetuum efficere non potuerunt. Impavide enim non solum illos legimus, sed vobis etiam, ut videtis, inspiciendos offerimus, quum futurum sciamus, ut grati omnibus videantur. Atque etiamsi

ferendis prophetarum oraculis nemini in offensionem venturos confiderent. Quaenam ergo illa lex, tam ethnicis metuenda, Christianos vero nihil laedens? Non alia profecto videtur assignari posse praeter eam, quae futurorum curiosam inquisitionem prohibebat; erat enim hoc crimen longe maximum illis temporibus, ac novis rebus studere et nefaria consilia intendere videbatur, si quis de salute imperatoris responsa peteret. Cf. Tertull. Apolog. c. 35.. Erat ergo capite sancitum, ne quis de rebus Caesari aut reipublicae eventuris inquireret ac libros evolveret, in quibus futura praedicuntur. Hanc legem Justinus daemonum astu et molitione fixam fuisse existimat, nimirum ut homines a legendis prophetis deterrentur: sua illum experientia docere potuit, multos hoc metu detentos fuisse, quominus prophetarum scripta tangere auderent. At Christianorum alia exstitit causa. Notum erat eos detestari quidquid ad auguria et haruspicinam pertinet, ac grande piaculum arbitrari daemones consulere; nec prophetas proferebant in iis, quae ad reipublicae administrationem pertinent, sed in iis quae ad salutem aeternam, neque ut futura curiose cognoscerent, sed potius ut ea, quae Jesu Christo et Christianis evenerant, multis ante saeculis praevisa et praedicta demonstrarent. Ab hominibus sic animo affectis nihil Caesaribus metuendum erat: impune poterant Sibyllae et Histaspis et prophetarum libros evolvere.

μεν, τὰ μέγιστα κερδήσαντες ἐσόμεθα· ὡς γεωργοὶ γὰρ ἀγαθοὶ
παρὰ τοῦ δεσπόζοντος τὴν ἀμοιβὴν ἕξομεν. D

45. Ὅτι δὲ [1] ἀγαγεῖν τὸν Χριστὸν εἰς τὸν οὐρανὸν ὁ πατὴρ
τῶν πάντων θεὸς μετὰ τὸ ἀναστῆσαι ἐκ νεκρῶν αὐτὸν ἔμελλε, [2] καὶ
κατέχειν ἕως ἂν πατάξῃ τοὺς ἐχθραίνοντας αὐτῷ δαίμονας, καὶ
συντελεσθῇ ὁ ἀριθμὸς τῶν προεγνωσμένων αὐτῷ ἀγαθῶν γινομέ-
νων καὶ ἐναρέτων, δι' οὓς καὶ μηδέπω τὴν [3] ἐπικύρωσιν πεποίηται,
ἐπακούσατε τῶν εἰρημένων διὰ Δαβὶδ τοῦ προφήτου. Ἔστι δὲ E
ταῦτα· [4] Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου,
ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Ῥάβ-
δον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι κύριος ἐξ Ἱερουσαλήμ· καὶ κατα-
κυρίευε ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου. Μετά σου ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ
τῆς δυνάμεώς σου ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου· ἐκ γαστρὸς
πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. Τὸ οὖν εἰρημένον· Ῥάβδον δυνάμεως
ἐξαποστελεῖ σοι ἐξ Ἱερουσαλήμ, προαγγελτικὸν τοῦ λόγου τοῦ ἰσχυ- 83
ροῦ, ὃν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ οἱ ἀπόστολοι αὐτοῦ ἐξελθόντες πανταχοῦ
ἐκήρυξαν, [5] καὶ καίπερ θανάτου ὁρισθέντος κατὰ τῶν διδασκόν-
των ἢ ὅλως ὁμολογούντων τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ ἡμεῖς πανταχοῦ
καὶ ἀσπαζόμεθα καὶ διδάσκομεν. Εἰ δὲ καὶ ὑμεῖς ὡς ἐχθροὶ ἐν-
τεύξεσθε τοῖσδε τοῖς λόγοις, οὐ πλέον τι δύνασθε, [6] ὡς προέφη-
μεν, τοῦ φονεύειν· ὅπερ ἡμῖν μὲν οὐδεμίαν βλάβην φέρει, ὑμῖν B
δὲ καὶ πᾶσι τοῖς [7] ἀδίκως ἐχθραίνουσι καὶ μὴ μετατιθεμένοις κό-
λασιν διὰ πυρὸς αἰωνίαν ἐργάζεται.

46. Ἵνα δὲ μή τινες ἀλογισταίνοντες [1] εἰς ἀποτροπὴν τῶν δεδιδαγμένων ὑφ' ἡμῶν εἴπωσι, [2] πρὸ ἐτῶν ἑκατὸν πεντήκοντα γε-

1. ἀγαγεῖν] Ita codices, sed fortasse cum Thirlbio (in Addend.) et Braunio ἀνάγειν legendum. Cf. Dial. c. Tr. c. 32. p. 249. E.

2. καὶ κατέχειν] Non est Thirlbii conjectatione opus κἀκεῖ κατέχειν.

3. ἐπικύρωσιν] Bill. (Observv. sacr. II. c. 6.) conjecit ἐκπύρωσιν (c. 20. p. 66. D., c. 57. p. 91. C. Apol. II. c. 7. p. 45. C.) cum eoque facere videntur Thirlbius et Maranus. Sed jam Grabius hanc conjecturam, per se haud aspernendam, citra ms. Cod. auctoritatem sequi veritus est. Lectio recepta nihil sane offensionis praebet; est enim ἐπικ. *decreti* c o n f i r m a t i o, *consummatio*, *perfectio*, de reditu Christi ad judicium, uti Braunio referente ait Thalemannus.

4. Εἶπεν . . . ἐγέν. σε] Psalm. CX. 1.—3.

5. καὶ καίπερ] Monuit Thirl-

paucis persuadeamus, maxima tamen lucra faciemus; nam ut boni agricolae mercedem a domino percipiemus.

45. Quod autem parens universorum Deus Christum in coelum evecturus erat, quum eum ex mortuis excitasset, ibique retenturus donec percutiat inimicos ei daemones, ac numerus praecognitorum ab eo bonorum et virtute praeditorum expleatur, propter quos etiam decreti confirmationem nondum fecit, audite prophetae Davidis verba, quae sunt ejusmodi: *Dixit dominus domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Virgam potentiae emittet tibi dominus Hierosolymis; et dominare in mediis inimicis tuis! Tecum principatus die potentiae tuae in splendoribus sanctorum tuorum; ex utero ante luciferum genui te.* Quod igitur dictum est: *Virgam potentiae emittet tibi Hierosolymis,* praesignificatio erat potentis illius doctrinae, quam ejus apostoli Hierosolymis profecti ubique praedicaverunt, et nos, etsi mors constituta sit docentibus aut omnino confitentibus nomen Christi, ubique et amplectimur et docemus. Quodsi vos quoque haec animo inimico legetis, nihil amplius, ut jam diximus, potestis quam occidere; quod sane nullum nobis damnum affert, vobis autem ac omnibus injusto odio indulgentibus nec poenitentiam agentibus aeternum per ignem supplicium efficit.

46. Ne qui autem a ratione aberrantes ad ea quae docuimus detorquenda Christum dicant ante annos centum et quin-

bius referente Marano et approbante Thalemanno addendum *καὶ* (in codicibus omissum) ante verba *καίπερ θανάτου*. Saepe ita peccatum est a librariis, ut propter similitudinem particula sit omissa. *Braunius.*

6. *ὡς προέφημεν*] Vid. c. 2. p. 54. A. et c. 12. p. 59. E.

7. *ἀδίκως ἐχθραίν.*] H. Stephan. (in edit. epist. ad Diogn. p. 66.) frustra censet *ἡμῖν* inter utramque vocem reponendam esse.

1. *εἰς ἀποτροπὴν*] Thirlb. legit *εἰς ἀνατροπήν*, sed prorsus mendose. His enim Marano admonente occurrit Justinus, quae ad detorquenda illius dicta magis quam ad refellenda spectabant.

2. *πρὸ ἐτῶν ἑκατὸν πεντήκοντα*] Numerus rotundus. Similiter alii Patres, ut Tertullianus ad nation. I. c. 7. (Opp. ed. Leopold. P. I.) p. 136.: *Igitur aetati nostrae*

γεννῆσθαι τὸν Χριστὸν λέγειν ἡμᾶς ἐπὶ Κυρηνίου, [3] δεδιδαχέναι δὲ ἅ φαμεν διδάξαι αὐτὸν ὕστερον χρόνοις ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ [4] ἐπικαλῶσιν, ὡς ἀνευθύνων ὄντων τῶν προγεγενημένων πάντων ἀνθρώπων, φθάσαντες τὴν ἀπορίαν λυσώμεθα. Τὸν Χρι- C
στὸν πρωτότοκον τοῦ θεοῦ εἶναι ἐδιδάχθημεν καὶ [5] προεμηνύσαμεν λόγον ὄντα, οὗ πᾶν γένος ἀνθρώπων μετέσχε. Καὶ οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες Χριστιανοί εἰσι, κἂν ἄθεοι ἐνομίσθησαν, οἷον ἐν Ἕλλησι μὲν Σωκράτης καὶ Ἡράκλειτος καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτοῖς, ἐν βαρβάροις δὲ Ἀβραὰμ καὶ Ἀνανίας καὶ Ἀζαρίας καὶ Μισαὴλ καὶ Ἠλίας καὶ ἄλλοι πολλοί, ὧν τὰς πράξεις ἢ τὰ ὀνόματα καταλέγειν μακρὸν εἶναι ἐπιστάμενοι τανῦν παραιτούμεθα. Ὥστε καὶ οἱ προγε- D
νόμενοι ἄνευ λόγου βιώσαντες ἄχρηστοι καὶ ἐχθροὶ τῷ Χριστῷ ἦσαν καὶ φονεῖς τῶν μετὰ λόγου βιούντων· οἱ δὲ μετὰ λόγου βιώσαντες καὶ βιοῦντες [6] Χριστιανοὶ καὶ ἄφοβοι καὶ ἀτάραχοι ὑπάρχουσι. Δι' ἣν δ' αἰτίαν [7] διὰ δυνάμεως τοῦ λόγου κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς πάντων καὶ δεσπότου θεοῦ βουλήν, διὰ παρθένου ἄνθρωπος ἀπεκυήθη καὶ Ἰησοῦς ἐπωνομάσθη, καὶ σταυρωθεὶς ἀποθανὼν ἀνέστη καὶ ἀνελήλυθεν εἰς οὐρανόν, ἐκ τῶν διὰ τοσούτων E
εἰρημένων ὁ νουνεχὴς καταλαβεῖν δυνήσεται. Ἡμεῖς δέ, οὐκ ἀναγκαίου ὄντος τανῦν τοῦ περὶ τῆς ἀποδείξεως τούτου λόγου, ἐπὶ τὰς ἐπειγούσας ἀποδείξεις πρὸς τὸ παρὸν [8] χωρήσωμεν.

47. Ὅτι οὖν καὶ ἐκπορθηθήσεσθαι ἡ γῆ Ἰουδαίων ἔμελλεν, 84
ἀκούσατε τῶν εἰρημένων ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος. Εἴρηνται δὲ οἱ λόγοι ὡς ἀπὸ προσώπου λαῶν θαυμαζόντων τὰ γεγενημένα. Εἰσὶ δὲ οἵδε· [1] Ἐγενήθη ἔρημος Σιών, ὡς ἔρημος ἐγενήθη Ἱερουσαλήμ, εἰς κατάραν ὁ οἶκος τὸ ἅγιον ἡμῶν, καὶ ἡ δόξα ἣν εὐλόγησαν οἱ πατέρες ἡμῶν ἐγενήθη πυρίκαυστος, καὶ πάντα τὰ ἔνδοξα αὐτῆς συνέπεσε. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἀνέσχου καὶ ἐσιώπησας

nondum anni CCL. Sed paulo post l. l. c. 9. p. 140.: *Ut supra,* inquit, *edidimus, aetatis nostrae nondum anni CCC.*

3. δεδιδαχέναι . . . Πιλάτου] Pearsono deesse videtur numerus annorum. *Χρόνοις* glossema esse putat Thirlbius. Eidem autem (in Addend.) placet ἐπὶ χρόνοις. Lectionem vulgatam retinemus, quum ferri queat.

4. ἐπικαλῶσιν] Cod. Reg. ad marginem ἐπικλῶσιν (*infringant*). Nec opus est Langi conjectura ἐγκαλῶσιν (*objiciant*).

5. προεμηνύσαμεν . . . μετέσχε] Innuit hoc c. 5. p. 56. A. (ὑπὸ λόγου) et c. 28. p. 71. C. (λογικοί).

quaginta natum a nobis dici sub Quirinio, ac post illud tempus ea docuisse, quae ipsum docuisse dicimus, sub Pontio Pilato, indeque consequi objiciant, ut insontes sint homines omnes, qui ante illud tempus fuere: dubitationis solutionem occupemus. Christum primogenitum Dei esse ac Logon, cujus omne hominum genus particeps est, didicimus et supra declaravimus. Et qui cum Logo vixerunt, Christiani sunt, etiamsi athei existimati sint, quales apud Graecos fuere Socrates et Heraclitus iisque similes, apud barbaros autem Abrahamus, Ananias, Azarias, Misael, Elias ac multi alii, quorum actionibus aut nominibus recensendis, quia longum id esse scimus, nunc supersedemus. Similiter qui olim absque Logo vixere, improbi et Christo inimici fuere et eorum, qui cum Logo vivebant, interfectores; qui vero cum Logo vixerunt et vivunt, Christiani sunt atque impavidi et intrepidi. Quam autem ob causam per potentiam Logi secundum patris universorum et domini Dei voluntatem per virginem genitus sit et Jesus cognominatus, ac crucifixus et mortuus resurrexerit et in coelum redierit, facile ex his, quae tot verbis disseruimus, vir prudens intelligat. Nunc autem, quum minus necessaria sit hujus rei demonstratio, ad ea, quae magis urgent, demonstranda progrediamur.

47. Quod ergo illud etiam futurum erat, ut Judaeorum terra vastaretur, audite quid dicat propheticus Spiritus. Sunt autem verba velut ex persona populorum, id quod acciderat admirantium, ad hunc modum expressa: *Deserta facta est Sion, tamquam desolata facta sunt Hierosolyma; in maledictionem domus, sanctuarium nostrum; et gloria, cui benedixerunt patres nostri, est igne combusta, et omnia gloriosa ejus conciderunt. Et in his sustinuisti et tacuisti*

6. *Χριστιανοὶ*] Langus et Grabius volunt *Χρηστιανοί.* Male; vid. c. 4. not. 4.

7. *διὰ δυνάμ. τ. λόγου*] Vid. c. 33. p. 75. B.

8. *χωρήσωμεν*] Fortasse *χωρήσομεν* (c. 42. p. 80. B: *διασαφήσομεν*, c. 43. p. 80. D: *διαλύομεν*, c. 63. p. 93. D: *ἐξηγησόμεθα*), quod Thalemannum video in textum recepisse. Non mutamus lectionem difficiliorem; paulo ante *λυσώμεθα.*

1. *Ἐγενήθη . . . σφόδρα*] Jesai. LXIV. 10.—12.

καὶ ἐταπείνωσας ἡμᾶς σφόδρα. Καὶ ὅτι [2] ἠρήμωτο Ἱερουσαλήμ, ὡς B
7. ἀγνοεῖν δοκεῖτε etc.] Similia Marano notante apud Lactantium exstant Institt. div. II. c. 1.: At vero si qua necessitas gravis presserit, tunc Deum recordantur. Si belli terror infremuerit, si morborum pestifera vis incubuerit, si alimenta frugibus longa siccitas denegaverit, si saeva tempestas, si grando ingruerit: ad Deum confugiunt; a Deo petitur auxilium etc..

1. Μάρκου etc.] Admonet E i c h s t a d i u s in Exercitat. Antonin. II. l. c. p. 245. not. 4. apertum esse hanc epistolam ab ipso Justino ibi reponi non potuisse, qui diu ante, quam illa ederetur, martyrio periisset. Idem V. D. textum reddidit: Graecis apposuit Latina (l. c. p. 246. sqq.) „ea quidem, quae tamquam ex bibliothecae Vaticanae cimeliis protracta primus in lucem edidit Angelus Roccha (De bibliotheca Vaticana p. 288.), ut ipsa scilicet imperatoris manu, quam vocat, nos bearet, qui sane non alia lingua quam Romana ad senatum Roma-

admoneatis, vos qui animum despondetis, quum fiunt, si cum illorum rebus vestras comparetis; sunt enim illi fidentiores quam vos apud Deum. Ac vos quidem per illud tempus deos nescire videmini, et templa negligitis, nec Dei colendi rationem nostis. Unde et illis, qui eum colunt, invidetis et ad mortem usque insectamini. De ejusmodi hominibus et alii quidam provinciarum rectores divinissimo meo patri scripserunt; quibus ille rescripsit nihil negotii exhibendum esse talibus hominibus, nisi quid adversus imperium Romanum moliri deprehendantur. Quin et ad me multi de illis retulerunt, quibus ego respondi patris mei sententiam secutus. Si quis autem adversus aliquem illorum, ut talem, actionem instituat, delatus crimine absolvatur, etiamsi illum talem esse constet: delator vero poenas luet.

Marci imperatoris epistola ad Senatum, qua testatur Christianos victoriae causam fuisse.

Imperator Caesar M. Aurelius Antoninus, Germanicus, Parthicus, Sarmaticus, populo Romano et sacro Senatui salutem. Certiores vos feci de consilii mei magnitudine, quales ad confinia Germaniae ex discrimine, in quod ab hostibus circumdatus veneram, utilitates consecutus sim, quum me laborantem

num scribebat. Rocchae auctoritatem non tuentur ceteri, qui eamdem versionem repetiverunt. Nam Latina illa recentius esse, post Scaligeri adeo aetatem, conficta, ne ii quidem negare sunt ausi, qui epistolae ipsius vindicias egerunt. Concinnata sunt enim ad censuram Graecorum Scaligerianam (cf. Jos. Scaligeri Animadverss. in Chronolog. Euseb. p. 223.), ut pia scilicet fraude tollerentur dubitationes, quibus Criticus primarius epistolae αὐθεντίαν impugnaret" (l. c. p. 245. sq.).

2. τὰ τοῦ ἐμοῦ σκοποῦ μεγέθη] Voluit enim M. Antoninus, quemadmodum Jul. Capitolinus in Vita ejus c. 24. p. 384. narrat, Marcomanniam provinciam, voluit etiam Sarmatiam facere: et fecisset, nisi Avidius Cassius sub eodem in Oriente rebellasset. *Eichstadius.*

3. καμῶν καὶ παθῶν] Vulgo σπαθῶν. Sed illud Scaliger et Eichstad. recte receperunt. Sylburg. in vulgata lectione argutius quam verius nomina invenit populorum Κοάδων καὶ Σαρματῶν.

4. Καρνούντῳ] Ita emendo Thirlbium secutus. Eichstadius cum Scaligero legit Καρνούτῳ; illius correctionem etiam recepit Rocchae

ταλαμβανομένου μου [5] ὑπὸ δρακόντων ἑβδομήκοντα τεσσάρων ἀπὸ
μιλίων ἐννέα. Γενομένων δὲ αὐτῶν ἐγγὺς ἡμῶν [6] ἐξπλωράτωρες C
ἐμήνυσαν ἡμῖν καὶ Πομπηϊανὸς ὁ ἡμέτερος πολέμαρχος ἐδήλωσεν
ἡμῖν ἅτινα εἴδομεν (καταλαμβανόμενος δὲ ἤμην ἐν μεγέθει πλήθους
ἀμίκτου, καὶ στρατευμάτων λεγεῶνος πρίμας, δεκάτης, [7] γεμίνας,
φρεντησίας μίγμα κατηριθμημένον), πλήθη παρεῖναι [8] παμμίκτου
ὄχλου χιλιάδων ἐνναкοσίων ἑβδομήκοντα ἑπτά. Ἐξετάσας οὖν ἐμαυ-
τὸν καὶ τὸ πλῆθος τὸ ἐμὸν πρὸς τὸ μέγεθος τῶν βαρβάρων καὶ D
πολεμίων, κατέδραμον εἰς τὸ θεοῖς εὔχεσθαι [9] πατρῴοις. Ἀμελού-
μενος δὲ ὑπ' αὐτῶν καὶ τὴν στενοχωρίαν μου θεωρήσας τῆς δυνά-
μεως παρεκάλεσα τοὺς παρ' ἡμῖν λεγομένους Χριστιανούς· καὶ ἐπε-
ρωτήσας εὗρον πλῆθος καὶ μέγεθος αὐτῶν [10] καὶ ἐμβριμησάμενος
εἰς αὐτούς, ὅπερ οὐκ ἔπρεπε διὰ τὸ ὕστερον ἐπεγνωκέναι με τὴν
δύναμιν αὐτῶν. [11] Ὅθεν ἀρξάμενοι οὐ βελῶν παράρτησιν οὔτε E
ὅπλων οὔτε σαλπίγγων διὰ τὸ ἐχθρὸν εἶναι τὸ τοιοῦτο αὐτοῖς διὰ
τὸν θεόν, ὃν φοροῦσι κατὰ συνείδησιν. [12] Εἰκὸς οὖν ἐστίν, οὓς
ὑπολαμβάνομεν ἀθέους εἶναι, ὅτι θεὸν ἔχουσιν αὐτόματον ἐν τῇ

interpres (*Sane dum Carnuti essem*). Vulgo Κοτίνῳ.

5. ὑπὸ δρακόντων] Non possunt haec ex contextus ratione nisi ad hostiles copias referri: ideoque Scaliger pro δρακόντων reponi jussit θρούγκων, siquidem *dracones* signa Romano exercitui propria, *drungi* autem vocatae fuerint barbarorum cohortes, quod vocabulum Diocletiani demum saeculo in Latinam linguam irrepserit. Sed ne sic quidem his congruunt sequentia, ubi barbarorum ὄχλος memoratur χιλιάδων ἐνναкοσίων ἑβδομήκοντα ἑπτά. Nec dracones prorsus ignoraverunt barbarae gentes. Cfr. Lipsius de milit. Rom. L. IV. in Opp. T. III. p. 194. — Aut oscitanter scripsit, nihil attendens ad sequentia, quisquis has literas Marco supposuit, aut interpolatoris culpa factum est, ut hoc additamentum contextum turbaret. *Eichstadius.*

6. ἐξπλωράτωρες] Haec vox Scaligero adnotante sub imperio Graecorum Constantinopolitano demum usurpata est.

7. γεμίνας, φρεντησίας] Vulgo γεμιναφρεντησίᾳ. Legionum nomina Salmasius ad Jul. Capitol. p. 383. restituit, bene monens, Graecos ita consuesse haec nomina enuntiare: *fretense*, φρεντήσιον (non φρετήνσιον, quod Scaliger voluerat), *castrense*, κανστρήσιον etc. . De legione XIV. *gemina* cfr. Reimar. ad Dion. Cass. LV. c. 23. p. 796. . Ceterum ab his Criticorum correctionibus rursus profecit Rocchae interpres (*geminam et fretensem*). — Post μίγμα excidisse videtur ἦν. Scaliger malebat ἀκατηριθμημένῳ πλήθει, quo non fit facilior junctura reliquorum. *Eichstadius.*

et defessum Carnunti nono miliario cinxissent septuaginta quatuor dracones. Qui quum non longe abessent, exploratores nuntiaverunt nobis et Pompejanus militiae nostrae magister significavit id quod sciebamus (eram enim comprehensus ab immensa et ordinata multitudine, mecum habens legionis primae, decimae, geminae, fretensis numerabile et permixtum agmen), exercitum ex omni genere immensum adesse hominum nongentorum septuaginta septem millium. Quum me igitur et meorum numerum cum multitudine barbarorum et hostium compararem, eo decurri ut deos patrios precarer. Sed ab iis neglectus et vires meas in angustum redigi cernens evocavi eos qui Christiani apud nos dicuntur, iisque interrogatis multitudinem illorum magnumque numerum cognovi et in eos infremui, quod quidem non oportebat propterea, quod eorum potestatem postea perspexi. Illi enim exorsi sunt non praeparatione telorum aut armorum aut tubarum, quia id invisum illis est propter Deum, quem in conscientia sua gestant. Verisimile ergo est, quos atheos esse suspicamur, eos in conscientia sua Deum habere

8. παμμίκτον] Maran. mallet ἀμίκτον, ut antea.

9. πατρῴοις] Uterque Cod. mstus πατρίοις ad marginem.

10. καὶ ἐμβριμησάμενος] Fremuit autem desperatis rebus omnibus imperator et Christianos increpuit, quasi isti essent causa praesentium malorum. — Sic terrae motus, eodem saeculo in Asia exorti, ad Christianos referebantur tamquam publicae calamitatis auctores, qui iram deorum concitavissent. Sic multa ejusdem generis tradit illorum temporum historia. Itaque assentiri non possumus Marano, qui indignationem imperatoris non aliunde ortam esse ait, quam ex perspecto Christianorum magno numero. *Eichstadius.*

11. Ὅθεν ἀρξάμενοι etc.] Scaliger legit οἱ οἴκοθεν ἀξάμενοι ridetque Christianos, qui sparsi in exercitu sine armis aut telis militaverint. Maranus conjectat παρατήρησιν h. e. *contemplationem*, *observationem*, ut significetur superstitiosa Romanorum cerimonia, qui pugnae auspicia ab ejusmodi nugis sumebant. Quae consuetudo quamquam jam Marci tempore obsoleta erat, non tamen mirum, si illam adhuc viguisse epistolae parens aut finxit aut credidit. Retinemus vulgatam, cujus sensus est: Christianos pugnam non ab armorum paratu, sed a precibus ad Deum incepisse.

12. Εἰκὸς οὖν ἐστίν] Haec Scaliger omittenda censuit. Rectius cum Sylburgio ὅτι reposui ante θεὸν ἔχουσιν.

συνειδήσει τετειχισμένον. Ῥίψαντες γὰρ ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν γῆν οὐχ ὑπὲρ ἐμοῦ μόνον ἐδεήθησαν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ [13] τοῦ παρόντος στρατεύματος παρήγορον γενέσθαι δίψης καὶ λιμοῦ τῆς παρούσης. Πεμπταῖοι γὰρ ὕδωρ οὐκ εἰλήφειμεν διὰ τὸ μὴ παρεῖναι· ἦμεν γὰρ 102
ἐν τῷ μεσομφάλῳ τῆς Γερμανίας καὶ τοῖς ὅροις αὐτῶν. [14] Ἅμα δὲ τῷ [15] τούτους ῥίψαι ἐπὶ τὴν γῆν ἑαυτοὺς καὶ εὔχεσθαι θεῷ, ᾧ ἐγὼ ἠγνόουν, εὐθέως ὕδωρ ἠκολούθει οὐρανόθεν, ἐπὶ μὲν ἡμᾶς ψυχρότατον, ἐπὶ δὲ τοὺς Ῥωμαίων ἐπιβούλους χάλαζα πυρώδης. Ἀλλὰ καὶ εὐθὺ θεοῦ παρουσίαν ἐν εὐχῇ γινομένην παραυτίκα ὡς ἀνυπερβλήτου καὶ [16] ἀκαταλύτου. Αὐτόθεν οὖν ἀρξάμενοι συγχωρήσωμεν τοῖς τοιούτοις εἶναι Χριστιανοῖς, ἵνα μὴ καθ᾽ ἡμῶν τι B
τοιοῦτον αἰτησάμενοι ὅπλον ἐπιτύχωσι. Τὸν δὲ τοιοῦτον συμβουλεύω, διὰ τὸ τοιοῦτον εἶναι Χριστιανὸν μὴ ἐγκαλεῖσθαι. Εἰ δὲ εὑρεθείη τις ἐγκαλῶν τῷ Χριστιανῷ, ὅτι Χριστιανός ἐστι, τὸν μὲν προσαγόμενον Χριστιανὸν πρόδηλον εἶναι βούλομαι [17] γίνεσθαι ὁμολογήσαντα τοῦτο, ἄλλο ἕτερον μηδὲν ἐγκαλούμενον, ἢ ὅτι Χριστιανός ἐστι μόνον, τὸν προσάγοντα δὲ τοῦτον ζῶντα καίεσθαι· τὸν δὲ Χριστιανὸν ὁμολογήσαντα καὶ συνασφαλισάμενον περὶ τοῦ τοιού- C
του, τὸν πεπιστευμένον τὴν ἐπαρχίαν εἰς μετάνοιαν καὶ ἀνελευθερίαν τὸν τοιοῦτον μὴ μετάγειν. Ταῦτα δὲ καὶ τῆς συγκλήτου δόγματι κυρωθῆναι βούλομαι καὶ κελεύω τοῦτό μου [18] τὸ διάταγμα ἐν τῷ φόρῳ τοῦ Τραϊανοῦ προτεθῆναι πρὸς τὸ δύνασθαι ἀναγινώσκεσθαι. [19] Φροντίσει ὁ πραίφεκτος [20] Βιτράσιος Πολλίων εἰς τὰς πέριξ ἐπαρχίας πεμφθῆναι· πάντα δὲ τὸν βουλόμενον χρῆσθαι καὶ ἔχειν, μὴ κωλύεσθαι λαμβάνειν ἐκ τῶν προτεθέντων παρ᾽ ἡμῶν.

13. τ. παρόντος στρατ.] Sylburg. et Thirlb. mallent τ. πάντος στρατ. Mox cum Scaligero edidi παρήγορον (pro vulg. παρήγοροι), quod ad Deum refertur.

14. Ἅμα... ἀκαταλύτου] De legione fulminatrice cf. Eusebium l. c. V. c. 5. (Tom. II.) p. 43. sqq. (vid. Heinichen. p. 46.).

15. τούτους] Stephan. τούτοις.

16. ἀκαταλύτου] Deest notante Sylburgio συνείδομεν vel aliud consimile verbum. Supra usurpatum erat ἐπεγνωκέναι.

17. γίνεσθαι] Laborat oratio, non librariorum vitio (Sylburg. rejicit illud verbum tamquam redundans) putamus, sed imperitia scribentis, qui εἶναι ad πρόδηλον, γίνεσθαι ad ὁμολογήσαντα retulisse videtur. *Eichstadius.*

18. τὸ διάταγμα] Constitutio-

sponte insidentem ejusque praesentia communitos esse. Nam quum se humi projecissent, non pro me solum precati sunt, sed etiam pro universo exercitu, ut praesentem sitim et famem sedaret. Quinto enim jam die aquam non acceperamus, eo quod prorsus deesset; eramus enim in meditullio Germaniae et in finibus hostium. Statim autem atque illi in terram sunt provoluti ac Deum, quem ego ignorabam, invocarunt, confestim imber de coelo consecutus est, in nos ille quidem frigidissimus, in hostes autem Romanorum grando ignea. Sed et cum oratione ipsa illico praesentia Dei adfuit tamquam insuperabilis et invicti. Inde igitur incipientes permittemus hisce esse Christianis, ne, si talia adversum nos arma postulent, voti compotes fiant. Quocirca statuo, ne hominem hujusmodi, quod videlicet Christianus sit, accusare liceat. Si quis autem inveniatur qui Christianum, quod Christianus sit, deferat, de Christiano, qui defertur quique Christianum se esse profitetur, manifestum fieri volo nullam aliam ob rem eum accusari, nisi quod Christianus sit, delatorem vero ipsum vivum comburi; Christianum autem confitentem atque id probantem, se scilicet non aliam ob rem accusari, is cui administratio provinciae credita est non coget ab hoc instituto discedere nec libertatem auferet. Haec vero etiam senatusconsulto confirmari volo et constitutionem hanc meam in foro Trajani proponi jubeo, ut legi possit. Illam quoque in provincias quasque mittendam curabit Vitrasius Pollio praefectus; quicumque autem hac uti et habere exemplar ejus voluerit, ne recipere id ex eo, quod a nobis propositum est, prohibeatur.

nis hujus fragmentum Grabius agnoscit in Ulpiani lib. III. de officio procons. §. 3. D. de decurionibus L. 2.: „Eis qui Judaicam superstitionem sequuntur, Divi Verus et Antoninus honores adipisci permiserunt: sed et necessitates eis imposuerunt, quae superstitionem eorum non laederent.“ Improbat recte Eichstadius.

19. *Φροντίσει*] Post hoc verbum desiderat Sylburg. *δὲ καὶ* particulas.

20. *Βιτράσιος*] Vulgo *Βήρασιος*. Nomen praefecti jam Brissonius (De formulis p. R. III. p. 324.) restituit eumque Eichstadius est secutus.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ

ΑΠΟΛΟΓΙΑ [1] ΔΕΥΤΕΡΑ ΥΠΕΡ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ

ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΣΥΓΚΛΗΤΟΝ.

---

1. [2] Καὶ τὰ χθὲς δὲ καὶ πρώην ἐν τῇ πόλει ὑμῶν γενόμενα ἐπὶ 41
Οὐρβίκου, ὦ Ῥωμαῖοι, καὶ τὰ πανταχοῦ ὁμοίως ὑπὸ τῶν ἡγουμένων
ἀλόγως πραττόμενα ἐξηνάγκασέ με [3] ὑπὲρ ἡμῶν ὁμοιοπαθῶν ὄντων
καὶ ἀδελφῶν, κἂν ἀγνοῆτε καὶ μὴ θέλητε διὰ τὴν δόξαν τῶν νο-
μιζομένων ἀξιωμάτων, τὴν τῶνδε τῶν λόγων [4] σύνταξιν ποιήσα-
σθαι. Πανταχοῦ γάρ, ὃς ἂν σωφρονίζηται ὑπὸ πατρὸς ἢ γείτο-
νος ἢ τέκνου ἢ φίλου ἢ ἀδελφοῦ ἢ ἀνδρὸς ἢ γυναικὸς κατ' ἔλλει- C
ψιν, [5] χωρὶς τῶν πεισθέντων τοὺς ἀδίκους καὶ ἀκολάστους ἐν αἰ-
ωνίῳ πυρὶ κολασθήσεσθαι, τοὺς δ' ἐναρέτους καὶ ὁμοίως Χριστῷ
βιώσαντας ἐν ἀπαθείᾳ [6] συγγενέσθαι τῷ θεῷ (λέγομεν δὲ τῶν γε-
νομένων Χριστιανῶν), διὰ τὸ δυσμετάθετον καὶ φιλήδονον καὶ
δυσκίνητον πρὸς τὸ καλὸν ὁρμῆσαι, [7] καὶ οἱ φαῦλοι δαίμονες, D

1. δευτέρα] Omisso hoc vocabulo uterque Cod. mstus (Reg. et Clarom.) minorem hanc apologiam ante prolixiorem exhibet collocatam, eumdemque ordinem Stephanus, Sylburgius et Morellus retinuerunt perperam, ut apparet ex Eusebii Hist. eccl. IV. c. 16. (ed. Heinichen. Tom. I.) p. 365. sqq., coll. Apol. II. c. 3. p. 46. E. Vocatur quidem l. c. IV. c. 17. p. 368. (coll. Apol. II. c. 2. p. 41. E) προτέρα, sed, id quod saepe est observatum, aut librarii aut — quod veri videtur similius — ipsius Eusebii lapsu. Idem hanc apologiam licet imperatoribus traditam esse recte narret (IV. c. 16. p. 364., c. 18. p. 376.), coll. Apol. II. c. 3. p. 47. B, c. 14. p. 51. E, c. 15. p. 52. C.), tamen etiam senatui Romano eamdem repraesentatam esse fatetur (IV. c. 11. p. 323.). Bene igitur scribitur δευτέρα, praesertim quum inscriptio non Justino, sed librario originem debeat.

2. Καὶ τὰ χθὲς δὲ καὶ πρώην] Proverbialis est locutio ab Homero profecta et prae ceteris ab oratoribus atque sophistis in deliciis habita. *Braunius.* Non autem mutavimus δὲ in τε, hoc quamvis melius se habere videatur.

3. ὑπὲρ ἡμῶν] Codd. msti, Stephan. et Maran. ὑμῶν. Sic Braunius quoque, quamquam verum cognovit: scilicet et sensus lectionem

EJUSDEM JUSTINI

APOLOGIA SECUNDA PRO CHRISTIANIS

AD SENATUM ROMANUM.

---

1. Et quae in urbe vestra, Romani, sub Urbico heri et nudius tertius gesta sunt et quae similiter ubique a judicibus praeter rationem fiunt, coegerunt me pro nobis, qui ejusdem ac vos naturae atque etiam, si ignoretis ac nolitis propter opinatarum dignitatum splendorem, fratres vestri sumus, hanc orationem componere. Ubique enim — exceptis iis, qui improbos et libidinosos aeterno igne excruciatum iri, virtutis autem cultores eosque, qui similiter ac Christus vixerint, extra perpessionem omnem cum Deo victuros persuasum habent (hos autem dicimus qui Christiani facti sunt) — si quis a patre vel vicino vel filio vel amico vel fratre vel viro vel uxore ob delictum castigetur: quum is propter obfirmatam voluntatem et amorem voluptatis ac minime flexilem ad virtutem animum, tum

a nobis receptam flagitat et similitudo exordii apologiae prioris. Solent autem ista pronomina a librariis haud raro confundi.

4. σύνταξιν] Sic legendum pro σύναξιν, quod est in Codd. mstis omnes monuerunt, at solus in textum recepit Goezius. In fine hujus apologiae reperitur τούσδε τοὺς λόγους συνετάξαμεν. Cf. de monarch. c. 2. p. 104. A: σύνταξιν ἐκθείς, Dial. c. Tr. c. 80. p. 306. E: σύντ. ποιήσομαι.

5. χωρὶς] Pearsonus minus recte conjicit χωρίζεται.

6. συγγενέσθαι] Mavult Perionius συγγενήσεσθαι, sed alibi quoque aoristum pro futuro usurpat Justinus notante Sylburgio.

7. καὶ οἱ φαῦλοι] Ante haec verba lacunam interposuerunt librarii, non quod quidquam desit ad sententiae juncturam, sed quod deesse aliquid illis videretur. Aptissimum enim est hoc exordium et nexum cum iis, quae deinceps narraturus est. Nam quum ei propositum sit demonstrare persecutiones ab improbis hominibus et a malis daemonibus in Christianos excitari, quumque mox narraturus sit historiam mulieris a ma-

ἐχθραίνοντες ἡμῖν καὶ τοὺς [8] τοιούτους δικαστὰς ἔχοντες ὑποχει-
ρίους καὶ λατρεύοντας, ὡς οὖν ἄρχοντας δαιμονιῶντας φονεύειν
ἡμᾶς παρασκευάζουσιν. Ὅπως δὲ καὶ ἡ αἰτία τοῦ παντὸς γενο-
μένου ἐπὶ Οὐρβίκου φανερὰ ὑμῖν γένηται, τὰ πεπραγμένα ἀπαγ-
γελῶ.

2. [1] Γυνή τις συνεβίου ἀνδρὶ ἀκολασταίνοντι, ἀκολασταίνου- E
σα καὶ αὐτὴ πρότερον. [2] Ἐπεὶ δὲ τὰ τοῦ Χριστοῦ διδάγματα [3] ἔγνω,
ἐσωφρονίσθη καὶ τὸν ἄνδρα ὁμοίως σωφρονεῖν πείθειν ἐπειρᾶτο,
[4] τὰ διδάγματα ἀναφέρουσα, τήν τε μέλλουσαν τοῖς οὐ σωφρόνως
καὶ μετὰ λόγου ὀρθοῦ βιοῦσιν ἔσεσθαι ἐν αἰωνίῳ πυρὶ κόλασιν
ἀπαγγέλλουσα. Ὁ δὲ ταῖς αὐταῖς ἀσελγείαις ἐπιμένων, ἀλλοτρίαν 42
διὰ τῶν πράξεων ἐποιεῖτο τὴν γαμετήν. Ἀσεβὲς γὰρ ἡγουμένη τὸ
λοιπὸν ἡ γυνὴ συγκατακλίνεσθαι ἀνδρί, παρὰ τὸν τῆς φύσεως νό-
μον καὶ παρὰ τὸ δίκαιον πόρους ἡδονῆς ἐκ παντὸς πειρωμένῳ ποι-
εῖσθαι, [5] τῆς συζυγίας χωρισθῆναι ἐβουλήθη. Καὶ ἐπεὶ ἐξεδυσω-
πεῖτο ὑπὸ τῶν αὐτῆς, ἔτι προσμένειν συμβουλευόντων, ὡς εἰς
[6] ἐλπίδα μεταβολῆς ἥξοντός ποτε τοῦ ἀνδρός, βιαζομένη ἑαυτὴν B
ἐπέμενεν. Ἐπειδὴ δὲ ὁ ταύτης ἀνὴρ εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν πορευ-
θεὶς χαλεπώτερα πράττειν ἀπηγγέλθη, ὅπως μὴ κοινωνὸς τῶν ἀδι-
κημάτων καὶ ἀσεβημάτων γένηται, μένουσα ἐν τῇ συζυγίᾳ καὶ ὁμο-
δίαιτος καὶ ὁμόκοιτος γινομένη, τὸ λεγόμενον παρ' [7] ὑμῖν ῥεπού-
διον δοῦσα ἐχωρίσθη. Ὁ δὲ καλὸς κἀγαθὸς ταύτης ἀνήρ, δέον
αὐτὸν χαίρειν, ὅτι, ἃ πάλαι μετὰ τῶν ὑπηρετῶν καὶ τῶν μισθο-
φόρων [8] εὐχερῶς ἔπραττε μέθαις χαίρουσα καὶ κακίᾳ πάσῃ, τού- C

rito, cujus flagitia reprehendebat, in capitis periculum adductae: quid mirum, si in orationis primordio declarat, et eos, qui a patre christiano aut uxore aut vicino aut amico ob delictum castigantur, et pravos daemones operam dare, ut Christianos occidant? Illud ergo φονεύειν ἡμᾶς παρασκευάζουσιν referri debet tam ad malos homines, quam ad daemones, ut c. 11.: οὐδὲ δυνατώτεροι ἡμῶν ἦσαν οἵ τε ἄδικοι ἄνθρωποι καὶ δαίμονες. Ita Maranus rectissime. Nec Pearsonus, Gallandius et Braunius ullum hîc agnoscunt hiatum.

8. τοιούτους] Qualis scilicet Urbicus est supra nominatus.

1. Γυνή τις... κολασθ. προσετιμήθη] Citat hunc locum Eusebius Hist. eccles. IV. c. 17. (ed. Heinich. Tom. I.) p. 369. sqq.. Quod vero intra voces διδάγματα ἔγνω et προσωνυμίαν ὁμολογοῦντα interjectum est, id desideratur in utroque nostri Justini Cod. msto et ab editori-

etiam pravi daemones, qui nobis infensi sunt et ejusmodi judices in sua potestate cultuique suo addictos habent, eos utpote daemoniis agitatos magistratus ad necem nobis inferendam incitant. Ut autem totius rei sub Urbico gestae perspectam causam habeatis, quid actum sit exponam.

2. Mulier quaedam cum viro degebat intemperanti, intemperans et ipsa prius. Sed posteaquam Christi doctrinam cognovit, ipsa ad meliorem frugem se recepit ac viro ut similiter sese colligeret persuadere conata est, christianam illi doctrinam exponens et futura his, qui libidinose ac praeter rectam rationem vixerint, in aeterno igne supplicia denuntians. Verum ille, in iisdem flagitiis permanens, factis suis alienavit a se uxoris animum. Impium enim esse mulier existimans cum eo deinceps viro, qui praeter naturae legem et praeter jus undecumque voluptatis vias exquireret, tori consortio jungi, discedere a conjugio voluit. Sed suorum auctoritatem reverita, qui suadebant, ut adhuc maneret, ac maritum tandem aliquando spem mutationis allaturum dicebant, vim fecit ipsa sibi, ut maneret. At postquam illius vir Alexandriam profectus pejora facere nuntiatus est, verita illa, ne inique et impie factorum particeps fieret, si in conjugio maneret victusque ac tori consors esset, misso quod vocatis repudio discessit. Tum praeclarus et bonus ille vir, quum gaudere deberet, quod, quae olim uxor cum servis et mercenariis in vinum atque omne vitiorum genus effusa

bus ex Eusebio (l. c.) desumtum est. Legitur enim in Cod. Reg. διδάγμ. ἔγνωσαν οὗτοι, παθήματος δὲ Χριστοῦ προσων. ὁμολ. etc. et in Clarom. διδ. ἔγνωκαν οὗτοι, παθ. δὲ Χρ. προσων. ὁμ. etc.. Stephan. edidit ἔγνω αὕτη, παθήματυς δὲ Χρ. προσων. etc..

2. Ἐπεὶ δὲ] Euseb. Ἐπειδὴ δέ.

3. ἔγνω] Stephan., Sylburg. et Morell. addunt αὕτη, quod post Thirlbium omnes monuere in αὐτὴ mutandum esse. Omisimus, quum nullo Cod. Justini (vid. not. 1.) et Eusebii msto firmetur.

4. τὰ] Ejecerunt Hutchin., Maran., Thalemann. et Braun..

5. τῆς συζ.] Thalemann. et Goez. volunt ἀπὸ τ. συζ..

6. ἐλπίδα] Maranus scripsit ἐλπίδας et post eum omnes editores.

7. ὑμῖν] Thirlb. et Eusebii editt. male ἡμῖν. Nostra lectio etiam Codd. mstis probatur. Vid. Ed. Burton. ad hunc Eusebii locum..

8. εὐχερῶς] Sylburg. conjicit

των μὲν τῶν πράξεων πέπαυτο καὶ [9] αὐτὸν τὰ αὐτὰ παύσασθαι
πράττοντα ἐβούλετο, [10] μὴ βουλομένου ἀπαλλαγείσης κατηγορίαν
πεποίηται, λέγων αὐτὴν Χριστιανὴν εἶναι. Καὶ ἡ μὲν βιβλίδιόν
σοι τῷ αὐτοκράτορι ἀναδέδωκε, πρότερον συγχωρηθῆναι αὐτῇ διοι-
κήσασθαι τὰ ἑαυτῆς ἀξιοῦσα, ἔπειτα ἀπολογήσασθαι περὶ τοῦ κα-
τηγορήματος μετὰ τὴν τῶν πραγμάτων αὐτῆς [11] διοίκησιν. Καὶ D
συνεχώρησας τοῦτο. Ὁ δὲ ταύτης ποτὲ ἀνήρ, πρὸς ἐκείνην μὲν
μὴ δυνάμενος τανῦν ἔτι λέγειν, πρὸς Πτολεμαῖόν τινα, ὃν [12] Οὔρ-
βικος ἐκολάσατο, διδάσκαλον [13] ἐκείνης τῶν Χριστιανῶν μαθημά-
των γενόμενον, ἐτράπετο διὰ τοῦδε τοῦ τρόπου. Ἑκατόνταρχον
εἰς δεσμὰ ἐμβαλόντα τὸν Πτολεμαῖον, φίλον αὐτῷ ὑπάρχοντα,
ἔπεισε λαβέσθαι τοῦ Πτολεμαίου καὶ [14] ἀνερωτῆσαι αὐτὸ τοῦτο
μόνον, εἰ Χριστιανός ἐστι. Καὶ τὸν Πτολεμαῖον φιλαλήθη, ἀλλ' E
οὐκ ἀπατηλὸν οὐδὲ ψευδολόγον τὴν γνώμην ὄντα, ὁμολογήσαντα
ἑαυτὸν εἶναι Χριστιανὸν ἐν δεσμοῖς γενέσθαι ὁ ἑκατόνταρχος πε-
ποίηκε, καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἐκολάσατο. Τε-
λευταῖον δὲ ὅτε ἐπὶ Οὔρβικον [15] ἤχθη ὁ ἄνθρωπος, ὁμοίως αὐτὸ
τοῦτο μόνον ἐξητάσθη, εἰ εἴη Χριστιανός. Καὶ πάλιν τὰ καλὰ
ἑαυτῷ συνεπιστάμενος διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ διδαχήν, τὸ
[16] διδασκαλεῖον τῆς θείας ἀρετῆς ὡμολόγησεν· ὁ γὰρ ἀρνούμενος 43
[17] ὁτιοῦν ἢ κατεγνωκὼς τοῦ πράγματος ἔξαρνος γίνεται, ἢ ἑαυτὸν
ἀνάξιον ἐπιστάμενος καὶ ἀλλότριον τοῦ πράγματος τὴν ὁμολογίαν
φεύγει, ὧν οὐδὲν πρόσεστι τῷ ἀληθινῷ Χριστιανῷ. Καὶ τοῦ

αἰσχρῶς; sed, inquit, illud retinere nihil vetat.

9. αὐτὸν τὰ αὐτὰ] Hutchin. et Thalemann. αὐτὸν αὐτά, Goez. αὐτὸν ταῦτα.

10. μὴ βουλομένου] Minus recte desunt haec verba in nonnullis Eusebii Codd. mstis eaque aut abjicienda censent Grabius et Thalemann. aut cum H. Stephano (in edit. epist. ad. Diogn. p. 81.) pro βουλομένου accusativum βουλόμενον reponendum vel βουλόμενος, quod etiam Pearson. conjectavit et Goez. recepit in textum. At vero βουλομένου defendi potest supplendo αὐτοῦ.

11. διοίκησιν] Sylburg., Morell., Grab., Thalemann. διοίκ. ὑπέσχετο. Sed ὑπέσχ. non comparet in Codd. Eusebii mstis antiquissimis, nempe Marano observante in duobus Colbertinis et uno Regio; atque abesse potest absque ullo sententiae damno.

12. Οὔρβικος] Euseb. Οὐρβίκιος. Sed quum a Justino Urbicus vocetur (c. 1. p. 41. B: ἐπὶ Οὐρβίκου et infra ὦ Οὔρβικε), satius videtur in his etiam, quae ex

licenter perpetrabat, ab his jam faciendis deterrita fuisset ac ipsum etiam ab iisdem flagitiis deterrere studeret: quum id ipse nollet facere, digressam accusabat, quod esset Christiana. Atque illa quidem libello tibi, Imperator, oblato postulavit, ut prius sibi domui suae prospicere liceret, deinde domesticis rebus compositis responsuram se accusationi. Atque id quidem annuisti. At illius quondam maritus, qui tum adversus eam non jam dicere poterat, in Ptolemaeum quemdam, quem Urbicus supplicio affecit, quique mulieris in re christiana magister fuerat, impetum suum vertit hoc modo. Centurioni cuidam amico suo persuasit, ut Ptolemaeum in carcerem conjecturus apprehenderet idque tantum interrogaret, an esset Christianus. Tum Ptolemaeus, ut erat veritatis cultor et animo a fraude et mendacio alienus, quum se Christianum esse confessus esset, in vincula conjectus est a centurione diuque ab eo in carcere afflictus. Postremo coram Urbico adductus, similiter id unum interrogatus est, an esset Christianus. Ac praeclare sibi ob traditam a Christo doctrinam conscius, institutionem divinae virtutis iterum confessus est; nam qui negat quidpiam, vel ideo negat, quod rem ipsam condemnet, vel se ipse indignum illa et alienum judicans confessionem fugit, quorum neutrum inest in vero Christiano. Quum igitur Urbicus ad supplicium ab-

Eusebio desumta sunt, cum Marano, Goezio et Braunio eamdem scripturam sequi, ceteroquin magis Romanam.

13. *ἐκείνης*] H. Stephan. (l. c.) et Goez. *ἐκείνῃ* legunt.

14. *ἀνερωτῆσαι αὐτὸ τοῦτο μόνον, εἰ*] Ita cum H. Stephano (l. c.) et Pearsono pro vulg. *ἀνερ. εἰ αὐτὸ τοῦτο μόνον* reponendum censeo vel tota librariorum natione repugnante, quum praesertim mox sequatur *ὁμοίως αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐξητάσθη, εἰ εἴη Χριστιανός*. Adstipulatur Goezius, nisi quod *αὐτὸν* scribit; sed *αὐτὸ* bene se habet.

15. *ἤχθη*] Hanc scripturam optimis Eusebii Codd. mstis firmatam nec Pearsono, Gallandio et Goezio improbatam reponere non dubitavi. Vulgo *ἦλθεν*.

16. *διδασκαλεῖον*] Ita Marano referente invenitur in duobus Colbertinis antiquioribus et duobus Regiis, quorum unus valde antiquus. Recte Goez. textui inseruit pro vulg. *διδασκάλιον*.

17. *ὁτιοῦν*] Ita Marano observante tres Colbertini codices et alius inter Regios antiquissimus. In editis Justini et Eusebii minus bene *ὅτι οὐκ εἴη*.

Οὐρβίκου κελεύσαντος αὐτὸν ἀπαχθῆναι Λούκιός τις, καὶ αὐτὸς ὢν
Χριστιανός, ὁρῶν τὴν ἀλόγως οὕτως γενομένην κρίσιν πρὸς τὸν
Οὔρβικον ἔφη· [18] Τίς ἡ αἰτία; Τοῦ μήτε μοιχὸν μήτε πόρνον μήτε
ἀνδροφόνον μήτε λωποδύτην μήτε ἅρπαγα μήτε ἁπλῶς ἀδίκημά B
τι πράξαντα ἐλεγχόμενον, [19] ὀνόματος δὲ Χριστιανοῦ προσωνυμίαν
ὁμολογοῦντα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ἐκολάσω; Οὐ πρέποντα [20] Εὐ-
σεβεῖ αὐτοκράτορι οὐδὲ φιλοσόφῳ Καίσαρος παιδὶ οὐδὲ [21] τῇ ἱερᾷ
συγκλήτῳ κρίνεις, ὦ Οὔρβικε. Καὶ ὃς οὐδὲν ἄλλο ἀποκρινάμενος
καὶ πρὸς τὸν Λούκιον ἔφη· Δοκεῖς μοι καὶ σὺ εἶναι τοιοῦτος. Καὶ
[22] τοῦ Λουκίου φήσαντος· Μάλιστα, πάλιν καὶ αὐτὸν ἀπαχθῆναι
ἐκέλευσεν. Ὁ δὲ [23] καὶ χάριν εἰδέναι ὡμολόγει, πονηρῶν δεσπο- C
τῶν [24] τῶν τοιούτων ἀπηλλάχθαι γινώσκων καὶ πρὸς τὸν πατέρα
καὶ βασιλέα τῶν οὐρανῶν πορεύεσθαι. Καὶ ἄλλος δὲ τρίτος [25] ἐπελ-
θὼν κολασθῆναι προσετιμήθη.

3. [1] Κἀγὼ οὖν προσδοκῶ ὑπό τινος τῶν ὠνομασμένων 46 E

18. *Τίς ἡ αἰτία*] Tres iidem Eusebii codices *Τίς αἰτία*. Vulgo apud hunc pariter atque Justinum legitur: *Τίς ἡ αἰτία τοῦ μήτε* etc.. Ne *ἀνακολούθως* haec dicta putentur, post *αἰτία* interrogationis signum posui, id quod jam Braunius monuit. Tum vero *τοῦ* pro *τινος* positum est. Quod si vidisset H. Stephanus, quocum faciunt Sylburgius et Hutchinus, (l. c. p. 81. sq.) non scribendum putasset: *Τίς ἡ αἰτία, δι' ἣν* (Thirlb. conjectat *Τίνι αἰτίᾳ τόν*, quod probat Thalemann. et Goez. male textui inseruit) nec saltem *ἐκολάσω* opinatus esset mutandum in *σε κολάσαι*. Imo Perionius legit *κολασθῆναι*.

19. *ὀνόματος δὲ Χριστιανοῦ*] Ita Eusebius. Uterque autem Justini Cod. mstus et Stephan. *παθήματος δὲ Χριστοῦ*. Vid. not. 1..

20. *Εὐσεβ. αὐτ. οὐδὲ φιλοσ. Καίσ. παιδὶ*] Designat his verbis Marcum Aurelium et Lucium Verum. Legitur quidem in utroque Justini Cod. msto *φιλοσόφου*, at *φιλοσόφῳ* recte receperunt ex Eusebio (duo tantum ejus Codd. msti nempe Fuket. et Savil. praebent genitivum) Maran., Thalemann., Goez. et Braun.. Vid. Apol. I. c. 1. not. 5. et librum meum: De Justini Mart. scriptis et doctr. p. 18. sq.; adde quae Semisch. in Ullmanni et Umbr. *Theolog. Studien u. Kritik.* Hamb. 1835. fasc. 4. p. 919. sqq. observavit.

21. *τῇ*] Deest apud Eusebium.

22. *τοῦ*] Hunc articulum, exceptis Thirlbio et Goezio omnes recte ex Eusebio repetierunt. Quod sequitur *Μάλιστα* perverse a Thalemanno et Goezio in suspicionem vocatur.

23. *καὶ*] Omisit Eusebius.

24. *τῶν*] Ita uterque Cod. mstus et longe plurimi Eusebiani; sed omissus articulus a Marano et Braunio. Ceterum Euseb. *πονηρῶν γὰρ*

duci Ptolemaeum jussisset, Lucius quidam, qui et ipse Christianus erat, tam alienum a ratione judicium videns sic Urbicum compellavit: *Quid causae est? Cur huic homini nec adulterii nec stupri reo nec homicidae nec furi nec raptori nec ullius maleficii convicto, sed tantum christiani nominis appellationem confitenti poenam irrogasti? Non ut decet Pium Imperatorem, nec ut Philosophum Caesaris filium, nec ut sacrosanctum Senatum, judicas, Urbice!* Tum ille nihil aliud respondens sic Lucium alloquitur: *Tu quoque ex hoc hominum genere esse mihi videris.* Quum Lucius respondisset: *Maxime,* jussit eum Urbicus pariter ad supplicium duci. At ille gratias etiam agebat, quum se ab improbis ejusmodi dominis liberari et ad patrem ac regem coelorum proficisci cognosceret. Tertius alius superveniens eodem supplicio damnatus est.

3. Ego etiam exspecto, ut ab eorum, quos dixi, aliquo

δεσπ. τ. τοιούτ. ἀπηλλ. ἐπεῖπε καὶ παρὰ ἀγαθὸν πατέρα καὶ βασιλέα τὸν θεὸν πορεύεσθαι. Ultima verba inde a *καὶ παρὰ* recepit Goezius praeter necessitatem.

25. *ἐπελθὼν*] Cod. Reg. et Stephan. *ἀπελθών*, quod jam hujus filius Henricus (l. c. p. 82.) emendavit.

1. *Κἀγὼ οὖν ... ἀδιαφορίας*] Totus hic locus in Codd. mstis et editis exstat post c. 8. fin. *ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος ἐδίδαξε* et c. 9. init. *Ἵνα δὲ μή τις εἴπῃ* etc.. Recte tamen Maranus locum illum huc transtulit et cum Martyrum historia necessariis de causis conjungendum duxit: 1°. Eusebius, inquit, hunc ordinem perspexit in codicibus, quibus utebatur. Postquam enim (l. c. IV. c. 17. [ed. Heinich. Tom. I.] p. 374. sq.) S. Ptolemaei ejusque sociorum martyrium narravit, sic ait (p. 376.): *Τούτοις ὁ Ἰουστῖνος εἰκότως καὶ ἀκολούθως ἃς προεμηνεύσαμεν αὐτοῦ φωνὰς ἐπάγει λέγων· Κἀγὼ οὖν* etc. (Rufin.: *Post haec illa Justinus annexuit ex ordine, quae paulo ante retulimus; id est: Et ego, inquit, spero* etc.). 2°. Totus hic de Crescente locus quum percommode cum Martyrum historia connectitur, tum vero positus, ut antea, inter haec verba c. 8. *ὁ ἡμέτ. διδάσκ. ἐδίδ.* et c. 9. *Ἵνα δὲ μή τις εἴπῃ*, ubi philosophorum adversus ignem aeternum cavillationes refellit, sententiae seriem, ut quisque facile perspicit, mirum in modum turbaret. Sic Maranus rectissime eumque Braunius secutus est. Illud jam Thirlbius ex parte cognoscens ita legendum censet (p. 120.), post *κολασθῆναι προσετιμήθη* (c. 2. fin.) ut statim addatur: *Οὕτως γὰρ καὶ οἱ προφῆται πάντες προεκήρυξαν γενήσεσθαι καὶ Ἰησοῦς ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος ἐδίδαξε* (c. 8. fin.); tum quae sequuntur, haec sunt: *Κἀγὼ*

[2] ἐπιβουλευθῆναι [3] καὶ ξύλῳ ἐμπαγῆναι, [4] ἢ κἂν ὑπὸ [5] Κρίσκεντος
τοῦ [6] φιλοψόφου καὶ φιλοκόμπου. Οὐ γὰρ φιλόσοφον εἰπεῖν ἄξιον
τὸν ἄνδρα, [7] ὅς γε περὶ ἡμῶν ἃ μὴ ἐπίσταται δημοσίᾳ καταμαρτυρεῖ, 47
ὡς ἀθέων καὶ ἀσεβῶν Χριστιανῶν ὄντων, πρὸς χάριν καὶ ἡδονὴν
τῶν πολλῶν [8] τῶν πεπλανημένων ταῦτα πράττων. Εἴτε γὰρ μὴ
ἐντυχὼν τοῖς τοῦ Χριστοῦ διδάγμασι κατατρέχει ἡμῶν, παμπόνη-
ρός ἐστι καὶ ἰδιωτῶν [9] πολὺ χείρων, οἳ φυλάττονται πολλάκις περὶ
ὧν οὐκ ἐπίστανται διαλέγεσθαι καὶ ψευδομαρτυρεῖν· [10] ἢ εἰ ἐντυ-
χών, μὴ συνῆκε τὸ ἐν αὐτοῖς μεγαλεῖον, [11] ἢ συνείς, πρὸς τὸ μὴ
ὑποπτευθῆναι τοιοῦτος ταῦτα ποιεῖ, πολὺ μᾶλλον [12] ἀγεννὴς καὶ B
παμπόνηρος, ἰδιωτικῆς καὶ ἀλόγου δόξης καὶ φόβου ἐλάττων ὤν.
Καὶ γὰρ [13] προθέντα με καὶ ἐρωτήσαντα αὐτὸν ἐρωτήσεις τινὰς
τοιαύτας, [14] καὶ μαθεῖν καὶ ἐλέγξαι ὅτι ἀληθῶς μηδὲν ἐπίσταται,
εἰδέναι ὑμᾶς βούλομαι. Καὶ ὅτι ἀληθῆ λέγω, εἰ μὴ ἀνηνέχθησαν

οὖν προσδοκῶ etc.. Atque hac ratione Goezius (p. 16. sqq.) edidit. — Mox pro *ὠνομασμένων* Cod. Reg. et Steph. male *ὀνομασμένων*.

2. *ἐπιβουλευθῆναι* etc.] Observante Marano ait Martyr, exspectare se, ut ab eorum quos recensuit (c. 1. p. 41. B) aliquo, h. e. a vicino aut amico aut cognato, insidiis appetatur, vel certe ab inimico Crescente. — Ceterum hic locus inde a *Κἀγὼ οὖν προσδ.* usque ad *Ἀλλ' οὔτι γε πρὸ* etc. ab Eusebio l. c. IV. c. 16. p. 365. sqq. allegatur.

3. *καὶ ξύλῳ ἐμπαγῆναι*] Mira lectionis discrepantia apud Eusebium: Cod. Mazar. *κἂν ξύλῳ ἐντιναγῆναι*, Fuket. *καὶ ἐν ξ. ἐντ.*, Savil. *κἂν ἐν ξ. ἐντ.*, Medic. *καὶ ἐν ξ. ἐνταγῆναι*; Chron. Paschal. *καὶ ξ. ἐντιναχθῆναι*. Acquiescendum igitur in scriptura recepta, quae Cod. Reg. et Clarom. firmatur et ab editoribus probatur omnibus. Multimodis interpretati sunt *ξύλον* (Rufin.: *b a c u l o et c l a v a feriendum*; Vales.: *in n e r v u m compingi*; Maran.: *ad s t i p i t e m affigar*; Braun.: *n u m e l l a*), quod haud dubie c r u c i s (de hac autem Justinus persaepe illo vocabulo utitur) supplicium denotat in Christianos illo tempore valde usitatum.

4. *ἢ κἂν*] Hanc lectionem multi quoque Eusebii, qui vulgo *ἢ καὶ* habet, Codd. msti (antiquissimi Mazar., Venet., Dresd. al.) tenent.

5. *Κρίσκεντος*] De hoc philosopho Cynico Tatian. Orat. adv. Gr. c. 19. p. 157. E. 158. A. ed. Colon.: *Κρίσκης οὖν*, inquit, *ὁ ἐννεοτεύσας τῇ μεγάλει πόλει* (Romae), *παιδεραστείᾳ μὲν πάντας ὑπερήνεγκεν, φιλαργυρίᾳ δὲ πάνυ προσεχὴς ἦν. Θανάτου δὲ ὁ καταφρονῶν οὕτως αὐτὸν ἐδεδίει τὸν θάνατον, ὡς καὶ Ἰουστῖνον, καθάπερ καὶ ἐμέ, ὡς* (ita lego cum Gesnero pro *οὓς*) *κακῷ τῷ θανάτῳ περιβαλεῖν πραγματεύσασθαι* etc.. — Ut obiter addam, vix dubium mihi est, quin *Κρήσκεντος* pro *Κρίσκεντος*

insidiis appetar et ligno affigar, aut certe ab illo strepitus et ostentationis amatore Crescente. Neque enim philosophi appellatione dignus est, quippe qui de nobis ea publice testetur, quae prorsus ignorat: atheos et impios esse Christianos, ad gratiam et voluptatem deceptae plebeculae asseverans. Nam si, licet doctrinam Christi non legerit, nos tamen exagitat, nequissimus profecto est ac multo deterior hominibus imperitis, qui saepe cavent, ne de rebus, quas ignorant, loquantur et falsum testimonium dicant; sin autem legit, non intellexit hujus doctrinae majestatem, aut si intellexit, ne ipsum Christianum esse homines suspicentur, ita se gerit, ac multo magis ignavus est et pessimus, ut qui populari et a ratione aliena opinione ac metu superetur. Illud enim scire vos velim me, quum nonnullas ei interrogationes ejusmodi proposuissem, didicisse et deprehendisse illum revera nihil scire. Atque ut verum a me dici pateat, paratus sum, si disputationes illae

sit scribendum (sic revera legit Nicephorus) et *Κρήσκης* h. e. Crescens, quemadmodum *Κλήμης* (non *Κλίμης*) dicunt h. e. Clemens. Illa forma Iotacismo originem debere videtur (vid. Cohort. ad Gr. c. 20. not. 2. et Apol. I. c. 20. not. 2.). Quae quum etiam apud Tatianum et Eusebium inveniatur, nondum ausus sum mutare vulgarem scripturam.

6. *φιλοψόφου*] Eus. *ἀφιλοσόφου*.

7. *ὅς γε περὶ ἡμῶν ἃ μὴ ἐπίσταται*] Stephan. vitiose *ἐπίστασθαι*. Euseb. *ὅς γε περὶ ὧν μὴ ἐπίσταται*.

8. *τῶν πεπλανημένων ταῦτα*] Euseb. in edit. Vales. et Heinich. male *πεπλανημένως τοῦτο*.

9. *πολὺ*] Ita uterque Cod. mstus et editores excepto Marano, qui Braunio adstipulante recepit *πολλῷ*. Male; nam optimi Euseb. Codd. (Med., Maz., Fuk., Sav., Flor., Dr.) praebent *πολύ*, quod Burton merito suo loco restituit.

10. *ἢ εἰ ἐντ., μὴ συνῆκε τὸ ἐν αὐτοῖς μεγαλεῖον*] Vulgo *ἢ εἰ ἐντ. τῷ ἐν αὐτοῖς μεγαλείῳ*. Maranus, quem Braunio praeeunte sum secutus, locum sanavit, sic quidem, ut *μὴ συνῆκε*, ob sequens *συνεὶς* necessarium, et *τὸ ἐν αὐτ. μεγ.* ex Eusebio reciperet, post *ἐντυχὼν* autem virgula posita subaudiret ex antecedentibus *κατατρέχει ἡμῶν*. Sensus: Aut Crescens libros legendo non intellexit aut intellexisse se dissimulat. Male Eus. *καὶ εἰ ἐντυχών*.

11. *ἢ συνεὶς*] Thirlb. vult *ἢ εἰ συνείς*, Thalemann. *καὶ συνείς*.

12. *ἀγεννὴς*] Sylburg., Morell., Hutchin., Thalem., Goez. *ἀγενής*.

13. *προθέντα*] Ita pro vulg. *προταθέντα* restituendum ex Eusebio, jam Sylburgius monuit et reposuit Maranus, quocum facit Braunius. Conjicit *προτιθέντα* Grabius.

14. *καὶ*] Deest apud Eusebium.

ὑμῖν αἱ κοινωνίαι τῶν λόγων, ἕτοιμος καὶ ἐφ' ὑμῶν κοινωνεῖν τῶν ἐρωτήσεων πάλιν· βασιλικὸν δ' ἂν καὶ τοῦτο ἔργον εἴη. Εἰ δὲ καὶ ἐγνώσθησαν ὑμῖν αἱ ἐρωτήσεις μου καὶ αἱ ἐκείνου ἀποκρίσεις, C
φανερὸν ὑμῖν ἐστίν, ὅτι οὐδὲν [15] τῶν ἡμετέρων ἐπίσταται, ἢ εἰ [16] καὶ ἐπίσταται, διὰ τοὺς ἀκούοντας δὲ οὐ τολμᾷ λέγειν [17] ὁμοίως Σωκράτει, [18] ὡς προέφην, οὐ φιλόσοφος, ἀλλὰ [19] φιλόδοξος ἀνὴρ δείκνυται, ὅς γε [20] μηδὲ τὸ Σωκρατικὸν ἀξιέραστον ὂν τιμᾷ· [21] Ἀλλ' οὔτι γε πρὸ τῆς ἀληθείας τιμητέος ἀνήρ. Ἀδύνατον δὲ Κυνικῷ, ἀδιάφορον τὸ τέλος [22] προεμένῳ, τὸ ἀγαθὸν εἰδέναι πλὴν ἀδιαφορίας.

4. [1] Ὅπως δὲ μή τις εἴπῃ· Πάντες οὖν ἑαυτοὺς φωνεύσαντες 43 C
πορεύεσθε ἤδη παρὰ τὸν θεὸν καὶ ἡμῖν πράγματα μὴ παρέχετε, ἐρῶ, δι' ἣν αἰτίαν τοῦτο οὐ πράττομεν καὶ δι' ἣν ἐξεταζόμενοι ἀφόβως ὁμολογοῦμεν. Οὐκ εἰκῇ τὸν κόσμον πεποιηκέναι τὸν θεὸν δεδιδάγμεθα, ἀλλ' ἢ διὰ τὸ ἀνθρώπειον γένος· χαίρειν τε τοῖς τὰ D
προσόντα αὐτῷ μιμουμένοις [2] προέφημεν, ἀπαρέσκεσθαι δὲ τοῖς τὰ φαῦλα ἀσπαζομένοις ἢ λόγῳ ἢ ἔργῳ. Εἰ οὖν πάντες ἑαυτοὺς φονεύσομεν, [3] τοῦ μὴ γεννηθῆναί τινα καὶ μαθητευθῆναι εἰς τὰ θεῖα διδάγματα, ἢ καὶ μὴ εἶναι τὸ ἀνθρώπειον γένος, ὅσον ἐφ' ἡμῖν, αἴτιοι ἐσόμεθα, ἐναντίον τῇ τοῦ θεοῦ βουλῇ καὶ αὐτοὶ ποιοῦντες, ἐὰν τοῦτο πράξωμεν. Ἐξεταζόμενοι δὲ οὐκ ἀρνούμεθα διὰ E
τὸ συνεπίστασθαι ἑαυτοῖς μηδὲν φαῦλον, ἀσεβὲς δὲ ἡγούμενοι μὴ

15. *τῶν ἡμετέρων*] Desunt in utroque Cod. msto, apud Stephanum et Thirlbium. Sed jam Sylburg. ex Eusebio reposuit.

16. *καὶ*] Non exstat apud Eusebium. Melius se haberet *ἢ ἐπίσταται*. Sed mutatione non est opus.

17. *ὁμοίως Σωκράτει*] Non habet Eusebius, quod Thirlbius probat. Sed illud recte; nam Justinus vult dicere: Non quod Socrates fecit, facere ausus est Crescens.

18. *ὡς προέφην*] Euseb. contra morem Justini *ὡς πρότερον ἔφην*.

19. *φιλόδοξος*] Idcirco enim *φιλόδοξος* vocatur Crescens, quia veritatem praedicare non audet, ac plus hominibus tribuit quam veritati. Paulo ante dicebatur *ἰδιωτικῆς καὶ ἀλόγου δόξης καὶ φόβου ἐλάττων*. *Maranus*. Cf. quae adnotavi ad Apol. I. c. 57. not. 4..

20. *μηδὲ*] Maran. et Braun. *μή*.

21. *Ἀλλ' . . . ἀνήρ*] Cf. Plat. de republ. X. p. 595. C. ed. Steph. (ed. Bip. Vol. VII. p. 284.): *Ἀλλ' οὐ γὰρ πρό γε τῆς ἀληθείας τιμητέος ἀνήρ*.

22. *προεμένῳ*] Fortasse *προελομένῳ*.

1. *Ὅπως δὲ μή etc.*] Dicterio isto, cui Justinus occurrit, saepe utebantur ethnici. Hutchinus citat

ad vos perlatae non sunt, coram vobis interrogationes iterum proponere; regium sane hoc etiam opus fuerit. Si vero ad aures vestras interrogationes meae illiusque responsa pervenerunt, liquet vobis nihil eum scire rerum nostrarum, aut si scit ille quidem, sed audientium metu non audet ad exemplum Socratis eloqui, non philosophum, ut jam dixi, sed opinionum amatorem deprehendi, quippe qui ipsum pulcherrimum illud Socratis dictum parvi faciat: *Sed plus honoris non est habendum homini, quam veritati.* Verum Cynico integrum non est, finem ultimum in indifferentia constituenti, aliud bonum praeter hanc indifferentiam existimare.

4. Sed ne quis ita dicat: *Omnes igitur morte vobis ipsis illata jam nunc abite ad Deum nec nobis negotia facessite,* causam dicam, cur id non faciamus et cur interrogati impavide confiteamur. Non frustra mundum a Deo conditum esse didicimus, sed propter humanum genus; placere autem illi jam diximus eos qui illum imitantur, contra displicere qui deteriora vel dicto vel facto amplectuntur. Quodsi omnes nobis ipsi manus afferamus, quominus quisquam gignatur et divina doctrina imbuatur, aut etiam quominus exstet humanum genus, in causa, quantum in nobis est, erimus, ipsi quoque contra Dei consilium venientes, si ita faciamus. Interrogati autem non negamus, tum quod nullius mali nobis conscii simus, tum quod impium existimemus veritatem in omnibus non dicere, quum

Tertullian. ad Scapul. c. 5. (Opp. ed. Leopold. Tom. I.) p. 252.: „Arrius Antoninus in Asia cum persequeretur instanter, omnes illius civitatis Christiani ante tribunalia ejus se manu facta obtulerunt; tum ille, paucis duci jussis, reliquis ait: Ὦ δειλοί, εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, κρημνοὺς ἢ βρόχους ἔχετε."

2. *προέφημεν*] Apol. I. c. 10. p. 58. B. Sunt enim iidem imperatores, quibus prior apologia repraesentata fuit, M. Aurelius et L. Verus (vid. c. 2. not. 20.); hi illius memoriam sibi facile poterant redintegrare. Cf. librum meum: De Justini Mart. scriptis et doctr. p. 21.. Mallet Thirlbius *προσειλήφαμεν*.

3. *τοῦ μὴ γενν.*] Vulgo *τοῦ καὶ γενν.*. Desiderari *μὴ* vel *οὐ* notavit Perionius et recte Sylburgius *καὶ* pro *μὴ* a librario infultam existimat; scilicet paulo post ait Justinus *μὴ εἶναι*. Perperam igitur Grabius et Braunius *οὐ* volunt, quod in textum recepit Goezius.

κατὰ πάντα ἀληθεύειν, ὃ καὶ φίλον τῷ θεῷ γινώσκομεν, ὑμᾶς
δὲ καὶ τῆς ἀδίκου προλήψεως ἀπαλλάξαι νῦν σπεύδοντες.

5. [1] Εἰ δέ τινα ὑπέλθοι καὶ ἡ ἔννοια αὕτη, ὅτι εἰ θεὸν ὁμο-
λογοῦμεν βοηθόν, οὐκ ἄν, ὡς λέγομεν, ὑπὸ ἀδίκων ἐκρατούμε- 44
θα καὶ ἐτιμωρούμεθα, καὶ τοῦτο διαλύσω. Ὁ θεὸς τὸν πάντα
κόσμον ποιήσας καὶ τὰ ἐπίγεια ἀνθρώποις ὑποτάξας καὶ τὰ οὐρά-
νια [2] στοιχεῖα εἰς αὔξησιν καρπῶν καὶ ὡρῶν [3] μεταβολὰς κοσμήσας
καὶ θεῖον [4] τούτοις νόμον τάξας, ἃ καὶ αὐτὰ δι' ἀνθρώπους φαί-
νεται πεποιηκώς, τὴν μὲν τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ὑπὸ τὸν οὐρα-
νὸν πρόνοιαν ἀγγέλοις, [5] οὓς ἐπὶ τούτοις ἔταξε, παρέδωκεν. Οἱ
δ' ἄγγελοι, παραβάντες τήνδε τὴν τάξιν, γυναικῶν μίξεσιν ἡττή- B
θησαν καὶ παῖδας ἐτέκνωσαν, οἵ εἰσιν οἱ λεγόμενοι δαίμονες. Καὶ
προσέτι [6] λοιπὸν τὸ ἀνθρώπειον γένος ἑαυτοῖς ἐδούλωσαν· τὰ μὲν
[7] διὰ μαγικῶν γραφῶν, τὰ δὲ διὰ φόβων καὶ τιμωριῶν ἐπέφερον, τὰ
δὲ διὰ διδαχῆς θυμάτων καὶ θυμιαμάτων καὶ σπονδῶν, ὧν ἐνδεεῖς
γεγόνασι μετὰ τὸ πάθεσιν ἐπιθυμιῶν δουλωθῆναι, καὶ εἰς ἀνθρώ-
πους φόνους, πολέμους, μοιχείας, ἀκολασίας καὶ πᾶσαν κακίαν ἔσπει-
ραν. Ὅθεν καὶ ποιηταὶ καὶ μυθολόγοι, ἀγνοοῦντες τοὺς ἀγγέλους C
καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν γεννηθέντας δαίμονας ταῦτα πρᾶξαι εἰς ἄῤῥενας
καὶ θηλείας καὶ πόλεις καὶ ἔθνη, ἅπερ συνέγραψαν, εἰς αὐτὸν
τὸν θεὸν καὶ τοὺς ὡς ἀπ' αὐτοῦ σπορᾷ γενομένους υἱοὺς [8] καὶ τῶν

1. *Εἰ δέ τινα* etc.] Id solitos esse objicere ethnicos testatur Clemens Alexandrinus, qui eorum dicta sic refert Strom. IV. c. 11. §. 82. (Opp. ed. Klotz. Tom. II.) p. 321.: *Διὰ τί δὲ οὐ βοηθεῖσθε διωκόμενοι; φασί* etc.. *Maranus.* Add. Minuc. Fel. Octav. c. 12. p. 35. sqq. ed. Cellar.. — Irenaeus adv. haeres. IV. c. 34. §. 1. p. 274. ed. Massuet.: „Si autem subit vos hujusmodi sensus, ut dicatis" etc..

2. *στοιχεῖα*] I. q. *ἄστρα*, sidera, ut Dial. c. Tr. c. 23. p. 241. B et ep. ad Diogn. c. 7. p. 498. C, coll. ep. 2. Petr. III. 10. et Theophil. ad Autol. I. c. 4.—6..

3. *μεταβολὰς*] Vulgo *μεταβολαῖς*. Illud bene conjectarunt Pearsonus et Thirlbius atque textui Goezius inseruit. Cf. c. 85. p. 311. E: *Γελοῖον μὲν γὰρ πρᾶγμά ἐστιν ὁρᾶν τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἀεὶ καὶ τὰς τροπὰς τῶν ὡρῶν ποιεῖσθαι.*

4. *τούτοις*] Hanc cum Goezio recepi conjecturam Thirlbianam, quae etiam Marano, Thalemanno et Braunio valde arridet. Vulgo *τοῦτον*, quod originem debet accusativis, quibus inclusum est. *Τούτοις* autem, nimirum *τοῖς οὐρανίοις στοιχείοις*, si legis, habes quo re-

id Deo gratum esse sciamus, tum etiam quod vos opinione inique anticipata nunc liberare studeamus.

5. Si quem autem haec cogitatio subeat, minime eventurum, si Deum adjutorem profiteremur, ut iniqui, quemadmodum dicimus, dominatu suo nos premerent ac suppliciis afficerent, id quoque a me dissolvetur. Deus, quum mundum universum creasset et terrena hominibus subjecisset et coelestia elementa, quae et ipsa hominis causa ab eo creata esse liquet, ad frugum proventum et ad temporum conversiones adornasset atque divinam iis legem sanxisset, hominum ac rerum sub coelo positarum curam angelis, quos huic praefecit muneri, commisit. Angeli autem ordinem institutum praetergressi, in stupra cum mulieribus prolapsi sunt ac filios susceperunt eos, qui daemones sunt appellati. Atque etiam postea genus humanum sibi in servitutem addixerunt: partim scriptis magicis, partim terroribus et suppliciis inferendis, partim sacrificiis, suffimentis et libaminibus edocendis, quibus rebus egere coeperunt, ex quo cupiditatum morbis emancipati sunt, denique in humanum genus caedes, bella, adulteria, flagitia atque omne vitiorum genus proseminarunt. Hinc poetae et fabularum scriptores, quum ignorarent angelos ex iisque progenitos daemones ea in masculos et feminas et in urbes et nationes perpetrasse, quae literis mandabant: in ipsum Deum et in eos, qui tum

feras id quod sequitur: ἃ καὶ αὐτὰ δι᾽ ἀνθρ. φ. πεπ., rectoque ordine fluet oratio.

5. οὓς ἐπὶ τούτοις ἔταξε] Thirlbius: Nonnullis, inquit, fortasse magis placebit οὓς ἐπὶ τοῦτο vel τούτῳ ἔκτισε. Nos nihil mutamus. Athenagor. Legat. p. Chr. c. 24. p. 27. C. ed. Colon.: οἱ ἐπ᾽ αὐτοῖς ταχθέντες ἄγγελοι.

6. λοιπὸν τὸ ἀνθρ.] Fortassis τὸ λοιπὸν ἀνθρ.. Sic jam Langus: *Atque insuper reliquum genus humanum.*

7. δ. μ. γραφῶν] Forte δ. μ. στροφῶν, ut in altera apologia (c. 14.) p. 61.. Verum minime quidquam muto. *Thirlbius.* Attamen mutavit Goezius. Mox illi ὧν ἐπέφερον legendum videtur, hic recipit confidenter, quamquam vulgaris lectio stare potest, ut quisque videt.

8. καὶ etc.] Scil. (εἰς) υἱούς. Thirlbius malebat καὶ τοὺς λεχθέντας ἐκείνου ἀδελφούς, καὶ τέκνα ὁμοίως τὰ ἀπ᾽ ἐκείνων, Ποσειδῶνος καὶ Πλούτωνος idque in textu posuit Goezius.

λεχθέντων ἐκείνου ἀδελφῶν καὶ τέκνων ὁμοίως τῶν ἀπ' ἐκείνων, Ποσειδῶνος καὶ Πλούτωνος, ἀνήνεγκαν. Ὀνόματι γὰρ ἕκαστον, ὅπερ ἕκαστος ἑαυτῷ τῶν ἀγγέλων καὶ τοῖς τέκνοις ἔθετο, προσηγόρευσαν.

6. Ὄνομα δὲ τῷ πάντων πατρὶ θετόν, ἀγεννήτῳ ὄντι, οὐκ D
ἔστιν· [1] ᾧ γὰρ ἂν καὶ ὀνόματι προσαγορεύηται, πρεσβύτερον ἔχει
τὸν θέμενον τὸ ὄνομα. Τὸ δὲ πατὴρ καὶ θεὸς καὶ κτίστης καὶ
κύριος καὶ δεσπότης οὐκ ὀνόματά ἐστιν, ἀλλ' ἐκ τῶν εὐποιϊῶν καὶ
τῶν ἔργων προσρήσεις. Ὁ δὲ υἱὸς ἐκείνου, ὁ μόνος λεγόμενος
κυρίως υἱός, [2] ὁ λόγος πρὸ τῶν ποιημάτων καὶ συνὼν καὶ γεννώμενος, ὅτε τὴν ἀρχὴν δι' αὐτοῦ πάντα [3] ἔκτισε καὶ ἐκόσμησε, E
Χριστὸς μὲν [4] κατὰ τὸ κεχρίσθαι καὶ κοσμῆσαι τὰ πάντα δι' αὐτοῦ
τὸν θεὸν λέγεται, ὄνομα καὶ αὐτὸ περιέχον ἄγνωστον σημασίαν,
ὃν τρόπον καὶ τὸ θεὸς προσαγόρευμα οὐκ ὄνομά ἐστιν, ἀλλὰ πράγματος δυσεξηγήτου ἔμφυτος τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων δόξα. [5] Ἰησοῦς δὲ καὶ ἀνθρώπου καὶ σωτῆρος ὄνομα καὶ σημασίαν ἔχει. Καὶ
γὰρ καὶ ἄνθρωπος, [6] ὡς προέφημεν, γέγονε κατὰ τὴν τοῦ θεοῦ 45
καὶ πατρὸς βουλὴν ἀποκυηθεὶς [7] ὑπὲρ τῶν πιστευόντων ἀνθρώπων καὶ ἐπὶ καταλύσει τῶν δαιμόνων. [8] Καὶ νῦν ἐκ τῶν ὑπ' ὄψιν γινομένων μαθεῖν δύνασθε. Δαιμονιολήπτους γὰρ πολλοὺς κατὰ

1. ᾧ γὰρ ἂν etc.] Perion. vult perverse τοῦ θεμένου (Cohort. ad Gr. c. 21. p. 19. C) et Sylburg. conjicit ὃ γὰρ ἄν, ut extendatur oratio ad rem quamcunque. Alii fortasse legent ᾧ γὰρ ἂν ὄνομά τι. Sed vulgata bene habet. Thalemann. ἔχοι legi jubet. Non male illud quidem, at haud quaquam est necessarium.

2. ὁ λόγος ... ἐκόσμησε] Cod. Clarom. γενόμενος idemque conjecerat Jos. Scaliger (Animadvv. in Chronolog. Euseb. p. 163.). Sed γεννᾶσθαι est Justino verbum solemne, quo demonstret, λόγον, qui una aderat cum Deo nimirum tamquam attributum divinum (συνών sc. τῷ πατρί [Dial. c. Tr. c. 62. p. 285. E: πρὸ πάντ. τ. ποιημ. συνῆν τῷ πατρί] h. e. tamquam ejus mens: λόγος ἐνδιάθετος), ante mundi creationem (ὅτε τὴν ἀρχὴν etc.; ὅτε = *quum*, non *quoniam* [ὅτι], quod Langus quique ejus sunt versionem secuti exhibent) forma hypostatica indutum esse (γεννώμενος: λόγος προφορικός). Non firmat S. Martyr fidem Nicaenam, alioqui scribendum erat: πρὸ τ. ποιημ. καὶ γεννώμενος καὶ συνών. Enimvero in eadem est sententia atque Tertullianus adv. Hermog. c. 3. (Opp. ed. Leopold. P. IV.) p. 3.: *Fuit autem tempus, cum — filius non fuit.* Haec jam sufficiant.

ipsius satu geniti, tum ex ejus fratribus, Neptuno et Plutone, eorumque filiis procreati ferebantur, ea transtulere. Quod enim nomen unusquisque angelorum sibi et filiis suis imposuerat, eo quemque appellaverunt.

6. Nomen autem universorum parenti, quod ingenitus est, nullum prorsus inditum est; quocumque enim nomine appelletur, antiquiorem habet eum, qui nomen imposuit. Pater autem, Deus, Conditor, Dominus, Herus non sunt nomina, sed ex beneficiis et operibus appellationes. Ejus autem filius, qui solus proprie filius dicitur, Logos qui ante res creatas et una cum eo aderat et genitus est, quum per hunc initio omnia conderet et ornaret, hic, inquam, filius, quod unctus est et per eum Deus omnia ornavit, Christus vocatur, quo quidem et ipso nomine res significatur indeprehensa, quemadmodum Dei appellatio non nomen est, sed rei non enarrabilis insita naturae hominum opinio. Jesus autem et hominis et salvatoris nomen et significationem habet. Etenim et homo factus est, ut antea diximus, de Dei et patris voluntate partu editus pro credentibus hominibus et ad daemonum eversionem. Id profecto ex his, quae in omnium oculis geruntur, perspicere potestis. Plurimos

Bene disputat de nostro loco Semischius: *Justin d. Märtyr.* P. II. p. 278. sqq. not. 2..

3. ἔκτισε καὶ ἐκόσμησε] Cod. Clarom. ἐκόσμ. κ. ἔκτ.. Grabius mallet ἔχρισε κ. ἐκόσμησε. — Ep. ad Coloss. I. 15. sq. coll. ev. Joann. I. 1.—3..

4. κατὰ τὸ κεχρίσθαι] Bene sane cum Scaligero (l. c.) legeretur κατὰ τὸ καὶ χρίσαι, ut Logos propterea diceretur Christus, quod inunxit omnia et ornavit. Grabius male eamdem tribuit vim formae passivae κεχρίσθαι. Quod equidem de divina illa virtute summaque potentia interpretor, qua ornatus est Logos ad opus perficiendum.

5. Ἰησοῦς ... ἔχει] Coll. Apol. I. c. 33. p. 75. C. Nostro de loco velim consulas librum meum: De Justini Mart. scriptis et doctr. p. 112. not. 49..

6. ὡς προέφημεν] Cf. Apol. I. c. 23. p. 68. C. et c. 63. p. 96. A. D. Vid. c. 4. not. 2..

7. ὑπὲρ τῶν πιστ.] Frustra conjectat Thirlbius ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν πιστ., quod Goezius temere textui inseruit. At necessarium duxi ἐπὶ vulgo omissum ante καταλύσει reponere cum Perionio. Hanc scripturam firmant verba Apol. I. c. 57. p. 91. C: ἐπὶ κολάσει τῶν ἀσεβῶν.

8. Καὶ νῦν etc.] Fortasse aliquis legerit ὡς καὶ νῦν etc.. Quod tu cave faxis.

πάντα τὸν κόσμον καὶ ἐν τῇ [9] ὑμετέρᾳ πόλει πολλοὶ τῶν ἡμετέρων
ἀνθρώπων τῶν Χριστιανῶν, [10] ἐπορκίζοντες κατὰ τοῦ ὀνόματος
Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ὑπὸ τῶν
ἄλλων πάντων ἐπορκιστῶν καὶ ἐπᾳστῶν καὶ φαρμακευτῶν μὴ ἰα- B
θέντας ἰάσαντο καὶ ἔτι νῦν ἰῶνται, καταργοῦντες καὶ ἐκδιώκοντες
τοὺς [11] κατέχοντας τοὺς ἀνθρώπους δαίμονας.

7. Ὅθεν καὶ ἐπιμένει ὁ θεὸς τὴν σύγχυσιν καὶ κατάλυσιν τοῦ
παντὸς κόσμου μὴ ποιῆσαι, ἵνα καὶ οἱ φαῦλοι ἄγγελοι καὶ δαί-
μονες καὶ ἄνθρωποι μηκέτι ὦσι, διὰ τὸ σπέρμα τῶν Χριστιανῶν,
[1] ὃ γινώσκει ἐν τῇ φύσει ὅτι αἴτιόν ἐστιν. Ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο ἦν,
οὐκ ἂν οὐδὲ ὑμῖν ταῦτα ἔτι ποιεῖν καὶ ἐνεργεῖσθαι ὑπὸ τῶν φαύ- C
λων δαιμόνων δυνατὸν ἦν, ἀλλὰ τὸ πῦρ τὸ τῆς κρίσεως κατελθὸν
ἀνέδην πάντα διέκρινεν, ὡς καὶ πρότερον ὁ κατακλυσμὸς μηδένα
λιπὼν, ἀλλ᾽ ἢ τὸν μόνον σὺν τοῖς ἰδίοις παρ᾽ ἡμῖν καλούμενον
Νῶε, παρ᾽ ὑμῖν δὲ Δευκαλίωνα, ἐξ οὗ πάλιν οἱ τοσοῦτοι γεγόνα-
σιν, ὧν οἱ μὲν φαῦλοι, οἱ δὲ σπουδαῖοι. Οὕτω γὰρ ἡμεῖς τὴν ἐκ-
πύρωσιν φαμὲν γενήσεσθαι, ἀλλ᾽ οὐχ ὡς οἱ Στωϊκοὶ κατὰ τὸν τῆς
εἰς ἄλληλα πάντων μεταβολῆς λόγον, ὃ αἴσχιστον ἐφάνη. Ἀλλ᾽
οὐδὲ καθ᾽ εἱμαρμένην πράττειν τοὺς ἀνθρώπους ἢ πάσχειν τὰ γι- D
νόμενα, ἀλλὰ κατὰ μὲν τὴν προαίρεσιν ἕκαστον κατορθοῦν ἢ ἁμαρ-
τάνειν, καὶ κατὰ τὴν τῶν φαύλων δαιμόνων ἐνέργειαν τοὺς σπου-
δαίους, οἷον Σωκράτην καὶ τοὺς ὁμοίους, διώκεσθαι καὶ ἐν δε-
σμοῖς εἶναι, Σαρδανάπαλον δὲ καὶ Ἐπίκουρον καὶ τοὺς ὁμοίους ἐν
ἀφθονίᾳ καὶ δόξῃ δοκεῖν εὐδαιμονεῖν. Ὃ μὴ νοήσαντες οἱ Στωϊ-
κοὶ καθ᾽ εἱμαρμένης ἀνάγκην πάντα γίνεσθαι ἀπεφήναντο. Ἀλλ᾽ E
ὅτι αὐτεξούσιον τό τε τῶν ἀγγέλων γένος καὶ τῶν ἀνθρώπων τὴν
ἀρχὴν ἐποίησεν ὁ θεός, δικαίως ὑπὲρ ὧν ἂν πλημμελήσωσι τὴν
τιμωρίαν ἐν αἰωνίῳ πυρὶ κομίσονται. Γεννητοῦ δὲ παντὸς ἥδε ἡ

9. ὑμετέρᾳ] Stephan. et Thirlb. minus belle ἡμετέρᾳ.

10. ἐπορκίζοντες] Conjicit H. Steph. (in edit. ep. ad Diogn. p. 95.) ἐξορκίζοντες et mox ἐξορκιστῶν aut certe ἐφορκίζοντες et mox ἐφορκιστῶν, retinet tamen lectionem vulgatam. Et recte quidem. Cf. Dial. c. Tr. c. 85. p. 311. C: ἐπορκισταί, nec adeo inusitatum est hoc vocabulum, de quo Suicerum adeas. Temere igitur ἐξορκ. nostro loco Goezius recepit.

11. κατέχοντας] Cod. Clarom.

enim daemoniis agitatos in toto orbe et in urbe vestra multi ex nostris Christianis, quum per nomen Jesu Christi sub Pontio Pilato crucifixi adjurarent, ab omnibus aliis adjuratoribus et incantatoribus et veneficis non sanatos sanaverunt atque etiamnunc sanant fractis et ejectis daemonibus homines detinentibus.

7. Quare Deus propter Christianorum semen, quod in causa esse novit, cur rerum natura conservetur, tenet se ne confusionem inducat et dissolutionem totius mundi, ita ut nulli jam improbi exstent angeli et daemones et homines. Nam nisi ita esset, non jam vobis haec facere et a pravis daemonibus incitari liceret, sed ignis judicii delapsus nullo discrimine omnia dissolveret, quemadmodum olim diluvium, quod neminem reliquum fecit praeter unum cum suis apud nos vocatum Noachum, apud vos Deucalionem, ex quo rursus tanta hominum multitudo propagata est, partim improborum, partim bonorum. Sic enim nos conflagrationem dicimus futuram, sed non, ut Stoici, secundum omnium rerum mutuae in se invicem conversionis rationem, quod turpissimum videtur. Sed neque fato dicimus homines agere aut ea quae eveniunt pati, sed libero quemque arbitrio praeclare agere aut peccare, bonos autem malorum daemonum operatione, veluti Socratem et alios similes, vexari et in vinculis esse, contra Sardanapalum, Epicurum et alios ejusmodi in rerum omnium copia et splendore beatos videri. Quod quum Stoici minus intelligerent, fati necessitate omnia fieri decreverunt. Quoniam autem Deus ab initio liberum angelorum et hominum genus creavit, merito eorum, quae peccaverunt, supplicia in aeterno igne persolvent. Crea-

κατάσχοντας, sed ad marginem est scriptura vulgaris.

1. *ὃ γινώσκει ἐν τῇ φύσει ὅτι αἴτιόν ἐστιν*] Nihil lucramur Segaarii (ad Clement. Alex. librum Quis dives salv. p. 321.) conjectatione *κρεῖττον* pro *αἴτιον* legentis. Grabius minus recte ita interpretatur: *quod* (Christianorum semen) *praevidet in genere humano (?), quoniam ipse* prima rerum *causa est.* Melius Langus: *quod naturae rerum causam esse novit.* Fortasse sic explicandum: ὃ *γινώσκει, ὅτι αἴτιόν ἐστιν ἐν τῇ φύσει* h. e. quod novit in causa esse, rerum natura (ὁ *πᾶς κόσμος*) cur servetur. Hic certe sensus requiritur.

φύσις, κακίας καὶ ἀρετῆς δεκτικὸν εἶναι· οὐ γὰρ ἂν ἦν ἐπαινετὸν
οὐδὲν αὐτῶν, [2] εἰ οὐκ ἂν ἐπ' ἀμφότερα τρέπεσθαι καὶ δύναμιν 46
εἶχε. Δεικνύουσι δὲ τοῦτο καὶ οἱ πανταχοῦ κατὰ λόγον τὸν ὀρθὸν
νομοθετήσαντες καὶ φιλοσοφήσαντες ἄνθρωποι ἐκ τοῦ ὑπαγορεύειν
[3] τάδε μὲν πράττειν, τῶνδε δὲ ἀπέχεσθαι. Καὶ οἱ Στωϊκοὶ φιλόσοφοι ἐν τῷ περὶ ἠθῶν λόγῳ τὰ αὐτὰ τιμῶσι καρτερῶς, ὡς δηλοῦσθαι ἐν τῷ περὶ ἀρχῶν καὶ ἀσωμάτων λόγῳ οὐκ εὐοδοῦν αὐτούς.
Εἴτε γὰρ καθ' εἱμαρμένην φήσουσι τὰ γινόμενα πρὸς ἀνθρώπων
γίνεσθαι, [4] ἢ μηδὲν εἶναι θεὸν παρὰ τρεπόμενα καὶ ἀλλοιούμενα B
καὶ ἀναλυόμενα εἰς τὰ αὐτὰ ἀεί, καὶ φθαρτῶν μόνων φανήσονται κατάληψιν ἐσχηκέναι καὶ αὐτὸν τὸν θεὸν διά τε τῶν μερῶν [5] καὶ διὰ τοῦ ὅλου ἐν πάσῃ κακίᾳ γινόμενον, ἢ μηδὲν εἶναι κακίαν μηδ' ἀρετήν, ὅπερ καὶ παρὰ πᾶσαν σώφρονα ἔννοιαν καὶ λόγον καὶ νοῦν ἐστί.

8. Καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν Στωϊκῶν δὲ δογμάτων, ἐπειδὴ [1] κἂν
τὸν ἠθικὸν λόγον κόσμιοι γεγόνασιν, ὡς καὶ ἔν τισιν οἱ ποιηταὶ
διὰ τὸ ἔμφυτον παντὶ γένει ἀνθρώπων σπέρμα τοῦ λόγου, μεμι- C
σῆσθαι καὶ πεφονεῦσθαι οἴδαμεν· Ἡράκλειτον μέν, [2] ὡς προέφημεν, καὶ [3] Μουσώνιον δὲ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καὶ ἄλλους οἴδαμεν. Ὡς γὰρ ἐσημάναμεν, πάντας τοὺς κἂν ὁπωσδήποτε κατὰ λόγον βιοῦν σπουδάζοντας καὶ κακίαν φεύγειν μισεῖσθαι ἀεὶ ἐνήργησαν οἱ δαίμονες. Οὐδὲν δὲ θαυμαστόν, [4] εἰ τοὺς οὐ κατὰ σπερματι-

2. εἰ οὐκ ἂν] Ita cum Goezio rescribo. Thirlbius vult εἰ οὐκ καὶ (aut οὐκ ἂν) ἐπ' ἀμφ. τρεπ. δύν. εἶχε. Vulgo εἰ οὐκ ἦν ἐπ' etc..

3. τάδε] Ita Goezius recte Thirlbii conjecturam secutus ob sequens τῶνδε edidit pro vulg. τόδε.

4. ἢ μηδὲν etc.] Locum non intelligens vult Thalemann., si recte video, verba ἢ μηδὲν ... αὐτὰ ἀεί collocari post κακίᾳ γινόμενον, quod praeter Goezium nemini puto probatum iri. Ad μηδὲν εἶναι θεὸν ex antecedentibus φήσουσι suppleas, pro vulg. παρατρεπόμενα legas παρὰ τρεπόμενα et ante φθαρτῶν restituas καί; ἐσχηκέναι denique referendum videtur ad καὶ αὐτὸν τὸν θεόν. Sic sana omnia erunt ac liquida, ut ante me Maranus vidit. Haec interpretatio firmatur gemello Apol. I. c. 28. p. 71. C (coll. c. 43. p. 81. A) loco, ubi illo V. D. jam observante pariter Justinus ex Stoicorum de fato sententia ista incommoda consequi pronuntiat, ut vel Dei natura evertatur vel omne virtutem inter ac vitium tollatur discrimen.

5. καὶ διὰ] Maran. διά τε.

1. κἂν] Arcerius mallet κατά, quod in talibus loquendi generibus

tae autem cujuslibet rei haec natura est, ut virtutis et vitii sit capax; neque enim quidquam laudabile faceret, nisi sese in utramque partem vertendi facultatem haberet. Atque id etiam homines declarant, qui in qualibet regione apte ad rectam rationem leges tulere aut philosophati sunt, ex eo quod alia fieri praescribant, alia vitari. Etiam Stoici, quum de moribus disputant, eadem constanter probant, ut facile pateat in principiis et rebus incorporeis pertractandis non rectam eos viam insistere. Nam si fato fieri dicunt, quae ab hominibus fiunt, vel Deum nihil aliud esse statuunt praeter ea, quae vertuntur et immutantur et in eadem semper resolvuntur, sicque nullius rei, quae quidem corruptioni non sit obnoxia, notionem habere, ac Deum ipsum tum per partes tum per universum in omni miseria et nequitia constituere videbuntur: vel nihil esse vitium neque virtutem, quod ab omni sana notione et ratione et mente alienum est.

8. Quia tamen Stoici in his saltem, quae de moribus dixerunt, praeclare sese habuerunt, id quod poetis interdum contigit propter insitum omni hominum generi Logi semen, eos qui ab hac disciplina profecti sunt, odiis flagrasse et occisos esse scimus: Heraclitum quidem, ut antea diximus, et Musonium in his qui nostra aetate floruerunt et alios novimus. Effecere enim semper daemones, quemadmodum demonstravimus, ut qui quovis modo secundum Logon vivere et vitium fugere studerent, ii omnes odio haberentur. Minime autem mirum,

omitti solet: recepit Goezius; Braunius *κἂν* delendum censet. Retinemus vulgatam haud ineptam; similiter infra legitur.

2. *ὡς προέφημεν*] Cf. Apol. I. c. 46. p. 83. C. Vid. c. 4. not. 2..

3. *Μουσώνιον*] Musonii multi fuerunt: vix tamen dubium esse potest, quin hic noster Musonius Tyrrhenus ille philosophus Stoicus sit, quem Suidas *διὰ τὴν παῤῥουσίαν καὶ τὸ ἐλεγκτικὸν καὶ τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἐλευθερίας* a Nerone interfectum narrat. *Thirlbius.*

4. *εἰ τοὺς οὐ*] Negativam particulam *οὐ* in Codd. mstis et editis omissam addere non dubitavi. Ad *λόγου μέρος* autem subaudias *βιοῦν σπουδάζοντας*, quas voces antea positas non necesse fuit repetere, ut Maranus probe adnotavit. Ita omnia sana et perspicua erunt: Ethnici juxta particulam *λόγου*, Christiani autem secundum totum *λόγον* vixe-

κοῦ λόγου μέρος, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ παντὸς λόγου, ὅ ἐστι Χρι- D
στοῦ, γνῶσιν καὶ θεωρίαν πολὺ μᾶλλον μισεῖσθαι οἱ δαίμονες ἐλεγ-
χόμενοι ἐνεργοῦσιν· οἳ τὴν ἀξίαν κόλασιν καὶ τιμωρίαν κομίσονται
ἐν αἰωνίῳ πυρὶ ἐγκλεισθέντες. Εἰ γὰρ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἤδη
διὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡττῶνται, δίδαγμά ἐστι τῆς καὶ
μελλούσης αὐτοῖς καὶ τοῖς λατρεύουσιν αὐτοῖς [5] *ἐσομένης ἐν πυρὶ*
αἰωνίῳ κολάσεως. Οὕτως γὰρ καὶ οἱ προφῆται πάντες προεκήρυ- E
ξαν γενήσεσθαι, καὶ Ἰησοῦς ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος ἐδίδαξε.

9. *Ἵνα δὲ μή τις εἴπῃ τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν νομιζομένων* 47 D
φιλοσόφων, ὅτι κόμποι καὶ φόβητρά ἐστι τὰ λεγόμενα ὑφ' ἡμῶν,
ὅτι κολάζονται ἐν αἰωνίῳ πυρὶ οἱ ἄδικοι, καὶ διὰ φόβον, ἀλλ' οὐ
διὰ τὸ καλὸν εἶναι καὶ ἀρεστὸν ἐναρέτως βιοῦν τοὺς ἀνθρώπους
ἀξιοῦμεν, βραχυεπῶς πρὸς τοῦτο ἀποκρινοῦμαι, ὅτι, εἰ μὴ τοῦτό
ἐστιν, οὔτε ἐστὶ θεός, ἢ εἰ ἔστιν, οὐ μέλει αὐτῷ τῶν ἀνθρώπων,
καὶ οὐδέν ἐστιν ἀρετὴ οὐδὲ κακία, καί, [1] *ὡς προέφημεν, ἀδίκως* E
τιμωροῦσιν οἱ νομοθέται τοὺς παραβαίνοντας τὰ διατεταγμένα καλά.
Ἀλλ' ἐπεὶ οὐκ ἄδικοι ἐκεῖνοι [2] *καὶ ὁ αὐτῶν πατὴρ τὰ αὐτὰ αὐτῷ* 48
πράττειν διὰ τοῦ λόγου διδάσκων, οἱ τούτοις συντιθέμενοι οὐκ ἄδι-
κοι. Ἐὰν δέ τις τοὺς διαφόρους νόμους τῶν ἀνθρώπων προβάλη-
ται, λέγων ὅτι παρ' οἷς μὲν ἀνθρώποις [3] *τάδε καλά, τὰ δὲ αἰσχρὰ*
νενόμισται, παρ' ἄλλοις δὲ τὰ παρ' ἐκείνοις αἰσχρὰ καλά, καὶ τὰ
καλὰ αἰσχρὰ νομίζεται, ἀκουέτω καὶ τῶν εἰς τοῦτο λεγομένων. Καὶ
νόμους διατάξασθαι τῇ ἑαυτῶν κακίᾳ ὁμοίους τοὺς πονηροὺς ἀγ-
γέλους ἐπιστάμεθα, οἷς χαίρουσιν οἱ ὅμοιοι γενόμενοι ἄνθρωποι,

runt; quapropter in gravius, quam illi, daemonum odium irruerunt. — Rejiciendae igitur sunt conjecturae Perionii *τοὺς* post *ἀλλὰ* repetentis (quod et Sylburg. et Braun. probant), Sylburgii *εἰ οὐ κατὰ ... θεωρίαν βιοῦν σπουδάζοντας πολὺ* etc. legentis, Grabii *εἴτ' οὐ τοὺς κατὰ... ἀλλὰ τοὺς κατὰ τὴν τοῦ παντὸς λόγου, ὅ* (*ὅς*) *ἐστι Χριστοῦ* (*Χριστὸς*), *γνῶσιν.* Jam Perionius malebat *ὅς ἐστι Χριστός.* Sine ratione; nam *ὅ ἐστι* idem est quod *τουτέστι.* Idem V. D. legit *ἐλέγχονται ἐνεργοῦντες.* Nec hac mutatione opus est; sensus enim est Sylburgio monente: *ἐνεργοῦσι μισεῖσθαι διὰ τὸ ἐλέγχεσθαι* h. e. quod coarguuntur suae improbitatis.

5. *ἐσομένης*] Commodius sane Sylburgio et Marano notantibus esset *ἔσεσθαι.*

1. *ὡς προέφημεν*] Cf. c. 7. p. 46. A.

2. *καὶ ὁ αὐτῶν* etc.] Locus perperam tentatus. Pro *αὐτῷ* vult

si, qui non ad partem aliquam Logi disseminati vitam instituere student, sed ad totius Logi, hoc est Christi, cognitionem et contemplationem, in eos multo majora convicti daemones odia concitant; qui quidem debitas poenas ac supplicia in aeterno igne inclusi persolvent. Nam si jam ab hominibus per nomen Jesu Christi superantur, documentum est futuri illis et eorum cultoribus in aeterno igne supplicii. Ita enim et prophetae omnes praenuntiaverunt futurum, et magister noster Jesus edocuit.

9. Sed ne quis forte idem dicat, quod ii qui existimantur philosophi, strepitus inanes esse ac terricula, quae de improborum in igne aeterno cruciatibus dicimus, ac nostram eo spectare sententiam, ut virtutem homines metu conducti colant, non propter ipsius pulchritudinem nec quia illis placet: paucis respondebo, nisi ita se res habeat, vel Deum non esse, vel, si sit, nullam hominum curam gerere, nec quidquam esse virtutem et vitium, ac inique, prout diximus, a legum latoribus puniri, qui praeclara instituta transgrediuntur. Sed quum iniqui non sint eorumque parens eadem, quae ipse facit, facere per Logon praecipiat, non iniqui sunt qui eis obsequuntur. Si quis autem varias hominum leges objiciat dicens apud alios quidem praeclara quaedam et quaedam turpia censeri, et quae apud istos turpia, apud alios praeclara, et quae praeclara, turpia existimari: is audiat quid ea quoque de re dicamus. Quum leges ab improbis angelis accommodate ad eorum nequitiam institutas scimus, quibus similes eorum homines delectan-

Sylburgius adstipulante Goezio αὐτοῖς et Grabius αὐτὸν vel αὑτόν. Maranus οἱ τούτοις οὐ συντιϑ. ἄδικοι conjicit et Thalemannus perverse οὐδ' ὁ αὐτῶν etc.. Melius Langus et Braunius legunt καὶ οἱ τούτοις etc.; hic ita vertit: *Sed cum illi iniqui non sint: ne eorum pater quidem (?), qui eadem, atque ipse fecit, facere per Verbum docet, neque qui his praeceptis obediunt, inique agunt.* Sed ne καὶ quidem videtur opus esse. Sensus: Quum legislatores iniqui non sint, sed multa praeclare praecipiant Dei Logo accommodata, minime iniqui sunt, qui eis obsequuntur. Proinde (id quod mente suppleri potest) iniqui sunt, qui illis non obsequuntur.

3. τάδε] Fortasse Justinus τὰ μὲν scripsit. Sed vulgatam lectionem facile ferimus.

καὶ ὀρθὸς λόγος παρελθὼν οὐ πάσας δόξας οὐδὲ πάντα δόγματα B καλὰ ἀποδείκνυσιν, ἀλλὰ τὰ μὲν φαῦλα, τὰ δὲ ἀγαθά· ὥστε μοι καὶ πρὸς τοὺς τοιούτους τὰ αὐτὰ καὶ τὰ ὅμοια [4] εἰρήσεται, καὶ λεχθήσεται διὰ πλειόνων ἐὰν χρεία ᾖ. Τανῦν δὲ ἐπὶ τὸ προκείμενον ἀνέρχομαι.

10. Μεγαλειότερα μὲν οὖν πάσης ἀνθρωπείου διδασκαλίας φαίνεται τὰ ἡμέτερα [1] διὰ τὸ λογικὸν τὸ ὅλον τὸν φανέντα δι' ἡμᾶς Χριστὸν γεγονέναι, καὶ σῶμα καὶ λόγον καὶ ψυχήν. Ὅσα γὰρ καλῶς ἀεὶ ἐφθέγξαντο καὶ εὗρον οἱ φιλοσοφήσαντες ἢ νομοθετήσαντες, C κατὰ λόγου μέρος εὑρέσεως καὶ θεωρίας ἐστὶ πονηθέντα αὐτοῖς. Ἐπειδὴ δὲ οὐ πάντα τὰ τοῦ λόγου ἐγνώρισαν, ὅς ἐστι Χριστός, καὶ ἐναντία ἑαυτοῖς πολλάκις εἶπον. Καὶ [2] οἱ προγεγενημένοι τοῦ Χριστοῦ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, λόγῳ πειραθέντες τὰ πράγματα θεωρῆσαι καὶ ἐλέγξαι, ὡς ἀσεβεῖς καὶ περίεργοι εἰς δικαστήρια ἤχθησαν. Ὁ πάντων δὲ αὐτῶν εὐτονώτερος πρὸς τοῦτο γενόμενος Σωκράτης τὰ αὐτὰ ἡμῖν ἐνεκλήθη· καὶ γὰρ ἔφασαν D [3] αὐτὸν καινὰ δαιμόνια εἰσφέρειν, καὶ οὓς ἡ πόλις νομίζει θεοὺς μὴ ἡγεῖσθαι αὐτόν. [4] Ὁ δὲ δαίμονας μὲν τοὺς φαύλους [5] καὶ τοὺς πράξαντας ἃ ἔφασαν οἱ ποιηταί, ἐκβαλὼν τῆς πολιτείας καὶ Ὅμηρον καὶ τοὺς ἄλλους ποιητάς, παραιτεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους ἐδίδαξε, πρὸς [6] θεοῦ δέ, τοῦ ἀγνώστου αὐτοῖς, διὰ λόγου ζητήσεως ἐπίγνωσιν προὐτρέπετο εἰπών· [7] Τὸν δὲ πατέρα καὶ δημιουργὸν E πάντων οὔθ' εὑρεῖν ῥᾴδιον, οὔθ' εὑρόντα εἰς πάντας εἰπεῖν ἀσφαλές. [8] Ἃ ὁ ἡμέτερος Χριστὸς διὰ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως ἔπραξε. Σωκράτει μὲν γὰρ οὐδεὶς [9] ἐπείσθη ὑπὲρ τούτου τοῦ δόγματος ἀποθνήσκειν, Χριστῷ δέ, τῷ καὶ ὑπὸ Σωκράτους ἀπὸ μέρους γνω-

4. *εἰρήσεται*] Verius esse existimat Sylburg. εἰρήσθω τε vel εἴρηταί τε h. e. *dicta jam sunt et dicentur fusius.*

1. *διὰ τὸ*] Vulgo διὰ τοῦτο. Reposui τό, quod Perion. conjecit nec Thirlb. et Maran. respuerunt; certe rectius dicitur quam διὰ τοῦ τό, quod Grabio, Pearsono, Goezio et Braunio placet. Aperte autem hoc loco S. Justinus idem quod posthac Apollinaris docuit. — De verbis quae sequuntur κατὰ λόγου μέρος etc. vid. c. 13. not. 4..

2. *οἱ προγεγενημένοι*] Ita Thirlb. emendavit vulgarem scripturam προγεγραμμένοι. Cf. Apol. I. c. 46. p. 83. B. In textu posui cum Goezio.

3. *αὐτὸν καινὰ ... αὐτόν*] Vid. Apol. I. c. 5. not. 7..

4. *Ὁ δὲ δαίμονας etc.*] Cf. Plat. de republ. II. p. 377. sqq. ed Steph.

tur, tum vero rectus Logos adveniens non omnes opiniones nec decreta omnia praeclara esse demonstrat, sed quaedam mala, quaedam bona; quare ejusmodi hominibus eadem dicam et similia, et uberius, si opus erit, disseram. Nunc ad propositum redeo.

10. Liquet ergo res nostras esse omni humana doctrina sublimiores, quia totus Logos exstitit Christus, qui pro nobis apparuit, nempe corpus et Logos et anima. Quaecumque enim praeclare umquam dixere aut excogitavere philosophi aut legumlatores, haec invento et considerato aliqua ex parte Logo elaboraverunt. Sed quia non omnia quae sunt Logi, qui est Christus, cognoverunt, persaepe secum ipsis pugnantia dixerunt. Et qui Christo secundum humanam naturam antiquiores unamquamque rem ratione investigare aut refellere aggressi sunt, ii ut impii et curiosi in judicium abducti fuere. Quorum omnium longe firmissimus hac in re Socrates in eadem ac nos crimina vocatus est; dixerunt enim: *nova ab eo daemonia induci, et quos civitas existimat deos ab eo non existimari.* Atque hic quidem quum et Homerum et ceteros poetas ejiceret e civitate, auctor erat hominibus, ut daemones quippe malos eaque perpetrantes, quae poetae scripserunt, aversarentur, Deum autem ignotum ut rationis investigatione cognoscerent, his eos verbis hortabatur: *Parentem et opificem universorum neque invenire facile, nec, si inveneris, apud omnes praedicare tutum est.* Haec autem Christus noster sua ipsius potestate praestitit. Socrati enim nemo tantum habuit fidei, ut pro hac sententia mortem oppeteret, Christo

(Opp. ep. Bip. Vol. VI. p. 247. sqq.) et X. p. 595. sqq. (Vol. VII. p. 283. sqq.).

5. *καὶ τοὺς*] Melius abesset *καὶ* vel *τοὺς* Marano (in Addend.) observante.

6. *θεοῦ . . . ἀγνώστου*] Coll. Act. apost. XVII. 23..

7. *Τὸν δὲ . . . ἀσφαλές*] Vid. Cohort. ad Gr. c. 38. not. 11..

8. *Ἅ*] Sunt, opinor, quibus facile persuadere possem, Justinum non *ἃ* scripsisse sed *ὅ*. Verum nihil muto. *Thirlbius.*

9. *ἐπείσθη*] Vulgo *ἐπιστεύθη*, qua in forma confusa est Sylburgio adnotante duplex lectio *ἐπίστευσεν* et *ἐπείσθη*. Et hoc quidem cum Goezio reposui; mox enim *ἐπείσθησαν.*

σθέντι (λόγος γὰρ ἦν καί ἐστιν ὁ ἐν παντὶ ὤν, καὶ διὰ τῶν προ- 49
φητῶν προειπὼν τὰ μέλλοντα γίνεσθαι καὶ δι' ἑαυτοῦ ὁμοιοπαθοῦς
γενομένου καὶ διδάξαντος ταῦτα), οὐ φιλόσοφοι οὐδὲ φιλολόγοι μό-
νον ἐπείσθησαν, ἀλλὰ καὶ χειροτέχναι καὶ παντελῶς ἰδιῶται καὶ
δόξης καὶ φόβου καὶ θανάτου καταφρονήσαντες· [10] ἐπειδὴ δύνα-
μίς ἐστι τοῦ ἀῤῥήτου πατρὸς καὶ οὐχὶ ἀνθρωπείου λόγου κατασκευή.

11. Οὐκ ἂν δὲ οὐδὲ ἐφονευόμεθα οὐδὲ δυνατώτεροι ἡμῶν
ἦσαν οἵ τε ἄδικοι ἄνθρωποι καὶ δαίμονες, εἰ μὴ πάντως παντὶ
γεννωμένῳ ἀνθρώπῳ καὶ θανεῖν ὠφείλετο· ὅθεν καὶ τὸ ὄφλημα B
ἀποδιδόντες εὐχαριστοῦμεν. Καίτοι γε καὶ τὸ [1] Ξενοφώντειον ἐκεῖνο
νῦν πρός τε Κρίσκεντα καὶ τοὺς ὁμοίως αὐτῷ ἀφραίνοντας καλὸν
καὶ εὔκαιρον εἰπεῖν ἡγούμεθα. Τὸν Ἡρακλέα ἐπὶ τρίοδόν τινα
ἔφη [2] ὁ Ξενοφῶν βαδίζοντα εὑρεῖν τήν τε Ἀρετὴν καὶ τὴν Κακίαν,
ἐν γυναικῶν μορφαῖς φαινομένας. Καὶ τὴν μὲν Κακίαν, ἁβρᾷ
ἐσθῆτι καὶ [3] ἐρωτοπεποιημένῳ, καὶ ἀνθοῦντι ἐκ τῶν τοιούτων προσ- C
ώπῳ, θελκτικήν τε εὐθὺς [4] πρὸς τὰς ὄψεις οὖσαν, εἰπεῖν πρὸς
τὸν Ἡρακλέα, ὅτι, ἢν αὐτῇ ἕπηται, ἡδόμενόν τε καὶ κεκοσμημέ-
νον τῷ λαμπροτάτῳ καὶ ὁμοίῳ τῷ περὶ αὐτὴν κόσμῳ διαιτήσειν
ἀεὶ ποιήσει. Καὶ τὴν Ἀρετὴν ἐν αὐχμηρῷ μὲν τῷ προσώπῳ καὶ
τῇ περιβολῇ οὖσαν εἰπεῖν· Ἀλλ' ἢν ἐμοὶ πείθῃ, οὐ κόσμῳ οὐδὲ
κάλλει τῷ ῥέοντι καὶ φθειρομένῳ ἑαυτὸν κοσμήσεις, ἀλλὰ τοῖς ἀϊ- D
δίοις καὶ καλοῖς κόσμοις. Καὶ πάνθ' ὁντινοῦν πεπείσμεθα φεύ-
γοντα τὰ δοκοῦντα καλά, τὰ δὲ νομιζόμενα σκληρὰ καὶ [5] ἄλογα
μετερχόμενον [6] εὐδαιμονίαν ἐκδέχεσθαι. Ἡ γὰρ κακία, πρόβλημα
ἑαυτῆς τῶν πράξεων τὰ προσόντα τῇ ἀρετῇ καὶ ὄντως ὄντα καλὰ
διὰ μιμήσεως [7] ἀφθαρτῶν περιβαλλομένη (ἄφθαρτον γὰρ οὐδὲν E

10. ἐπειδὴ ... κατασκευή] Male vulgo λόγου τὰ σκεύη. Pearson. et Thalemann. bene conjecerunt κατασκευή, quod Braun. probat et Goez. textui inseruit. Ep. ad Diogn. c. 7. p. 499. A: Ταῦτα ἀνθρώπου οὐ δοκεῖ τὰ ἔργα, ταῦτα δύναμίς ἐστι θεοῦ.

1. Ξενοφώντειον ἐκεῖνο] Stephan. et Maran. Ξενοφώτειον.

2. ὁ Ξενοφῶν] Locus hic exstat in Xenophont. Memorab. Socr. II. c. 1. p. 107. sqq. ed. Herbst., unde etiam repetierunt Cicero de offic. I. c. 32., Lucian. Somn. c. 6., Silius Ital. Pun. XV. 18. sqq. multique alii.

3. ἐρωτοπεποιημένῳ] Veretur Thalemannus, ne legendum sit χρωματοπεπ., quum Xenophon (l. c.) dicat κεκαλλωπισμένην δὲ τὸ μὲν χρῶμα. Defendit lectionem receptam Braunius his Xenophontis ver-

autem, quem Socrates aliqua ex parte cognovit (erat enim et est Logos ille omnia pervadens, qui et per prophetas futura praedixit et per se ipsum, quum natura nostra suscepta haec doceret), non philosophi solum et literati homines credidere, sed operarii etiam et omnino imperiti, qui et gloriam et metum et mortem contemserunt: quandoquidem haec virtus inenarrabilis patris efficit, non humanae orationis artificium.

11. Nec vero occideremur nec potentiores nobis essent iniqui homines et daemones, nisi omnino cuilibet homini genito etiam mori constitutum esset; hinc quum debitum persolvimus, gratias agimus. Nunc autem in Crescentem et eos, qui eadem ac ille insaniunt, praeclarum et opportunum esse arbitror Xenophontis illud proferre. Herculem enim scribit Xenophon in quodam trivio ambulantem incidisse in Virtutem et Vitiositatem, quae ei specie muliebri visae essent. Ac Vitiositatem quidem molli et ad amores apto vestitu, et florescenti ex his ornamentis vultu, et oculis ad demulcendum promtis ita Herculem allocutam: *Si se sequeretur, facturam ut splendidissimo cultu, qualem gestaret ipsa, laetus et decorus perpetuo degeret.* Virtutem autem squallenti vultu ac veste ita dixisse: *Si mihi obsequeris, non te caduco et perituro cultu ac decore exornabis, sed aeternis et praeclaris ornamentis.* Quisquis igitur ea fugit, quae videntur pulchra, ea autem persequitur, quae dura et stulta existimantur, hunc pro certo tenemus beatam vitam adepturum. Vitium enim, postquam actionibus suis veluti quoddam integumentum ea, quae insunt virtuti ac vere bona sunt, imitatione rerum incorruptibilium obtendit (nihil enim incorruptibile habere aut facere potest), in servitutem redigit

bis: *ἐσθῆτα δὲ ἐξ ἧς ἂν μάλιστα ὥρα διαλάμποι.*

4. *πρὸς τὰς ὄψεις οὖσαν*] Apud Xenophontem *ὄμματα ἔχειν ἀναπεπταμένα.* Quare Maranus lubentius *θελκτικήν τε εὐθὺς τὰς ὄψεις οὖσαν* scriberet.

5. *ἄλογα*] Sylburg. male conjecit *ἀλγεινὰ* (hoc Goez. collocavit in textu) vel *ἀλγηρά*, Pearson. *ἄκοσμα.*

6. *εὐδαιμ. ἐκδ.*] Commendavit Thirlb. *εὐδαιμονεῖν ἐνδέχεσθαι*, Goez. textui inseruit.

7. *ἀφθαρτῶν*] Ita pro *φθαρτῶν* legendum cum Marano et Goezio. Non enim, recte inquit ille,

ἔχει οὐδὲ ποιῆσαι δύναται), δουλαγωγεῖ τοὺς χαμαιπετεῖς τῶν ἀνθρώπων, τὰ προσόντα αὐτῇ φαῦλα τῇ ἀρετῇ περιθεῖσα. Οἱ δὲ νενοηκότες τὰ προσόντα τῷ ὄντι καλὰ καὶ [8] ἄφθαρτοι τῇ ἀρετῇ· ὃ καὶ περὶ Χριστιανῶν καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ ἄθλου τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν τοιαῦτα πραξάντων, ὁποῖα [9] ἔφασαν οἱ ποιηταὶ περὶ τῶν νομιζομένων θεῶν, ὑπολαβεῖν δεῖ [10] πάντα νουνεχῇ, ἐκ τοῦ καὶ [11] τοῦ φευκτοῦ καταφρονεῖν ἡμᾶς θανάτου λογισμὸν ἕλκοντα.

12. [1] Καὶ γὰρ αὐτὸς ἐγὼ τοῖς Πλάτωνος χαίρων διδάγμασι,
διαβαλλομένους ἀκούων Χριστιανούς, ὁρῶν [2] δὲ ἀφόβους πρὸς
θάνατον καὶ πάντα τὰ ἄλλα νομιζόμενα φοβερά, ἐνενόουν ἀδύνα-
τον εἶναι ἐν κακίᾳ καὶ φιληδονίᾳ ὑπάρχειν αὐτούς. Τίς γὰρ φιλή-
δονος ἢ ἀκρατὴς καὶ [3] ἀνθρωπίνων σαρκῶν βορὰν ἀγαθὸν ἡγού- B
μενος δύναιτ' ἂν θάνατον ἀσπάζεσθαι, ὅπως [4] τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν
στερηθῇ, ἀλλ' οὐκ ἐκ παντὸς ζῆν [5] μὲν ἀεὶ τὴν ἐνθάδε βιοτὴν καὶ
λανθάνειν τοὺς ἄρχοντας ἐπειρᾶτο, οὐχ ὅτι γε ἑαυτὸν [6] κατήγγειλε
φονευθησόμενον; Ἤδη καὶ τοῦτο ἐνήργησαν οἱ φαῦλοι δαίμονες
διά τινων πονηρῶν ἀνθρώπων πραχθῆναι. Φονεύοντες γὰρ αὐτοί
τινας ἐπὶ συκοφαντίᾳ τῇ εἰς ἡμᾶς καὶ εἰς βασάνους [7] εἵλκυσαν οἰ-
κέτας τῶν ἡμετέρων ἢ παῖδας ἢ γύναια, καὶ δι' αἰκισμῶν φοβερῶν C
ἐξαναγκάζουσι κατειπεῖν ταῦτα τὰ μυθολογούμενα, ἃ αὐτοὶ φανε-

corruptibilia, sed incorruptibilia imitando vitiositas sub virtutis ornamentis delitescit. Obloquitur Braunius sine causa.

8. ἄφθαρτοι] Perion. et Goez. legunt ἄφθαρτα praeter necessitatem. Heumannus (Miscell. Lips. nov. Vol. III. P. 2. p. 227.) Οἱ δὲ νεν. τὰ ὄντως ὄντα καλὰ ἄφθαρτοι τῇ ἀρετῇ, nimis recedens a vulgato contextu.

9. ἔφασαν] Uterque Cod. mstus et editi vitiose ἔφθασαν. Solus Goez. probe ἔφασαν, quod primus Perion. conjecit ceterique probaverunt.

10. πάντα νουνεχῇ etc.] Cod. Reg. ὑπολαβεῖν δεῖ· πάντα οὖν ἔχει etc.; et sic editores Goezio excepto. In Clarom. reperitur tantum ὑπολαβεῖν δεῖ πάντα λογισμὸν ἕλκοντα, ita tamen, ut quae omisit scriba, ad marginem restituta sint ab alia manu. Perion. pro ἔχει legendum arbitratur ἐστί, quod ad sequens ἕλκοντα refert, ut ἔστιν ἕλκ. sit *distrahunt.* Sylburg. pro ἐκ τοῦ καὶ τοῦ φευκτοῦ commendat εὐκτοῦ καὶ οὐ φευκτοῦ. Ingeniose autem Thirlbius pro οὖν ἔχει refingendum censet νουνεχῇ, ἐκ τοῦ etc., quod omnes posthac editores consensu comprobaverunt. At non adeo necessarium est cum illo legere: καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ ἄθλου (Perion. καὶ τῶν ἀνθρώπων τῶν ἀπὸ τοῦ ἄθλου), καὶ τῶν ἀνθρώπων τῶν τοιαῦτα πραξ. (Goez. τῶν ἀνθρ. τοιαῦτα πραξ.), vel cum Heumanno (l. c.

homines humi affixos, mala sibi inhaerentia virtuti affingens. Qui autem vera bona internoscunt, ii per virtutem sunt incorrupti; quod quidem et de Christianis ac de athletis iisque qui res ejusmodi gessere, quales poëtae de celebratis hominum opinione diis scripsere, non insulsissimus quisque existimare debet, hoc ductus argumento, quod mortem, quae videtur fugienda, contemnamus.

12. Nam et ipse ego, quum Platonis doctrina delectarer audiremque de criminibus in Christianos conjectis, eos autem ad mortem et ad omnia alia, quae videntur metuenda, impavidos cernerem, fieri non posse intelligebam, ut in nequitia et in voluptatum amore viverent. Quis enim libidinosus et intemperans ac humanae carnis epulas in bonis numerans mortem amplecti possit, ut bonis suis careat, ac non potius omnino in hac vita semper versari et magistratus latere conetur, nedum seipsum deferat morte damnandum? Ac pravorum quidem daemonum impulsu jam nefarii quidam homines hoc facinus edidere. Quum enim nonnullos occiderent ob afficta illa nobis crimina, rapuerunt etiam ad tormenta nostrorum servos, aut pueros aut mulierculas, ac horrendis cruciatibus fabulosa illa

p. 227. sq.): *ὁ κ. π. Χρ., τῶν ἁπλουτάτων* [sic] *ἀνθρώπων καὶ μὴ τοιαῦτα πραξάντων, ὁποῖα ... νουνεχῆ, ἐκ τοῦ καὶ αὐτοὺς καταφρ. θανάτου* etc.. — Athletae aliique, exemplum deorum quorumdam (v. c. Herculis) imitati, in eo Christianis sunt similes, quod spretis voluptatibus morti constanter se offerunt.

11. *τοῦ*] Perperam omissum a Marano et Braunio.

1. *Καὶ γὰρ ... φονευθησόμενον*] Citat hunc locum Eusebius Hist. eccl. IV. c. 8. (ed. Heinichen. Tom. I.) p. 312. sq..

2. *δὲ*] Euseb. *δὲ καί*. Mox apud eumdem deest *ἄλλα*.

3. *ἀνθρωπίνων*] Euseb. *ἀνθρωπείων*. Mox *ἡγούμ. ἀγαθόν*. Ceterum vid. Apol. I. c. 26. not. 29..

4. *τ. αὐτοῦ ἀγαθῶν στερηθῇ*] Euseb. *τ. ἑαυτοῦ στερηθείη ἐπιθυμιῶν*.

5. *μὲν*]. Disideratur apud Eusebium, ut paulo infra *γε*.

6. *κατήγγειλε*] H. Stephan. (in edit. ep. ad Diogn. p. 84.) Justini verba ad grammaticas revocans regulas vult *κατήγγελλε* (sic et Sylburg. ex Eusebio); sed quum eidem pro *ἐπειρᾶτο* videatur scriptum esse *πειρῷτο*, quod respondeat illi *δύναιτο*, *καταγγεῖλαι* reponi jubet. Editores recte sustinuerunt se ab assensu..

7. *εἵλκυσαν*] Thirlb. conjecit *ἕλκουσιν*, quod Goez. recepit in contextum.

ρῶς πράττουσιν· ὧν ἐπειδὴ οὐδὲν πρόσεστιν ἡμῖν, οὐ φροντίζομεν,
θεὸν τὸν ἀγέννητον καὶ ἄῤῥητον μάρτυρα ἔχοντες τῶν τε λογισμῶν
καὶ τῶν πράξεων. Τίνος γὰρ χάριν οὐχὶ καὶ ταῦτα δημοσίᾳ ὡμο-
λογοῦμεν ἀγαθὰ καὶ φιλοσοφίαν θείαν αὐτὰ ἀπεδείκνυμεν, [8] φά- D
σκοντες Κρόνου μὲν μυστήρια τελεῖν ἐν τῷ ἀνδροφονεῖν, καὶ ἐν
τῷ αἵματος ἐμπίπλασθαι, ὡς λέγεται, τὰ ἴσα [9] τῷ παρ' ὑμῖν τιμω-
μένῳ εἰδώλῳ, ᾧ οὐ μόνον ἀλόγων ζώων αἵματα προσραίνεται,
ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπεια, διὰ τοῦ παρ' ὑμῖν ἐπισημοτάτου καὶ εὐγενε-
στάτου ἀνδρὸς τὴν πρόσχυσιν τοῦ τῶν φονευθέντων αἵματος
[10] ποιούμενοι, Διὸς δὲ καὶ τῶν ἄλλων θεῶν μιμηταὶ γενόμενοι ἐν E
τῷ ἀνδροβατεῖν καὶ γυναιξὶν ἀδεῶς μίγνυσθαι, Ἐπικούρου μὲν καὶ
τὰ τῶν ποιητῶν συγγράμματα ἀπολογίαν φέροντες; Ἐπειδὴ δὲ ταῦ-
τα τὰ μαθήματα καὶ τοὺς ταῦτα πράξαντας καὶ μιμουμένους φεύ-
γειν πείθομεν, ὡς καὶ νῦν διὰ τῶνδε τῶν λόγων ἠγωνίσμεθα, ποι- 51
κίλως πολεμούμεθα· ἀλλ' οὐ φροντίζομεν, ἐπεὶ θεὸν τῶν πάν-
των ἐπόπτην δίκαιον οἴδαμεν. Εἰ δὲ καὶ νῦν τις [11] ἂν τραγικῇ
φωνῇ ἀνεβόησεν ἐπί τι βῆμα ὑψηλὸν ἀναβάς· Αἰδέσθητε, αἰδέ-
σθητε ἃ φανερῶς πράττετε εἰς ἀναιτίους ἀναφέροντες, καὶ τὰ
προσόντα καὶ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς ὑμετέροις θεοῖς περιβάλλοντες

8. *φάσκοντες Κρόνου* etc.] Aptissime hîc a Martyre memoratur Saturnus; is enim puerorum sanguine maxime gaudebat, Christiani autem pueros dicebantur mactare. Prae ceteris Phoenices eorumque coloniae deum istum victimis colebant. Quarum coloniarum nobilissima Carthago metropolin suam impietate superavit. Cf. Lactant. Institt. div. I. c. 21. et Euseb. Praepar. ev. IV. c. 15. sqq. p. 154. sqq. ed. Viger. Colon.. Neque urbe eversa istud scelus exstinctum est, verum etiam post vetitam Romanis legibus humanarum hostiarum immolationem, imo post sacerdotes in arboribus templi sui obumbratricibus per Tiberium proconsulem crucibus expositos Afri nihilominus eadem sacrificia in occulto faciebant, uti Tertullianus, ipse Afer, memoriae prodidit (Apol. c. 9. [Opp. ed. Leopold. P. I.] p. 67.). Has observationes Thirlbio debemus.

9. *τῷ παρ' ὑμῖν τιμωμένῳ εἰδώλῳ*] Sc. *τελεῖν*. Locus apprime est insignis. Etenim his Justinus verbis Jovem Latiarem designat, cui illo ipso tempore Romae homines immolabantur. Quam superstitionem omnes Apologetae Romanis objiciebant, praecipue Tertullianus, qui in Apol. c. 8. p. 68. nostrum fortasse Justinum imitatus: Ecce, inquit, in illa religiosissima urbe Aeneadarum piorum est J u p i t e r q u i d a m, q u e m l u d i s s u i s h u m a n o p r o l u u n t s a n g u i n e. Sed bestiarii, inquitis. Hoc, opi-

facinora, quae palam ipsi perpetrant, proferre coegerunt; quae quidem quia a nobis aliena sunt, parum laboramus, quum ingenitum ac non enarrabilem Deum cogitationum et actionum testem habeamus. Quid enim causae est, cur non etiam publice profiteamur haec recte fieri ac divinam philosophiam esse demonstremus, Saturni mysteria a nobis peragi dicentes hominibus necandis: ac dum sanguine, ut vulgo dicunt, implemur, caerimoniam esse similem vestrae religioni in illud simulacrum, cui non pecudum solum, sed hominum etiam sanguis adspergitur, dum per clarissimum apud vos et nobilissimum virum occisorum sanguinem libatis: Jovis autem et aliorum imitatores esse, dum in puerorum stupris et promiscuo cum mulieribus concubitu volutamur, ex Epicuri etiam et poetarum scriptis patrocinium petentes? Sed quia et ab his institutis et ab ejusmodi facinorum auctoribus et imitatoribus refugiendum suademus, id quod etiamnunc hac in oratione contendimus, propterea variis modis oppugnamur; at parvi pendimus, quia Deum justum esse omnium inspectorem scimus. Utinam autem etiamnunc aliquis voce tragica e loco superiore clamaret: *Pudeat vos, pudeat, quae palam facitis, ea in homines innocentes conferre, et quae vobis ac diis vestris inhaerent, istis affin-*

nor, minus quam hominis. An hoc turpius, quod m a l i hominis? Certe tamen de h o m i c i d i o funditur. Coll. contra Gnostic. c. 7. p. 232.. Praeterea Maranus praeeunte Thirlbio excitat Tatian. Orat. adv. Gr. c. 26., Theophil. ad Autol. III. c. 7., Minuc. Fel. Octav. c. 21. et 30., Lactant. Institt. div. I. c. 21. alios. Altum autem profani scriptores ea de re silentium tenent. Est unus excipiendus, Porphyrius scilicet, cujus (de abstinent. II. c. 56. p. 203. ed. Rhoer.) haec sunt verba: *Ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν τίς ἀγνοεῖ κατὰ τὴν μεγάλην πόλιν τῇ τοῦ Λατιαρίου Διὸς ἑορτῇ σφαζόμενον ἄνθρωπον;*

10. *ποιούμενοι*] Legendum monet Thirlbius (deleta voce *διά*) *ποιουμένου* aut *προσραίνετε* pro *προσραίνεται* (ita Goez. edidit). Bene quidem: nam melius fluit oratio; at vulgatam facile ferimus.

11. *ἂν*] Sic jam Goezium video scripsisse pro vulg. *ἦν*. Maran., Thalemann. et Braun. sine causa volunt *Εἴθε καὶ ... ἄν*. Sylburgio et Hutchino aut *ἦν* redundare videbatur, aut reponendum *ὃς* s. *ὅστις* ante *τραγικῇ*. Quin imo Thirlbio pro *τις* in mentem venit *Σωκράτης* vel *Κράτης*, qui magnus concionator fuit et mirifice delectatus est clamitando et increpando cives suos ex superiore loco. Cf. Plutarch. de liber. educ. p. 4. et Suid. in v..

[12]*τούτοις, ὧν οὐδὲν οὐδ' ἐπὶ ποσὸν μετουσία ἐστί. Μετάθεσθε, σωφρονίσθητε!*

13. *Καὶ γὰρ ἐγὼ μαθὼν περίβλημα πονηρὸν εἰς ἀποστροφὴν* B
τῶν ἄλλων ἀνθρώπων περιτεθειμένον ὑπὸ τῶν φαύλων δαιμόνων
τοῖς Χριστιανῶν θείοις διδάγμασι, καὶ [1]*ψευδολογουμένων ταῦτα*
καὶ τοῦ περιβλήματος κατεγέλασα καὶ τῆς παρὰ τοῖς πολλοῖς δόξης.
[2]*Χριστιανὸς εὑρεθῆναι καὶ εὐχόμενος καὶ παμμάχως ἀγωνιζόμενος*
ὁμολογῶ οὐχ ὅτι ἀλλότριά ἐστι τὰ Πλάτωνος διδάγματα [3]*τοῦ Χρι-*
στοῦ, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἔστι πάντῃ ὅμοια, ὥσπερ οὐδὲ τὰ τῶν ἄλλων, C
Στωϊκῶν τε καὶ ποιητῶν καὶ συγγραφέων. [4]*Ἕκαστος γάρ τις ἀπὸ*
μέρους τοῦ σπερματικοῦ θείου λόγου τὸ συγγενὲς ὁρῶν καλῶς ἐ-
φθέγξατο· οἱ δὲ τἀναντία αὐτοῖς ἐν κυριωτέροις εἰρηκότες οὐκ ἐπι-
στήμην τὴν [5]*ἄποπτον καὶ γνῶσιν τὴν ἀνέλεγκτον φαίνονται ἐσχη-*
κέναι. Ὅσα οὖν παρὰ πᾶσι καλῶς εἴρηται, ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν
ἐστί· τὸν γὰρ ἀπὸ ἀγεννήτου καὶ ἀῤῥήτου θεοῦ λόγον [6]*μετὰ τὸν* D
θεὸν προσκυνοῦμεν καὶ ἀγαπῶμεν, ἐπειδὴ καὶ δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος
γέγονεν, ὅπως καὶ τῶν παθῶν τῶν ἡμετέρων συμμέτοχος γενόμε-
νος καὶ ἴασιν ποιήσηται. Οἱ γὰρ συγγραφεῖς πάντες διὰ τῆς ἐνούσης
ἐμφύτου τοῦ λόγου σπορᾶς ἀμυδρῶς ἐδύναντο ὁρᾶν τὰ ὄντα. Ἕτερον
γάρ ἐστι σπέρμα τινὸς καὶ μίμημα κατὰ δύναμιν δοθὲν καὶ ἕτερον
αὐτό, οὗ κατὰ χάριν τὴν ἀπ' ἐκείνου ἡ μετουσία καὶ μίμησις γίνεται. E

14. *Καὶ ὑμᾶς οὖν ἀξιοῦμεν* [1]*ὑπογράψαντας τὸ ὑμῖν δοκοῦν προθεῖναι τουτὶ τὸ βιβλίδιον, ὅπως καὶ τοῖς ἄλλοις τὰ ἡμέτερα γνωσθῇ καὶ δύνωνται τῆς ψευδοδοξίας καὶ ἀγνοίας τῶν καλῶν ἀπαλλαγῆναι, οἳ* [2]*παρὰ τὴν ἑαυτῶν αἰτίαν ὑπεύθυνοι ταῖς τιμω-*

12. *τούτοις, ὧν*] Sylburg., Hutchin. et Thirlb. mallent *οἷς τούτων.* Sed hac emendatione possumus supersedere.

1. *ψευδολογουμένων*] Ita cum Marano lego ex levi mutatione pro vulg. *ψευδολογούμενον.*

2. *Χριστιανὸς*] Thirlb. *καὶ* particulam opinatur praefigendam (hoc et Maran. vult) vel antea legendum *καταγελάσας*, quod Goez. recepit. Etsi non malae, non tamen necessariae emendationes.

3. *τοῦ Χριστοῦ*] Monet Thirlbius legere Jo. Clericum *τῶν τοῦ Χριστοῦ*, quod quidem non valde necessarium videtur. *Maranus.*

4. *Ἕκαστος ... ἐφθέγξατο*] H. e.: Quem ad modum pro sua quisque parte Logon (*τὸ συγγενὲς*) cognovit, ita est praeclare locutus. *Συγγενές*, nimirum *σπερματικοῦ λόγου*; minime: *quod sibi s. suo quisque ingenio cognatum videt.* Dixerat antea Martyr, non prorsus alienam esse Platonis aliorumque doctrinam a Christo h. e. Logo, sed nec omnino ei similem. Nam qui aliqua ex parte illum invenit et rerum divinarum est notitiam adeptus cum illius cognitione conjunctam, egregie is locutus est. Cf. etiam c. 10. p. 48. C: *Ὅσα γὰρ καλῶς ἀεὶ ἐφθέγξαντο —, κατὰ λόγου μέρος εὑρέσεως καὶ θεωρίας* (struas: *κατὰ μέρος εὑρ. κ. θεωρ.*

gere, quos ne minima quidem ex parte contingunt. Immutamini, resipiscite!

13. Nam et ego quum nefarium integumentum a pravis daemonibus ad deterrendos alios homines divinis Christianorum doctrinis injectum viderem, et ejusmodi mendaciorum auctores et ipsum integumentum et popularem opinionem irrisi. Me profiteor laudi ducere ac dimicatione omni contendere, ut Christianus reperiar, non quod alienae sint a Christo doctrinae Platonis, sed quod non omnino similes sint, ut neque aliorum, videlicet Stoicorum, poetarum et historicorum. Quisque enim ex parte disseminati divini Logi cognatum videns praeclare locutus est; qui autem secum ipsi in rebus longe gravissimis pugnarunt, ii nec scientiam firmam nec cognitionem, quae refelli non possit, assecuti videntur. Quaecumque igitur apud alios omnes praeclare dicta sunt, ea nostra sunt Christianorum; natum enim ex ingenito et non enarrabili Deo Logon secundum Deum adoramus et amamus, quandoquidem propter nos homo factus est, ut perpessionum nostrarum particeps factus medicinam nobis faceret. Omnes enim scriptores per insitum Logi semen potuere illi quidem verum videre, sed subobscure. Aliud enim est semen alicujus et effigies pro viribus concessa, aliud ipsum illud, cujus communicatio et imitatio secundum gratiam ab ipso provenientem conceditur.

14. Vos autem rogamus, ut hunc libellum, subscribentes quod vobis placet, promulgetis, ut ceteris quoque nostrae res innotescant et homines ad harum rerum cognitionem perveniant et erroribus optimarumque rerum ignoratione liberari possint: qui quidem se suppliciis culpa sua obnoxios praebent, quia in-

λόγον. Alii sic fortasse: *secundum particulam λόγον, qui auctor est εὑρέσεως κ. θεωρ.) ἐστὶ πονηθέντα αὐτοῖς.*

5. *ἄποπτον*] Stephan. mendose *ἄπωπτον*. Langus legit *ἄπτωτον* (*constantem*), quod probant Thalemann. et Goez., vel *ἀνύποπτον* (*non suspectam*), Thirlb. *ἐποπτικήν*. Tenent ceteri vulgatam, ita tamen, ut Sylburg., Grab. et Maran. scientiam a communi captu remotam (*sublimiorem*) intelligant repugnantibus Davisio (ad Cicer. de natur. deor. I. p. 3.) et Braunio. *Ἄποπτος* enim Hesychio interpretante est *ἀσφαλής, βέβαιος*. Hoc quidem bene quadrat ad *ἀνέλεγκτον*.

6. *μετὰ τὸν θεὸν*] Langus Justini sensum non assecutus male legi vult *μετὰ τοῦ θεοῦ*. Vid. librum meum: De Justini Mart. scriptis et doctr. p. 88..

1. *ὑπογράψαντες*] Vid. Brisson. De formul. etc. p. 292. sqq..

2. *παρὰ τ. ἑαυτ. αἰτ.*] Perion. et Maran. recte vertunt *sua* (ethnicorum) *culpa*, ceteri perperam *prae-*

ϱίας γίνονται, [3] εἰς τὸ γνωσθῆναι τοῖς ἀνθϱώποις ταῦτα, [4] διὰ
τὸ ἐν τῇ φύσει τῇ τῶν ἀνθϱώπων εἶναι τὸ [5] γνωϱιστικὸν καλοῦ 52
καὶ αἰσχϱοῦ· καὶ διὰ τὸ ἡμῶν, οὓς οὐκ ἐπίστανται τοιαῦτα ὁποῖα
λέγουσιν αἰσχϱὰ καταψηφιζομένους, καὶ διὰ τὸ χαίϱειν τοιαῦτα
πϱάξασι θεοῖς καὶ ἔτι νῦν ἀπαιτοῦσι παϱὰ ἀνθϱώπων τὰ ὅμοια,
[6] ὡς ἐκ τοῦ καὶ ἡμῖν, ὡς τοιαῦτα πϱάττουσι, θάνατον ἢ δεσμὰ
ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον [7] πϱοστιμᾶν ἑαυτοὺς κατακϱίνειν, ὡς μὴ δέεσθαι
ἄλλων δικαστῶν.

15. Καὶ τοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ἔθνει ἀσεβοῦς καὶ πλάνου Σιμωνια-
νοῦ διδάγματος κατεφϱόνησα. Ἐὰν δὲ ὑμεῖς τοῦτο πϱογϱάψητε, B
ἡμεῖς τοῖς πᾶσι φανεϱὸν [1] ποιήσαιμεν, ἵνα εἰ δύναιντο μεταθῶνται·
τούτου γε μόνου χάϱιν τούσδε τοὺς λόγους συνετάξαμεν. Οὐκ ἔστι
δὲ ἡμῶν τὰ διδάγματα κατὰ κϱίσιν σώφϱονα αἰσχϱά, ἀλλὰ πάσης
μὲν φιλοσοφίας ἀνθϱωπείου ὑπέϱτεϱα· εἰ δὲ μή, κἂν [2] Σωταδείοις
καὶ [3] Φιλαινιδείοις καὶ ὀϱχηστικοῖς καὶ Ἐπικουϱείοις καὶ τοῖς ἄλ-
λοις τοῖς τοιούτοις ποιητικοῖς διδάγμασιν οὐχ ὅμοια, οἷς ἐντυγχά- C
νειν πᾶσι, καὶ [4] γενομένοις καὶ γεγϱαμμένοις, συγκεχώϱηται. Καὶ
παυσόμεθα λοιπόν, ὅσον ἐφ' ἡμῖν ἦν πϱάξαντες καὶ πϱοσεπευξά-
μενοι τῆς ἀληθείας καταξιωθῆναι τοὺς πάντη πάντας ἀνθϱώπους.
Εἴη οὖν καὶ [5] ὑμᾶς ἀξίως εὐσεβείας καὶ φιλοσοφίας τὰ δίκαια
[6] ὑπὲϱ ἑαυτῶν κϱῖναι.

ter culpam, quod Heumann. (Miscell. Lips. nov. Vol. III. P. 2. p. 229.) praeeuntibus Lango et Jo. Clerico (Hist. eccl. ad. ann. 162.) ad Christianos, Sylburg., Hutchin. et Goez. ad ethnicos (Thirlb. *vestra culpa*) referunt. Dial. c. Tr. c. 88. p. 316. A: *παϱὰ τὴν ἰδίαν αἰτίαν ἑκάστου αὐτῶν* (=*τῇ ἑαυτῶν ἕκαστος αἰτίᾳ*, ut Just. ait c. 140. p. 370. A.) *πονηϱευσαμένου*. Coll. Demosth. Phil. I. (Oratt. ed. Dindorf. Vol. I.) p. 33. sq.: *οὐδὲ γὰϱ οὗτος παϱὰ τὴν αὑτοῦ ῥώμην τοσοῦτον ἐπηύξεται, ὅσον παϱὰ τὴν ἡμετέϱαν ἀμέλειαν*. Verum rem tam claram aliis exemplis aut rationibus confirmare, quid aliud est nisi lectoribus convitium facere?

3. *εἰς...ταῦτα*] Satis incommode haec verba videntur hoc loco posita; pertinent enim ad *πϱοθεῖναι τουτὶ τὸ βιβλίδιον* aut ad *ἀπαλλαγῆναι*.

4. *διὰ τὸ*] Vulgo *διό*, quod jam Perion. ista ratione ceteris criticis assentientibus emendavit.

5 *γνωϱιστικὸν*] Hoc activum verius est quam vulg. *γνωϱιστόν*, id quod praeter Sylburgium etiam Thirlb., Maran. et Braun. notarunt.

6. *ὡς*] Particulam hanc jam Thirlb. proposuit neque dubitavi cum Goezio recipere. Minus belle legeretur *καὶ ἐκ τοῦ ἡμῖν*. Perion. *ἐκ τοῦ, ὅτι καὶ*, vel *εἰ καὶ ἡμῖν*.

7. *πϱοστιμᾶν*] Sic bene vulg. *πϱόστιμον* emendavit Thirlbius assentientibus editoribus. Jam Goez. reposuit.

est naturae hominum facultas cognoscendi honesti atque turpis; tum etiam propter nos, quos illi tales ignorant, quales dictitant, damnare foeditates, dum ipsi diis gaudent, qui similia perpetrarunt et etiamnunc ab hominibus reposcunt, ita ut ex eo, quod nobis quasi ejusmodi facinorum reis mortem aut vincula aut aliam ejusmodi poenam infligunt, sententiam in seipsos dicant, adeo ut aliis judicibus minime sit opus.

15. Contemsi etiam impiam illam apud meos Samaritanos et erroris plenam Simonis doctrinam. Quodsi et vestra ad hunc libellum accedat auctoritas, omnium illum oculis exponemus, ut, si fieri possit, immutentur; quod quidem unice nobis hanc orationem scribentibus propositum fuit. Sunt autem doctrinae nostrae recte judicanti minime turpes, sed humana omni philosophia sublimiores; sin minus, certe Sotadeis et Philaenideis et saltatoriis et Epicureis aliisque ejusmodi poeticis institutionibus absimiles, quas tamen et in scenam productas spectare et scriptas legere omnibus licet. Jam vero iis, quae in nobis sita erant, absolutis desinimus, illud etiam precantes, ut omnes ubique homines veritatis cognitione dignentur. Utinam et vos, ut pietatem et philosophiam decet, aequum vestra ipsorum causa judicium feratis!

1. *ποιήσαιμεν*] Perion. et Braun. non male *ποιήσομεν* volunt. Ille totam hanc periodum, nempe *Ἐὰν δὲ ὑμεῖς* etc. usque ad *συνετάξαμεν*, post *συγκεχώρηται* collocandam autumat.

2. *Σωταδείοις*] De Sotade Strabo Geogr. XIV. p. 573. ed. Siebenk. et Tzschuck.: *Ἦρξε Σωτάδης μὲν πρῶτος τοῦ κιναιδολογεῖν.* Suidas s. v.: *Κρὴς Μαρωνείτης, δαιμονισθείς, ἰαμβογράφος· ἔγραψε φλύακας ἤτοι κιναίδους διαλέκτῳ Ἰωνικῇ.* Coll. praeterea Athen. Deipnos. XIV. p. 620. ed. Lugd..

3. *Φιλαινιδείοις*] Philaenis, *εἰς ἣν ἀναφέρεται τὸ περὶ ἀφροδισίων ἀκόλαστον σύγγραμμα.* Athen. l. c. p. 335.. Coll. Suid. s. v. *Ἀστυάνασσα.*

4. *γενομένοις*] Sunt fortasse, qui pro *γενομένοις* legendum putent *λεγομένοις.* Nos nihil mutamus et voce *γενομ.* scenam designari putamus, non ita tamen, ut reliquam ejus aetatis in rebus turpibus licentiam excludamus. *Thirlbius.*

5. *ὑμᾶς*] Stephan. *ἡμᾶς*, quod mendum jam Sylburg. correxit.

6. *ὑπὲρ ἑαυτῶν*] Perion. *ὑπὲρ ἡμῶν* vult legi et Sylburg. eodem sensu retinet. Sed Justinus ipse Apol. I. c. 8. p. 57. A: *Λογίσασθε δ' ὅτι ὑπὲρ ὑμῶν ταῦτα ἔφημεν.* Praeterea affert Thirlbius Tertullian. ad Scapul. c. 1. (Opp. ed. Leopold. P. I.) p. 247.: ... magisque damnati quam absoluti gaudemus. Itaque hunc libellum non nobis timentes misimus, sed vobis et omnibus inimicis nostris.